*Zacharias Valturius*
*de re militari ...*

*18 — 1a*

Lenchus & index rerũ militarium quæ ſingul[illegible]dicis
e huius in uoluminibus continetur ut inpromptu ſint uni
uerſa hoc eſt ne talium rerum curioſi perlegant: ſed po
tius ſine labore ac moleſtia cum quidpiam hinc uel inde itelligere
uoluerint id tantum quærant ſciantq; quo in loco paratum inueni
ri queant ex quibus quãq; elegantiſſimis auctoribus ſumptum cõ
probetur.

## Rubricæ primi libri.

Et primum prohemium cum rei militaris ſcriptoribus.

De prima ac de ſecunda rei bellicæ origine apud quas nationes pri mum orta & unde res bellica dicta ſit.

Quid res militaris & in quod partes diſtributa ſecundum Iphicra tis traditionem & q; tribus rebus ut reliquæ actionum natura doctrina & exercitatione conſumitur: q̃dque plurimis liberaliũ artium ſtudiis inhærẽdum ſit ei qui ſe cum gloria cæteris impa torum profiteatur.

De litteris hiſq; qui maximi duces earum ſtudiis incubuere pluri ma memoratu digna.

Ex auctoribus Demetrio Iuuenale Horatio Democrito Heraclyto C.Caligula.M.Vipranio:Cornificio Euangelo Cabillo pictore: Hærẽnio Perillo Fauſtino Octauio Auito.Q.Sulpitio Gallo.Q. Fabio labeone.M.Pompilio Martiano Capella Gallo Aſinio Cal uo Largio Licino Vatinio pollione Xenophonte Cicerone plato ne Virgilio Germanico Cæſare:Antiloquo Heſiodo Druidibus: Hiphicrate Ariſtotele philippo rege Apollonio Tyrio Emniſte im brotomneſiphillo:Archita pictagoreo:Ennio Oroſio Seneca Age lio amminiano Marcellino Liuio Cor.Cælſo Theophraſto Naſo ne Socrate.

## Rubricæ ſecundi libri.

Quã maximos huic diſciplinæ fructus afferat philoſophiæ & hi ſtoriarum cognitio quiq; maximi duces hiſtoriam ſcripſere

De eloquentia quantũq; huic ipſa rei conducat

De poetis qui fructus ex eis & qui audiẽdi quiq; repudiandi ſint

De muſica & in quo cum re militari comercium eius ſit.

De Arithmetrica & militari geometria

Ex auctoribus Cicerone Herodoto Tuchidide Timotheo Probo



N. 3635
UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA DE ZARAGOZA

Aemi[illegible] Hannibale. Q. Fabio Sylla Caeſare Aſinio pollione: hir
cio Suetonio Opio Iulio Caeſare: priſciano philippo Antipatre: An
tigono: piſone plinio ualerio Seneca: homero Xenophonte Euripi
de Neuio Terentio platõe Archiloquo hieronymo Gregorio Am
broſio Athanaſio Auguſtino uirgilio Naſone Eudoxo archita ar
chimede Scopina.

Rubricae tertii libri.

De aſtronomia uariaq; perquirendorum futurorum arte ſi qua eſt
Ex auctoribus Lucano Cicerone ariſtotele homero hermodoro:
dione Macrobio Cenſorino. C. Flacco euclide ſocratico appuleio
platonico: Triſmegiſto anneo floro amminiano Marcello Menan
dro epicuro Bruto Ouidio apolline ennio herodoto uirgilio Bero
ſo antipatre: achinapolo apoſtolo Iſaia firmiano auguſtino ambro
ſio pacuuio actio flacco Statio iuuenale ſocrate democrito fauori
no dicearco anaſarco demonacte demoſthene halicarnaſio catõe
cenſorio. M. Manirio

Rubricae quarti libri

De legibus | de medicina
De gymnaſtica equeſtriq; exercitatione | de ocio militari.

Ex auctoribus cicerõe carcino Tragoedo homero platone paradio
fauorino demetrio pictaco dracone ſolone demade alexandro co
mico Liuio fabio pictore Marone Lucano. M. uarrone: marco cato
ne Nigidio caſſio parmenſe martiale aufidio Namuſa helio lápri
dio marcello Ouidio t aureo Tullio Agarchide Galieno diaſcori
de democrito Xenophonte. C. eualgio Leuco iubba Theophraſto
flacco floro ſeneca ſaluſtio plinio claudio caeſare herodoto.

Rubricae quinti libri

De quadruplici uirtutum ſpecie & earum diſtributione quiq; ĩ his
bellorum duces clariſſimi habiti ſunt.

Ex auctoribus catone cicerone Oppio plinio agelio plinio nepote:
actio homero flaccho criſpo helio ſocrate ariſtotele Xenophonte
uirgilio ſeneca heſiodo Liuio Gymnoſophiſta marco uarrone: ua
lerio maximo ſempronio: aſſelio catone: polybio antagora poeta:
apollonio fauorino tragico ariſtophane comico Laberio athenodo
ro philoſopho.

Ex claris ducibus agide cyro eſchillo Braſida: cabria ſeſoſtre:
Quinto fabio tar. Scipione ſuperiore: auguſto ſcipione iuniore.

Sciluro: Tygranne Agatocle Amaſe Antigono Antagora limaco:
Memnone Themiſtocle Antiocho lucullo. L. Sylla Eumene: De
made Arctoxerſe Aureliano Iuliano Alexandro. G. pompilio Ha
driano Antonio Fauorino Theocrito Mytridate Cicerone. M. cra
ſſo publio licinio Craſſo pellopida portio Catone Epaminunda:
pomponio lycurgo publio Aemilio Tyberio Graccho lyſandro:
pompeio. A. Torquato Iugurtha philippo Cleomene lycene pyr
rho dario leo periandro Theopompo helio comodo. M. ſertorio
Antonino pio hannibale claudio Nerone camillo domitio Appio
claudio. Q. Metello ſcipione Naſica Melanco dionyſio ſeniore le
one Birantio hermocrate caelio pontio hannone carthagineſe: peri
cle Xerxe cimone iulio caeſare Antigono ſecundo Alcibiade Ti
moleone Timotheo lyſimacho publio ſyllano.

Rubricae ſexti libri

Belli indicendi gerendiq; aut feriendi foederis antiquorum rationes
De euocationis & deuotionis formula
De religione antiquorum ducum
ꝙ religioſa uſq; adeo res militia erat ut non niſi ſacramento miles
fieret
Quando ex uoluntario inter ipſos foedere militare ſacramentum
p[illegible] ad tribunos ac legitimam iuriſiurandi ad actionem tranſlatum
eſt quidq; iurarent ſe facturos
Tribuni militaris uerba cum delectus antiquus fieret
ꝙ imperium belli habentibus ſceptri eleuatio iuſiurandum erat
Gentium diuerſarum ratio in deligendis militibus
De delectu equorum
Rationes gentium in deligendis ducibus
Agminis ſiue incedentis exercitus ordo ſecũdũ graecam romanamq;
diſciplinam
Acierum inſtruendarum uaria ratio
Ex auctoribus Liuio Marone Oui. Varrone heraclyde Agatocle
ſamonico ſerano Furio cincio Ariſtotele diodoro Iulio caſſio cice
rone epimenide calimacho lucano tuberõe hiſtorico homero Xe
nophonte ſathyro theophraſto Saluſtio ſeneca tragico Floro eutro
pio Aſinio polione Antipatre catone lucretio

Rubricae ſeptimi libri

de religioſis hoc eſt in fauſtis atris uel infamibus menſiũ quorunda

diebus ac tempore ad bellum idoneo
De loco metationis inſidiiſq; hoſtium deligēdis quid ſpeculator et quid explorator in quoq; differant
De oppoſiti loci poſitione multitudine uoluntate ſtudiis ac cōſiliis
Caſtrorum forma officiorumq; caſtrenſium ritus
Legationes cum hoſtibus ſi agendæ ſint quales eſſe debeant
Qua cautione conſultationes cum hoſtibus habendæ
Armorum hoſtilium ratio habenda
Multitudo partium ſpectanda: quiq; maximi exercitus præter hominum opinionem ab minimis fuſi profligatiq; ſint
Quid ſi oppugnari caſtra contingat
Obſeſſorum exploranda ſtudia
q; rebus bellicis quiſquis finis obuenerit nunquā negligendus
Quid ſi bello pulſi munitionibus recepti ſint
Quid ſi hoſtes bello ſine munitionibus pulſi
Non eſſe multorum ducum ſentētia pertinaciter neq; omnino uſq; ad pernitiem fugientibus inſtandum
Dolabra hoſtem eſſe uincendum nullamq; rem ſummo duci magis conuenire q̃ moram cunctationemq;: nullamq; minus q̃ feſtinationem & temeritatem
Cauendum ne ſucceſſu rei quiſquā elatus in periculum perniciēq; trahatur
De conuiuiorum apparatu in caſtris uitando
Quæ uſui uideantur utrinq; id danda uel euocanda ſubſidia ſi exercitum noſtrū caſtris aut locis munitis obſideri cōtigerit aut alios obſidere deq; notis militaribus quoue tempore qui notarii appellantur denominationem acceperint.
Ex auctoribus Nigidio Ephoro Caliſthene Damaſce Philarco Varrone Seruio Flacco Ouidio Claudio Catone Cleſbio Alexandrino Anaximene Mileſio Thale Marōe Liuio Sathirico Fabio hiſtorico Lucano Iuuenale Fabio pictore Cincio .C. cæſare Auguſto Cæſare cicerone Seneca Probo Valerio Tullio tirone philargio Samio Petro Diacono Ennio.

Rubricæ octaui libri.

Vocabula militaris ac publici honoris priſca atq; præclara.
Ex autoribus Homero Ariſtotile diodoro Marone Seneca Lucano plutarcho Liuio cicerone euſebio . M. Var. Q. Mutio ſcæuola Ioſepho in Appionem Platone Feſto pomponio iuriſcon. paulo iuriſcon. Terentio Aſcanio Pediano Valerio maximo Vlpiano Lauinio: Pomponio poeta Tito Lucretio Fabio pictore Maſurio Sabino Plinio Ouidio Propertio. A. Gelio Actio Quintiliano Calidio Valgio Ruffo: Tirone Tullio Caſſiodo Gratiano Iunio Trebatio Feneſtella; Numma Pompilio lege. xii. Tab: Modeſtino Valerio Anciate Iulio Capitolino: Marcello Flauio Vopiſco: Labeone Antiſtio Atheio Capitone Probo Aemilio Suetonio Priſciano Iuuenale ſathyrico comico: Macrobio libro Regum Spartiano Tertuliāo Cæſ. Curtio Act. apoſtolorū: Eutropio elio Criſpo: Iphicrate: catōe Siſenna Oroſio iuſtino Pomponio Mella Vegetio Plauto: pictaco Ophilio cecilio caſſio Iulio cælio: Modeſtino Seneca tragico Nonio Marcello iuliano frontino:

Rubricæ noni libri.

Quid quotuplexq; bellum & unde cæteraq; bellici exercitus uocabula eorumq; denominationum cauſæ.
Ex auctoribus Seruio: caſſiodoro feſto Horatio Ouidio Liuio cicerone: Labeone lucilio: lucretio caliſtrato ſaluſtio Statio Virgilio terentio donato cintio. A. Gelio uegetio plutarcho ephoro caliſthene Polybio ioſepho Martiale cæſare curtio: Varrone frontone Herodoto columella Quintiliano diodoro ualerio Anc. lucano ulpiano: helio ſpartiano ſabino: caſſio Lactantio cornificio uictorino propertio Bannio caſſo: priſciano herodoto hennio plinio Martiano feneſtella Gaio: iulio capitolino Trebatio ſcæuola petronio arbitro. ſeneca didimo Ariſtotile Aruntio uitruuio dardano terentio: carre plauto homero flacco foca Meſalla Aurelio Opilio fabio placiade: Memmo tragico lælio Apuleio Auguſtino caeſare maſſurio ſabino. Q. claudio cælio ſabino catone iuſtino lucilio claudiano tibullo.

Rubricæ decimi libri.

De militari cultu qui pro conſuetudine gentium & inuentu hominum uarius reperitur.
De armis: & unde dicta ſint
De armis quibus tegimur.
Quæ arma ad nocendum apta: inſtrumētaq; bellica quibus nominibus explicentur.
De ſignis militaribus.

Illuſtri Pandulpho Malateſte principi Ariminenſi Paulus Ramuſius Ariminenſis iuris utriuſq; conſultus Sal. plu. dicit

Clariſſima progenitoꝝ tuorū facinora toga & bello magnifice
geſta me ciuem tuum coegere conſcriptum accuratiſſime opus de
re militari conteranei mei Roberti Valturii ad se tranſmittere: qd
incuria caſtigantium pariter & imprimentium ab Archetypo diſſi
mile & deuians multis mendis deforme neglectumq; iacebat. Illud
ſane pro uiribus dum Veronæ ſub Magnifico & Clariſſimo Anto
nio Venerio a publico iure reddendo uacarem nō ſine paruo labo
re ſucciſiuis horis recognoui ut pro eo iure quo concíui meo debe
bam id in priſtinum nitorem & doctis legendum reſtituerim: cuiꝰ
laborioſam caſtigationem & diuini prope operis huius emolumen
tum tuo nomini princeps iocundiſſime dedicaui: quo documēta il
la percurrens facile intelligas quantopere maiores tui in eo genere
excelluerint: adeo ut ſi militiæ præcepta ſtratagemataq; nulla littera
rum monumentis tradita eſſent potuiſſent abunde ex Malateſtarū
genere ſtrenui ac inuicti armorum duces cunctas gentes huiuſcæ
diſciplinæ peritiam geſtis ſuis condocere: exemplaraq; continua bel
lorum exercitatione ac lætiſſimo triumphoꝝ ſplendore & præſenti
bus & futuris præſtare. Adeſt fere ante oculos Robertus Malateſta
Sigiſmundo patre ortus: cuius memoria obortæ lachrymæ ſcripta
demoliuntur: Hic octauum & decimū agens annum aduerſus exi
nos picœni populos ab Anconitanis delectus imperator & tot hoſti
bus ſtratis captiſq; quadringentis uictoria triumphoq; potitur: Nō
multo poſt quom Fani teneret imperium obſceſſus a Pio romano
pontifice equite peditéq; potentiſſimo ipſe parua manu romāos mi
lites ſæpius in fugam uertit. Ad trigeſimum ætatis annum Romae
commoratus ubi omnes tanti uiri ſpeciem & uirtutem admiraban
tur Sigiſmundum patrem Arimini obiiſſe præſenſit: quem uniuer
ſa Italia & Achaia ducem excellentiſſimum prius fuerat experta.
Aduolat Ariminum Robertus mœrore plenus: quem ciues ad unū
exoptantes ſibi principem delegere. Interea Pauli pontificis maxi
mi florentiſſime armatorum copiæ Arimini ſuburbanum rubeſcē
te aurora clam ſubintrauerunt: Robertus uero inuicto animo gran
dem romanorum exercitum parua tyronum manu pellit fugatque
cuius ob egregia facinora Florentini omnium conſenſu militum
imperatorem ſibi delegere aduerſus ingentes Sixti pontificis maxi
mi & illuſtriſſimi Ferdinandi regis uires quibus maxime uniuer-
ſa præmebatur Hetruria ſpiritum emiſſura ni Robertus inclytus
uirtute ſcientia rei militaris auctoritate præſto adfuiſſet Matheum
Capuanum militiæ ducem ad tranſemenum lacum uertit ī fugam
reliquis militibus fœdiſſima nota ſub iugum ire compulſis: is pro-
fecto ſuis armis ſuaq; uirtute digniſſimus: qui ſereniſſimi imperii
Veneti dux militum maximus aliquando capitolinas arces & ro-
manam eccleſiam ſeruaturus totius ſenatus ſuffragiis glorioſiſſi-
me conſtitueretur. Audiat nunc queſo uniuerſus chriſti populus
& cognoſcat romanæ eccleſiæ ad interitum pene uulnera: Venerat
ſapientiſſimus Calabriæ dux iamiam romuleas arces euerſurus:
Accurrit ueluti Papyrius Curſor et Furius Camillus Pub. Decius
Curius Dentatus Valerius Publicola Robertus Malateſta iuſſu ſe-
reniſſimi ſenatus Veneti aſſueti perpetuo eccleſiam conſeruare Ca
labrum ducem tantopere minantem conſerto Marte fugere coegit:
cuius caſtra proſtratis uexillis direptis impedimentis glorioſiſſima
uictoria cepit duces egregios et milites quadringētos in triumphū
Romam ſpoliis & militaribus ſignis honuſtus deducit: Venientē
Sixtus ſummus pontifex amplectitur: collaudat: admiratur tantis
periculis liberatus. Robertus uero dux inclytus ſummis in confli-
ctu pene diei laboribus & æſtu fatigatus in morbū incidit: ſangui
niſq; profluuio a nobis emigrauit: inter diuos candidatus lauream
perpetuo uirentem recepturus: quem gratus & pientiſſimus ponti-
fex max. ante obitum deplorans uiſere conſtituit & ipſū eccleſiæ ue
rum ſeruatorem terrenæ labis contagiōe purgatum larga & indul
genti uenia ad cæleſtem triumphum cōdonauit. Moritur itaq; Ro-
mæ Robertus Malateſta anno ætatis ſuæ. xl. dux abundans bellicis
laudibus: & in æde diui Petri conditur elatꝰ mœrore publico. Quor
ſum hæc dicet quiſpiam: ut tanti principis quem Venetorum ſena
tus & uniuerſa deplorat Italia aliquid litterarum monumentis man
darētq; magnificis progenitorum tuorum exemplis exardeſcens
& paternæ uirtutis æmulatione acrius ad uirtutis gloriam euehareꝭ
& ſæpius legendo accurate caſtigatum opus Ramuſios tibi deditiſ
ſimos & domeſticarum laudum præcones recognoſcas.

Veronæ. M. cccc. lxxxii. xv. octobris

Sigismundus hic Malatesta Ariminensium dux in toto hoc opere laudatissimus ... fuit detestabilissimisque preditus moribus ... tempestatis predonum dux: si fides est Pio secundo ...

Einſdem P. auli Ramuſii epy.

Arttorum fulmen iacet hic Malateſta Robertus:
Cuius præſtantea gloria uicit auos.
Nam poſt mille acies ſuperatas Marte ſecundo:
Dum ſoluit patrios obſidione lares,
Agmina proſtrauit tuſcos immiſſa per agros,
Et Calabri fudit fortia caſtra ducis.
Occubuit poſthæc inter fera prælia, certe
Non potuit fato candidiore mori.



# AD MAGNANIMVM ET ILLVSTREM HEROA SIGISMVNDVM PANDVLPHVM MALATESTAM SPLENDIDISSIMVM ARIMINENSIVM REGEM AC IMPERATOREM SEMPER INVICTVM ROBERTI VALTVRII REI MILITARIS LIBRORVM PRAEFATIO.

Redo equidē nec ſum neſcius dux & Imperator inclyte Sigiſmunde Pandulphe: Tanta eſt liuoris & inuidiæ noſtri huius ſæculi malignitatiſq; puerſitas q̄multos hoc meum inceſſuros opuſculum q̄ in tanta ſcilicet probatiſſimorum utriuſq; linguæ ſcriptorum copia qui accurate & eleganter rei militaris præcepta tradiderunt: ego potiſſimum auſus ſim temere ac ieiune libros de tanta re comminiſci in qua primum cenſorum aciem ſtruam q̄ cœpti mei rationē reddam q̄ de præſcriptiōe operis huius diſerendum quicq̄ putem. Inter iſtos itaq; qui mea legent nouum immo antiquum & admirabile hominum genus fore ſcio nec mihi ſoli ultimo hominum: uerum primis ac maximis importunum Quibus nihil rite fiat quibus cum loqui ſi cœperis: faſtidiāt ſingula ſua: licet non eddant indignenturq; nunq̄ in ſententia permanentes ſi ueluti muta & rationis expertia uitam ſilentio prætereas. Nonnulli ueluti ſues in luto grunientes quum norint forſan ad hānc immortalitatis & gloriæ partē ex litterarum & ingenii ſui conatibus aſpirare non poſſe nec inuenire nec explicare ſermone qđ fuerit inuentum in caſſum me laboraſſe contendent. Et quoniam nixu ipſi ſuo minime iuuabuntur nullum adiuuari poſſe cenſebūt Alii ueluti apum fuci & improbiſſimi Sicophante ſolita libidine omnibus detrahendi & ad ſingula quæque carpenda proni & ingenioſi non deerunt interpetres qui calumniabūtur ſingulorū ordinē

eo pacto ſcientiæ phamam ſibi aucupari credentes qui puerilis ia-
ctantiæ ſtudio tenebuntur obnoxii Quum olim conſueuerint ado
leſcentes ab inſigni accuſatione aliqua primum nomen auſpicari
Formionis peripateticæ ſectæ philoſophi: aut Sergii Galbæ perſi
milem me dicēt. Alii cum nitida ego ut illi cute & corpore propter
umbram molli nullo unq̃ uulnere admiſſo de re militari de forti-
tudine ac ignauia ducum: de inſtruenda acie: de loco caſtris capiē
dis idoneo multiſqꝫ id genus uerba facturus ſim ad eū maxime du
cem qui & caſtris nutritus ſit & exercitus maximos duxerit ſemꝑ
inuictus. Erunt & alii porro difficiles monſtruoſi Lucifugi qui fal
ſam ſcientiæ perſuaſionem induent: ſub peritiæ tamen oſtentatiōe
ac doctrinarum ſuarum opinione multa ſibi arrogātes & intra ſeſe
neſcio quid inepte cornicantes quiqꝫ non tam criminibus q̃ maledi
ctis anitentur obruere: quoꝝ uoces tumentiaqꝫ uerba minime per-
horreſcentes nihilo pluris ego faciam q̃ Demetrius ille quem dice
re ſolitum accepimus eodem ſibi loco uoces eſſe imperitorū: quo
& uentre redditos crepitus: quum nihil pene interſit qua parte cor-
poris ſurſum an deorſum turpiter ſonent. Acrius urgebunt alii &
conculcabunt mihi illud ſathyricum: Tenet inſanabile multos ſcri
bendi Cacethes illius obliti non minoris in ſathyra: eſt quoddam
ꝓdire tenus ſi non datur ultra: Quos omnes & ſi poſſum iure meo
repercutere: malim tamen æquo animo intactos linquere maxime
quom haud quaquā ex eoꝝ ſim numero qui emulis carere uelint:
& eo ſint ſtudio & ingenio prouecti ut nihil repræhenſibile nihil
niſi ad unguem perfectum habeant. Non pigebit igitur ſiqua me
inconſulte præterierint: quanquā mea diligentia & curioſa perſcru
tatione ueterum ex libris explorata omnia eſſe ſciam uel amicorū
uel eruditorum monitu ſi uera fuerint emendatione corrigere: ſi
minus: Democriti potius riſum q̃ Heracliti lachrymas ſequi uelle.
Non enim egre feram hanc eſſe de ſcriptis meis exiſtimationē ut
qui neſciūt doctiſſimos: grauiſſimos: ſanctiſſimoſqꝫ uiros ab emu
lis quibus refecta ſunt omnia perperam talia perpeſſos eſſe intelli-
gant atqꝫ ut a poetis initium ſumam qui ſunt multo antiquiores q̃ hi
ſtorici: q̃ oratores: q̃ cætera ſcriptorum genera Homerus primus
omnis philologiæ dux & antiquitatis parēs diuinarumqꝫ omnium
inuentionum fons & origo fuit: Haud quaquā tamen ſic poſterita-
tis ſtudia reſtrinxit quin emulos haberet q̃plures & labantem &

cedentem oneri & dormitantem eum nonnunquam appellent: ſed
zoilum illum imprimis quod mirabere qui a Macedonia Alexan
driam profectus optauit ſibi cognomen ut Homeromaſtix appella
retur quum ſua Ptolomæo regi contra Iliadē & Odyſſeam ſcripta
comparata recitaret: quanquā ante annos mille diē obiiſſet Home-
rus: Maronem uatem Mantuanum diſciplinarum omnium cogni
tione ad unguem excultum: & cuius anima ut inquit Flaccus cādi
diorem aliā non tulit terra ab. C. Caligula nullius ingenii a. M. Vi
pranio repertore: ab Cornificio Euangelo: Cabillo pictore: Hæren
nio Perillo: Fauſtino: Octauioque Auito: ac multis aliis nō tanquā
imitatorem uerum etiam tanquā defloratorem & ueterum compil
latorem publicumque furem nouimus eſſe notatū. Hæc eadem a
maliuolis paſſus eſt. P. Terentius Comicorum ſummus qui comœ
diarum prologos in defenſionem Scænis dedit. Vrgebant enim co
mœdias eum omnis a Polodoro ac Menandro tranſtuliſſe & a Læ
lio Scipioneqꝫ in ſcriptis ſic adiutum ut merito non ſua ſed aliena ꝓ
ſuis edentem criminarentur. Sunt qui non tam ab his qui tum ado
leſcentuli forte fuere quam a. Q. Sulpicio Gallo qui conſularibus
ludis fabularum dandarum initium fecerit: uel a. Q. Fabio Labeo
ne &. M. Pompilio conſulari utroque ac poeta uiris ut pote quorū
operam & in bello & in otio & negotio nedum Terentius ſed. S. P
que plerunque ro. fuerit expertꝰ Quis. M. Tullio Cicerone doctri
narum luce in eloquendo ornatior: quis fœlicior in explicādo: quis
in perſuadendo potentior: qui in arce romanæ eloquentiæ ſtetit: id
nec dum inter ætatis ſuæ homines uerum apud poſteros aſſecutus
ut eius non arpinatis cuiuſpiam hominis ſed animatæ diuinæqꝫ po-
tius eloquentiæ nomen habeatur. Obtrectatoꝝ tamen morſus eui-
tare non potuit quominus in eoꝝ linguas incideret: hūc enim græ-
ci repetundarū dignū accuſari cenſent qꝫ ea litteris mandaret quæ
haud primū ex ſe forent inuenta. Criminantur alii incōpoſite eū
loqui & non modo tumidū ſed redundantē in repetitione nimium
denique atque uerboſū quū tamen mos ſit ei profundā reꝝ ſcientiā
ſub breuitate uerboꝝ tegere: Martianus Capella uitioſiſſimū ī clau
ſulis reperiri eū turbantē numeros quadā permixta confuſione di-
cit. Nonnulli quoque inter maximos uiros tā prodigioſi extiterunt
in quibus ſunt Gallus Aſinius Caluus & Largius Licinius cuius li
ber in ſugillationem eius atqꝫ notam etiā inuulgatus fertur infami

titulo Ciceromaſtix ut ſcribere auſi ſint oratorẽ maximũ impro-
prie atq; inconſulte locutum: quos itidem ut in oratione etiã ſua Va
tinius teſtis eſt ob inſignem linguæ feſtiuitatem conſularem eum
Scurram minus puduit appellare: quodq; magis mirabere tanta eſt
iudiciorum uarietas. Extat eiuſdem Ciceronis de optimo genere di
cendi liber: tale tamque ex alto ſumptum opus: ut idem in epiſtolis
egre attigit. A. M. tamen Bruto ad quem & cuius precibus ſcriptus
erat erudito uiro licet & ſcribentis amico non probatur. Quis De-
moſthene in tanta graiorum hominum eruditione oratoriæ artis
præceptis & dicendi uſu ac maieſtate præſtantior? Et quanq̃ quum
dicturus eſſet concurſus in audienda cauſa ex omni græcia fieri ſo
litos monumentis atticis atq; latinis memoriæ proditum ſit. Attamẽ
hic ipſe huius quem modo diximus Ciceronis aures Perſæpe non
implet. Quis Epicurum intoleranda ſuperbia detrahentem omni
bus non audiuit Pytagoræ Empedocli Democrati: quem amicum
licet: totis uoluminibus laceraſſe traditur ꝙ in philoſophia paululũ
a ſe ſuiſq; inſanis opinionibus diſcordarẽt Democritum a quo quæ
ſciebat in philoſophicis cuncta didicerat & quem exigua mutatiõe
uerbo⁊ in omnibus ſequebatur hunc acrius inurebat: nẽpe qui ma
giſtro caruiſſe gloriaretur & uideri uellet. Secuti ſunt in hac detra-
hendi libidine Epicu⁊ Metrodorus atque Hermacus ſupradictos
quoq; philoſophos lacerantes nec ullius magnitudini parcentes aut
gloriæ quando idem Epicurus mirum in modum Platonem ſper-
nit & contumelioſiſſime Ariſtotelem uexat aduerſus Tritamũ ho
minem in dicendi nitore tantum: ut ob diuinam eius eloquentiam
Ariſtoteles Theophraſtum appellaret Scito ſermone & Atticoĩue
nitur ſcripſiſſe etiam fœminam ac meretriculam quidẽ. Fuit & Ze-
no ipſe maledicus & aſpernator non ĩmodice qui & Chryſippum
philoſophum acutiſſimũ & eiuſdem ſectæ nominans contemptim
non Chryſippum ſed Chryſippam ſemper diceret nec modo qui
tum erant. Appolodo⁊ ſiue cæteros coetaneos conuitiis ac maledi
ctis inceſſeret: ſed parentem ĩmo deum philoſophiæ Socratem lati
no uerbo uſus quo mordatior credo eſſet ſcurram Atticum appel
laret. Similiter qui de Platone Xenophonteque duobus Socraticæ
amoenitatis luminibus exquiſitiſſime ſcripſere non affuiſſe ab ipĩs
motus quoſdã tacitos & occultos ſimulatis & emulatiõis mutuæ pu
tauerunt. Fuit & Annei Senecæ in Fabium Quintilianũ & Quin-
tiliani in Senecam detractio non leuis & quanq̃ ambo excellenti in-
genio & doctrina uiri eodem cælo geniti: quos ætas: quos profeſſio
pene uinxerit: ſeiunxit tamen ideo parium immo diſparium peſtis
liuor: ut nec Fabius Senecam ore pleno probare poſſit: nec ille de
Fabio par pari referens niſi contemptiſſime loqui Liuium hiſtori-
cum celeberrimum: tametſi lacteum ſibi alii: alii uberem & beatũ
eloquentiæ fontem uocent Canis tamen ferox fateor princeps: ſed
minime rudis ut Senecæ dicta commiſſiones moeras & ſine calce
arenam eſſe dixit: ſic uerboſum hunc in hiſtoria negligentemque
carpit: cui & Pollio patauinitatem quampiam dicit ineſſe: Saluſtia
næ orationis breuitatem qua nihil apud eruditos elegãtius nihil po
teſt eſſe perfectius. Maligne etiam reprehendere inſciteq; obtrecta
re pleriq; conati ſunt: utq; ad ſanctos patres conuertatur oratio: quis
Hieronymi contentiones non audiuit: non legit: cum Ruffino aqui
lienſe: cum Iouiniano: cum Vigilantio: quem nonnunquã proprio
nonnunquã mutato nomine dormitantem appellat. Quis eiuſdem
cum Auguſtino non uidit epiſtolas a quibus quum contentiõis ſtu
dium & uoluntas forte abſit: more ſanctorum in quibus illi duo oĩ
genere doctrinæ & uitæ ſanctimonia omnium iudicio excelluerũt
emulationis tamen non paruæ ſpeciem quandã præ ſe tuliſſe haud
dubie niſi ſunt Cyprianum in omni genere oratoriæ artis admira-
bilem & cuius ingenii facilitatem copiam & ſuauitatẽ admiramur
omnes. A peritis tamen quibuſdam accuſari deriderique ſolitum le-
gimus: & una ſui nominis littera immutata Caprianum appellari:
ꝙ ingenii tam diuitis uenam ad dominicam orationem ac humilia
quædam alia litterarum ignaris ſolum enodanda conuertiſſet. Ad
poſtremum quum conſtet ingeniis omnis æui præcellentibus unũ
hoc uenenum unamque labem inuidiam extitiſſe. Non mirum ti
bi Sigiſmunde nec cuipiam uideri debet ſi contra me puſillum ho
minem & indoctum ſcholaſtici quidam & circunforani rabulæ la
trent atque deſæuiant: quo circa lectorem etiã humanitatis iure po-
ſtulo quiſquis ille erit qui uiderit hæc ne iurgiis inſectetur conterat
uel deteſtetur. Verum ſi ab initio legerit perlegat quoq; & in legen
do quæ alibi norit: quum nihil ſcribi omnino noua inquiſitiõe poſ
ſit minime tanq̃ iniqua repudiet: ſatiſq; eſſe iudicet nõ eſſe hæc nec
in compitis neque in tabernis litterarum ludi ualde protrita. Illud
denique peto ut non erudiendi oſtentandiq; noui aliquid magiſ q̃

reſtaurandi gratia quæ deperdita erant clarorum uirorum monumenta quaſi maiorum demonſtratiõe ueſtigiorum ſcripta hæc exiſtimentur: atq; ut eiuſcæ deperditæ rei noticia plenior habeatur ab ipſis (ut ita loqr) cunabulis ſcriptores eius auctores recenſebo quos & multos & præclaros tam græcorum q̃ latinorum aliarumq; gentium fuiſſe comperio: Demetrium ſcilicet Phanoſtrati filium: phalereum Democritum: Xenophontem pyrrum: Epyrrotarum regẽ maximum: Iphicratem athenienſem: Anacharſim Scytham: Cincium: Iulium: Higinum: Catonem Cenſorium: Marcum Varronem: M. T. Ciceronem: Cornelium celſum: Martianum: Modeſtinum Marcellum Sextum Iulium Frõtinum. Vegecium Renatum patrinum. His minus omiſſis quæ a Romulo: Numma Pompilio Tullo Hoſtilio: Ancho Martio. Tarquinio priſco Seruio Tul. ex regibus. Ex Cæſarum uero & Auguſtorum familia Iulio Cæſare Diuo Aug. Diuo Traiano Adrianoq; inſtituta inuenta commutata uel reuocata ſunt: quorum pene omnium libri qui ſcripſerũt cũ uel temporum uitio uel iactura quadam noſtra deperiſſent: illique ipſi qui fato minus eſſent abſumpti in multis deficerent quæ ad rẽ ſpectare uidebantur. Suſcepi laborem nouæ huius commentationis tuo tantum nomini dedicandum. Nullus enim occurrebat alius neq; amore aut errore teneor in tanto nobilium ducum & imperatorum numero cui iure ſuo munus hoc dedicari dignius poſſet. Quippe qui hac ſolus tempeſtate caſtrorum filius exercituum pater optimis quibuſq; doctrinis & artibus belli imbutꝰ clariſſimis exacti temporis ducibus peculiari quadam amoris gratia militaris huius rei afficeris uitam illorum ac geſta ſtudens emulari eoq; libentius id effici ꝙ concilium cæleſtium terreſtriumq; in ſedibus imortalitatis te collocaſſe uidebam: omnemq; inclytæ domus tuæ gloriã ſubditorumq; populorum ſpem in tuam poteſtatem tranſtuliſſe ut non aliter ac dei nutu ſine dubio factum ſit ꝙ tam arduus eccleſiæ ro. caſus emerſerit quo heroicam diuinamq; illam uirtutem tuã facile poſſes oſtendere. Nec egre feres de te audiens quod aliquando de ſummatibus uiris & illuſtribus dictum eſt & litterarum cuſtodiæ traditum ut enim Hectorem & Achillem troiani belli celebritas claros fecit: innumerabilis Xerſen exercitus & Marathonia pugna Milciadem Camillum Galli: manlium capitolina defenſio Sciopiones carthago: Cymbri & Theutones Marium Pompeium Mi-



tridates atque pyratæ. Cæſarem Britannia Gallia atq; Theſſalia: Sic te diuina ſigna per omnis Italiæ oras: per omnes exteras natiões notiſſimum clariſſimumque reddiderunt: cum Eugenio põtifice maximo omniumque ſanctiſſimo præſide ac gentibus eius aduerſus egregium ſane ducem Franciſcum Sforciam ſocerum tuum potentiſſimum ac acerrimum dominici tunc gregis hoſtem: aduerſuſq; Florentinum Venetumq; populum Imperator inuictus adeſſes ac ſacroſanctam eccleſiam eius gẽtibus laceram & armis oppreſſam breui temporis curriculo contra communem omnium opinionem ad ſummum dignitatis ſuæ culmen inſtinctu diuinitatis mẽtis magnitudine ductuque tuo conſilio & auctoritate prouexeris: neq; aliter illum ipſum caſtrenſem impetum atq; conatum tuum qui præceſſerat contra hæc ipſa eccleſiaſtica ſigna & illũ. Tarroconẽſium regem Alphonſum Philippumque Mariam in ſubrium: Lygurũq; ducem bellicoſiſſimũ reor extitiſſe niſi quia maxima ui maximoq; diſcrimine modeſtia tua illuſtranda erat ac ueluti cæli temperiẽ uẽti imbreſq; commendant. Ita ad augendum tuæ dignitatis cumulũ apud pontificem apud omne genus hominum illum tumultũ: hũc ſpectatiſſimum triumphum præceſſiſſe crediderim: ut quot in illo turpitudinis notas extingueres tot in te triumphales coronæ refulgerent. Conuenientiſſimum præterea uidebatur ut cui merito omnia debeo & imperio ſubſum ipſi meũ: ſi quid eſſet præ cæteris dicaretur ingenium: Sperans denique id fore morte obita ut ad poſteros aliquando non inglorius commigrem & uiuam: ubi ſi immortalitatem illam quam omnes expetunt: pauci uero aſſequuntur uel ipſe non aſſequar. Gaudebo tamen tuo auguſto paternoque nomine: cui hoc de re militari opus inſcripſi conſecrauique: me diuturnam lucem & ſempiternam quandam gloriam adepturum qui fortaſſe ſine te qui multis me ad ſcribendum rationibus impuliſti ĩ tenebris abiectus iacuiſſem. Sit itaque tuo tantum nomini dicatum: & quid de te mihi pollicear uideas obſecro. Nunquã enim huiuſce libri exordio nomen ipſum legetur tuum quom paſſim & ubique gentium ſublime magnificumque prædicetur: quin mihi ſplendoris & gratiæ plurimum ſit allaturũ. Putabunt enim ſinguli ad quos liber iſte peruenerit non parua nec inutilia ſe percepturos: dum tã ſplendidum tam præcellens tã illuſtre ipſis primis apicibus nomẽ tuum intuebũtur & legent. Suſcipe igitur clementiſſime ac optime

princeps Sigiſmunde Pandulphe gratiſſimis ulnis munuſculū hoc exiguum: licet ab animo tam tibi deditiſſimo tuiq; amantiſſimo ꝑfectum intentiuſque leges quom aſpirare tibi inter plurima ſtrepētium occupationum tuarum agmina licebit: inuenies profecto plurima in hoc opere quæ tibi ſint aut uoluptati maxime legiſſe aut ornamento uidiſſe aut uſui meminiſſe: quippe quæ præceptis & exēplis ſuis oblectare atq; inſtruere bene inſtitutum animum poſſint: De cuius cauſis nil attinet plura nunc diſſerere quom q̄dem ſingulæ partes eius deſtinatis aliquot uolumminibus explicandæ ſint: quas ordine ſuo tunc demum proſequar: quō præfatus fuero pauca quædam de ipſius rei origine ab aliis pene omnibus omiſſa ſcriptoribus: quam reor ad uniuerſæ etiam rei deſcriptionem ab aliis quoq; pluribus intactam maxime profuturam.

De prima & ſecunda rei bellicæ origine apud quas nationes primum orta & unde res bellica dicta ſit Cap. I

Vom itaq; inter omnes priſcæ auctoritatis uiros qui Xenophonte ac Ci. duce clariore mentis ratione uiguerunt: non dubium ſit per ſe hominis uim imbecillam ac fragilem nimis non ſatis eſſe quo res omnes domi & foris ſibi cōmodas ad uitam poſſet amplecti: alteriuſq; indigere legittimā maris & fœminæ copulam conſtat comparatam eſſe natura ut & utiliſſima & maxime neceſſaria uitæ ſotietas iniretur: ut quod alteri plerūq; deeſſet præſto ſummeretur ex altero: tum etiam quom uictus nō uti primum palam & in propatulis campis: ſed intra domeſticos parietes accurandus erat: neceſſe fuit alterum foris ſub diuo eſſe qui labore & induſtria compararet quæ tectis includerētur fruges & alimentaq; Quom uero partæ res intra limen eſſent congeſtæ alium eſſe qui & congeſta ſeruaret ad uſus uitæ neceſſarios. Iure igitur & natura comparata eſt opera mulieris ad domeſticam diligentiam: uiri autem operam omnem & curam ad exercitationem forenſem & extraneam ad inediam & uigilias æſtus & algores tum etiam itinera & labores pacis & belli: cæterarūq; artium & militarium ſtipēdiorum perpetiendos: idcirco natura uiros q̄ mulieres fecit audaciores quod neceſſe eſſet foris & in aperto uitam tuentibus nōnunq̄ manu & uiribus iniuriam propulſare Huiuſmodi autem homines aliis belli propulſatores & arma tenentes: aliis cuſtodes: aliiſque milites notiori uocabulo libuit appellare: quo ſit ut hæc militaris res



ad commoda uitæ conſequenda ſecundum naturam apud communi iure ſotiatos conciliaq; hominum quæ noſtri homines ciuitatē appellant: honeſtiſſimis orta & procreata principiis ad ſalutem utilitatemque hominibus tradita et conceſſa uideatur. Eius rei originem priſca illa et abſoleta a memoriaque hominū multum remota mecum ipſe reputans cur ad urbium conditores ſeu rei ciuilis rectores referatur non ſatis intelligo. Antiquiſſima enim rei huius bellicæ initia fuiſſe comperio longeque ante urbes legeſque cōditas ante æris ferrique uſum adinuenta: ſiue ad Iouem illum magnū quē in cælo comitatum exercitu deorum pariter & demonum Plato deſcribit: procurantes præfectos & præſides habentem radices agētia ſiue ad priſcos uſque illos homines inhertes & ex terra genitos ut poeta meminit: Terrea progenies duris caput extulit aruis: ſiue corruptione aliqua: alione quouis modo abſq; parētibus natos & reſeruatos: iuris multarumque rerum ignaros quom nullū tunc neq; naturale neq; ciuile ius deſcriptū nulla initia ſapientiæ nullæ diſſenſiones nec inimicitiæ neque bella obortæ forent. Nam nōdum ueſſanos rabies nudauerat enſes: ut Germanicus Cæ. in aractheo carmine loquitur: Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota immo nec alienigenis quidem: quom nulli omnino gladii qui tunc ſtringerentur eſſent: quom pœna ex cupiditate: amentia: nequitia: improbitate aucta per ſcælus prædas direptiones ſanguinem & crudelitatem perfecta bellica res a belluis uel ꝙ belluarum more propter alimoniam & ſpecus quæ tunc pro domibus illis erant: unguibus & dentibus pugnarent: uel ꝙ belluarum ſit pernitioſa diſſenſio dicta & appellata non inſcite uidebatur Hora. quom prorepſerunt primis animalia terris: Mutum & turpe pecus glandem atque cubilia propter Vnguibus & pugnis dehinc fuſtibus: atque ita porro Pugnabāt armis quæ mox fabricauerat uſus Niſi rem hanc ab initio ſecundum naturam ꝑfectam tuncq; rudem ac pene fortuitam ad diſciplinam peritiæq; ſtudia primi reuocaſſent: quales Aſſyrii quos primos bella finitimis intuliſſe conſtat: quanq̄ non horrida multum nec difficilia ꝙ rudes adhuc ad reſiſtendum gentes eſſent nec etiam multæ nec magnæ quom poſt Noe diluuium anni nō multo amplius q̄ mille fluxiſſent ubi Ninus rex belli filius: ſupra quem nihil præclarū ī libris relatum inuenio Veſorem illum Aegyptium & Scythiæ regem Taneum remotis bella populis inferentes nec imperium ſibi:

ſed populis ſuis gloriam quærentes uictoria ſola contentos ſemper
excipio:omneſque a Syriæ finibus aduſq; ultima Lybiæ gentes na-
tioneſq; ſubegit:quo tempore inter ſeſe inſidiari cœpere & gloriam
ex humano ſibi ſanguine comparare:ſiue quales abantes qui pro-
pe pugnandi ac præter cæteros manus cum hoſtibus conſerendi ſo
lum peritiam habuere. Nam ut Antiloquus refert:nec crebros ten
dunt arcus nec uerbera fundæ expediūt ſæuaſq; ferox Mars æquo
re cædes infert:Sed rigido geritur res cōminus enſe:Hac illi app
me pugna certare periti: Euboiæ genus acre uirum belloq; ſuper-
bum. Siue quales Cretenſes quorum patria prima remis & ſagittis
ĩclaruit:ſiue quales acerrimi omnium bellatorum calibes per quos
erutum & domitum eſt primitus ferrum. uel ut Heſiodo quoq; pla
cet in creta eos qui uocati ſūt Dactyli idei:Aphris & Theſſalis hāc
alii partim gloriam dabunt ꝙ ex his primitus pugnam ex equis cē
tauri ſecundum Pelion montem incolentes docuerint inire: laſci-
uaſque uertigines implicare. Illis uero ꝙ primi contra Aegyptios
prælium fuſtibus quos phalangas uocant feciſſe memorētur. Erūt
& qui contra hos pugnent ueluti Daci Medi ſiue Thraces:quos bel
licoſos adeo fuiſſe ſemper non dubiū eſt ut ipſū Martē apud ipſos
fabulæ natū eſſe confirment. Galli uero ſuo quodā iure ab his quos
modo diximus hanc palmam repetent ſuamq; omnino eſſe conten
dent quom ſe Druidum ſententia omnes a dite patre cui terrena uiſ
omnis atque natura dedicata eſt:pugnæ natos prædicent: liberoſq;
ſuos niſi quom adoleuerint ut munus militiæ ſuſtinere poſſint pa-
lam ad ſe adire non patiantur. Athenienſibus hanc tribuēt alii quo
niam eorum ciuitas qua nihil habuit græcia clarius: nihil antiquiꝰ
a Minerua eſt principe & inuentrice belli armorumque dea: quæ
græce athenea dicitur ut pote quæ bellicoſa & ſapiens regionem eli
gendam cenſuerit talem que ſui ſimiles uiros editura eſſet Permul
ti deniq; ſpartiatis cōcedent quorum diſciplina quid quantūue bel-
licis actionibus conduxerit ut reliquos miſſos faciam Maharbalis
præſtantiſſimi ducis & Xantippi declaretur exemplis. Huius enim
mercenarii militis ſiue ducis opera & arte triginta milia romanoꝝ
cæſa ſunt:Regulo eorum duce cum quingentorum equitum nume
ro in uincula coniecto illo Lacedæmonio quoque Hannibal ſecun
do punico bello poſtq̃ alpibus patefactis in Italia traiecit uſus du-
ctore & accincto & acri & expedito ſemper ad bellum milite occi-



diſſe populi ſupra ducēta milia quinquaginta & eo amplius hoſtiū
milia cepiſſe memoratur. Quo quidem duce ut cætera ſileam illa
maxima cannenſi mirabiliterq; horrenda clade de Ro. proculdu-
bio eſſet actum niſi mora peruadendæ urbis obſtitiſſet:Ipſaq; mi-
litia tanta rerum agitatione longo poſtliminio ab interitu pene re-
uocata fuiſſet in lucem quæ deniq; omni ſtudio exculta non princi
patū omniū quæ circa ſe eſſent Sabinorum Hetruſcorum Latino
rum Hernicorum Volſcorum & Aurūcorum:totiuſq; Italiæ po-
pulorum ſolum romanis peperit:uerū omnium fere remotiſſima-
rum gentium ac nationum terrarum orbis reges ac dominos fecit.

Quid res militaris & in quot partes diſtributa ſecundum Iphicra-
tis traditionem & ꝙ tribus rebus ut reliqua actionū natura doctri-
na & exercitatione conſumitur:quodq; plurimis liberalium artium
ſtudiis inhærendum ſit ei qui ſe cum gloria cæteris imperaturū ſi
teatur Cap. II

ILITARIS res eſt ciuilis quædam pars facultaſque ho
norati ſſima ad reliquas ciuilis potentiæ partes tuendo cō
tinendas:ſecundum naturam maxime neceſſaria legiti
meq; ad hoc ipſum uariis diuerſorum temporum exemplis electio
ne ac ſacramento adacta. Hæc ut Iphicrates tradit in pedites:eq̃tes
phalangem:ducemq; diſtributa eſt. Manibus pedites ſimiles ſunt:
pedibus uero equites:ipſa phalanx thoraci & pectori: capiti autem
imperator:qui ut Ariſtoteli placet mentis atque animi inſtar eſt.
Rurſus tribus hæc rebus natura doctrina & exercitatiōe conſumi-
tur. Naturæ nanque principiis fortes creantur ex fortibus & bonis
eſtq; in iuuencis. eſt in equis patꝝ uirtus nec imbellem ꝓgenerant
aquilæ columbam ut Flaccus inquit. Maxima quoq; huic rei adiu-
menta conferre doctrinam & inſtitutionem q̄s dubitat quō in præ
liis quondā omnibus artibus ſtudioꝝ liberaliū excultis ueluti ſemi
nario ducum præfectoꝝq; præcipuus honos haberetur:quomq; ad
militiam euntibꝰ apud maiores nr̄os dari ſoliti ſint cuſtodes atq; ma
giſtri quibus primo anno erudirentur quod nec poetam maximū
præterit de Pallante canentem atq; dicentem:Sub te tolerare magi-
ſtro militiam graue Martis opus. Porro conſuetudinis & exercita
tionis ea uis eſt ut dimicantiū animꝰ ſemper ſit ꝓnus ad cædem ar
denſq; in præliis ad quæ ſi inconſuetū militem duxeris: non ſecus

ac mulierem uideris:& quanq̃ tironum ætas ueteranorũ potior eſ
ſe ſoleat: Veterani tamen ex conſuetudine cæteris audiendi exẽplũ
præ ſe ferent quom uideamus ex militũ turba ſæpenumero ſaucios
efferri:& quidem Tironem illum & a conſuetudine pugnæ alienũ
leui quanq̃ ictu uulneris ſuſpiciõe pallentẽ effœminatiſſimũqꝫ eiu-
latum edentem ueteranum uero præliis aſſuetũ uulneribus innutri
tum:ac poſt ſanguinem ſæpe etiam uictoria potitũ:cum non nunq̃
grauiter impellatur: Feriatur deiiciatur alacrem iterum ad cædem
exurgere chirurgum & unguenta ſpernentem quom itaqꝫ ad perfe
ctam huius rei actionem hæc tria inſint ut ante diximus natura do
ctrina & exercitatio:neceſſe eſt undecũqꝫ expolitũ eſſe debere:qui
ſe præſtantẽ cæteris ꝓfiteatur quo circa huius rei ducem ingenioſũ
& ad diſciplinas ſingulas maioꝝqꝫ inſtituta capeſcenda docilẽ atqꝫ
uerſilem eſſe oportet.haud enim ingenii uis abſqꝫ diſciplina & reꝝ
plurimaꝝ maximaꝝqꝫ exercitatione:aut diſciplina ingenio & exer
citatione deſtituta conſumatum ducem poteſt effingere quod ſiqui
aliter forſan putent falluntur maxime & ĩ ſũmo omniũ errore uer
ſantur quoq̃ꝫ nulla ſit ars:nulla diſciplina tam ſuis abſoluta partibꝰ
ut non quoqꝫ cæteraꝝ adiumẽta deſideret ut in bellicæ huiꝰ rei quo
ta maxime parte uerſatur inſtrumentis quõ alter ſpicula telis & ſa-
gittis exacuat: Alii baliſtaꝝ ſcorpionũqꝫ ſymmetriis & temperatu-
ris inſiſtant:cælatis alii frænis:cæteriſqꝫ id genus quæ ad hominum
equoꝝqꝫ ſtructuram pertinent occupentur:non alienũ cẽſeri debet
ſi huic militari diſciplinæ plurima liberalium & optimaꝝ artiũ or-
namenta conſtituta q̇bus inherendũ putem. Sit itaqꝫ in ꝑmis littera
tus dux & ſaluberrima philoſophiæ præcepta emuletur hiſtorias
multiplices memoriter complectatur:oratoriæ poeticæqꝫ facultatis
nõ ſit ignarus:muſicæ arithmetricæ geometriæ aſtroꝝ cæliqꝫ rõneſ
ꝑ facultate cognitas habeat:iuris ac legum diuerſarum gentium ua
rietatem calleat:medendi cognitionem haud aſpernetur:gymnaſti
cæ & militari exercitationi ac otio belliciſqꝫ poſtremo rebus aliis ad
laureas & triumqhos tanq̃ maxime neceſſariis totus incũbat: quæ
cur ita ſint ſeorſum hæ ſint cauſæ.

De litteris hiſqꝫ qui maxime earum ſtudiiſ incubuere plurima
memoratu digna Ca.III.

ITTERATVM Ducẽ eſſe oportet imprimis & erudi
tũ ut diximꝰ. Sunt enim litteræ ad excollendã uitã & ad



comparandam gloriam ſempiternamqꝫ rerum geſtaꝝ memoriã ꝓ
pagandam adiumentũ ẽi maximum roburqꝫ ualidiſſimum Littera
turam autem intelligo non uulgarem non craſſam & barbarã iſtã
qua utuntur qui nunc in caſtris uerſantur duces:ſed præclaram &
accuratam illam cum rerum multarum ſcientia coniunctam. Nã
neqꝫ præcepta illorum qui ſcripſerunt nec eoꝝ exempla de quibus
ſcribitur ſatis intelliget qui non iſta fuerit eruditione perpolitus:ad
quam comparandam quom diligentia noſtra maxime opus ſit &
cura cum incidant tempora nonnunq̃ & horæ quibus ab huiuſmo
di rebus bellicis uacare neceſſe ſit quom non ſemper gerantur bel
la:& ſinguli dies ac noctes aliquid habeant intercapedinis: quo do
mi contineri & cum ueteribus amicis ideſt libris eſſe ſeorſum poſ-
ſis. Ante omnia tinctũ eſſe oportet ingenium & quaſi initiatũ præ-
ceptoris optimi opera: Quod cõſiderãs Philippus Macedonũ rex
ſapientiſſimus Alexandꝝ filiũ præ cæteris litteraꝝ inductoribus q̇-
bus eius curã demãdauerat Ariſtotili ſummo id ætatis philoſopho
tradidit litteris imbuẽdũ:quo illam quam modo dixi litteraturæ &
eruditionis excellẽtiam adipiſceretur: quod nec rex ille prudẽtiſſi
mus feciſſet niſi forte ab Alexandro fratre thebanis obſes datus trĩ
ennio apud Epaminundam ſtrenuiſſimũ imperatorẽ et ſummum
philoſophum eruditus eſſet:nec tantus philoſophus hoc ſibi munꝰ
ſuſcepiſſet ſi non honeſtiſſimarum artium ſemina ab optimo tra-
ctari præceptore debuiſſent:in qua re extat illius adhuc epiſtola ad
Ariſtotilem de Alexandro filio in hunc modum ſcripta: Filiũ mi-
hi genitum ſcito quo equidem diis gratias habeo non tam proinde
quia natus eſt:q̃ pro eo ꝙ eum naſci contigit temporibus uitæ tuæ.
Spero enim fore ut educatus erudituſqꝫ a te dignus exiſtat & nobis
& harum rerum ſuſceptione: O ſapientiſſimam & tãto principe di-
gnam uocem qui ita demum eum putauit dignum fore ſuſceptiõe
regni:& tantarum reꝝ adminiſtratione ſi litteris & diſciplinis eru-
diretur atque plane ita fuit. ſuapte enim natura primum conuerſa-
tiõe deinde doctrina: & præceptis tãti philoſophi ornatꝰ. Rex ita
egit ut ipſe deo genitus deoque ſimillimus crederetur: Ariſtotile
enim primum exacta pueritia per quinquẽnium & porro Caliſte-
ne uſus rhetoribus orbem terrarum aggreſſus innumeras hoſtiũ
copias ac gentes expugnauit: et totum pene orbem ſuis uictoriis
illuſtrauit. cumqꝫ ea tempeſtate armis exercitum communicatum ꝓpe

Aſiam teneret: potentiſſimumq; & Perſa℞ & Medo℞ regē Dariū
prælijs & uictoriis urgeret quanti litteras & ipſe rex feciſſe: quan-
tumq; ornamenti illis poſuiſſe uiſus eſt: ex his liquet inſpicere. in il
lis enim tantis negotiis litteras ad Ariſtotilē miſit: quibus ī hūc mo
dum queſtus eſt: Haud abſ te recte factum eſt ꝙ ſpeculatiuas edi-
diſti diſciplinas. qua enim re cæteris iam nos ipſi præcellemus. ſi ea
q bus eruditi ſumus ſtudia omnibus cœperint eſſe cōmunia Quip
pe ego doctrina anteire malim: q̃ copiis atq; opulētiis cupidi. ea for
taſſe uox & inuidi hominis ad utilitatem ſuam omnia reuocantis:
ſed ex hoc facilior eſt coniectura quantum litteris tribuerit: Quip-
pe qui cum cæteris rebus concertatores ineſſe ſibi non egre feret in
his ne emulum quidē uellet habere quæ animi excolendi cura qđ
ſtudium Antigono præclaro etiam Macedonum regi fuerit. facile
percipi poteſt: ex Perſeo Philonideq; eius præceptoribꝯ atq; ex his
ut refert Apollonius Tyrius quæ de Zenone ad eum in hunc mo-
dum conſcripta ſunt Antigonus rex Zenoni philoſopho ſalutem.
Ego fortuna me quidē & gloria uitam tuam anteire exiſtimo: Cæ-
te℞ diſciplinis ſtudiiſq; liberalibus & perfecta fœlicitaie quam tute
poſſides longe abſ te præcelli ſentio. Quo circa te orare ſtatui uti
ad me proficiſcaris: id mihi pſuadens te preces meas minime irri
tas fieri paſſurum. Tu igitur modis omnibus enitere ut tuo contu-
bernio fruamur hoc pro certo habens: te non mei tantum ſed om-
nium ſimul macedonum eruditorem fore. nam qui Macedoniæ re
gem erudit atq; ad uirtutem imbuit eum & ſubditos quoſq; inſtrue
re ad fortitudinem & probitatem certum eſt nam cuius mihi fuerit
dux tales ut plurimum ſubditos fieri neceſſe eſt: nec ab re aliamq;
ob cauſam ſi principi litterarum Homero credimus Peleum regē
Achilli filio Phœnicem præfeciſſe ferunt: q̃ ut attrito non ſolum di
cendi: ſed gerendi quoque uſu pariter incaleret clariorque euade-
ret. Quid ille Themiſtocles quem ego Graii ſanguinis uirorum
clariſſimum & unum ex omnibus totius Græciæ callidiſſimum &
prudentiſſimum imperatorem auſim dicere: Non ne in diſciplinis
percipiendis præceptores habuit & eos quanq̃ Anaxagorā & Mel
liſſum philoſophum Emniſtes Imbrotus affirmet: tamen tempo-
rum ratione diligenter inſpecta qua illum erraſſe conſtat: Mneſy-
philo aſſentiendum magis uidetur: quippe qui eum phrearei di-
ſcipulum fuiſſe aſſeueret ad eam ſolum eruditionem quam bellicæ



rei facultatem dicimus capeſcendam quanq̃ naturæ bonitate fidens
prius ipſe contempſerat: Dionem Syracuſanum omni diſciplinarū
genere erudiuit Plato: cetius quanto deinde ſtudio Dionyſius iuni-
or ad ſe flagitarit aduentum quantique eum fecerit: ut pote qui illo
tempore plus cæteris amauerit Architæ pythagorei ſcripta ad eum
demonſtrat epiſtola. Valuit etiam apud ueteres diu eiuſdem Plato
nis ſententia. qui tum deniq; res publicas cenſuit eſſe beatas Si aut
philoſophi regnarent: aut reges philoſopharetur. Nec Iſocrates ali
is artibus Timotheum Cononis præſtantiſſimi imperatoris filium
ſummum ipſum imperatorem hominemq; doctiſſimum inſtruxit
Quid ipſius Epaminundæ ſummi philoſophi ſummiq; ducis eru-
ditio: quam in eo præcipuam fuiſſe accepimus: non ne ea quoq; in
Lyſiam pythagoreum refertur: Archelaum prudentem rei bellicæ
naualiumq; commento℞ prælio℞ adeo litterarum ſtudiis inhæren
tem nouimus: ut Euripidi Tragico conſilio℞ ſummā crederet om
nem: cuius ſuprema haud pſequi contentus rex & ſumptu & īpen-
ſa funeris ſecta barba & attonſo crine mœrorem quē animo ingen
tem concœperat uultu publicauit: Pyrrhū quoq; epyrotarum regē
maximum bello non ſolum lectitaſſe libros cum eſſet rex: uerum
etiā multa litteris demandaſſe rei militaris præcepta nouimus poe
no℞ dux inclytus Hannibal uir tantus tantiſq; cōfractus bellis non
nihil temporis etiam litteris tribuiſſe dicitur cum eſſet in caſtris.
Quippe qui præter Syllenum ſoſylao lacedæmonio littera℞ græca
rum uſus ē doctore. Tradunt & muſas uirgines cum libero patre
pfectas ī caſtra: hiſq; cū bonis artibus apprime eruditæ eſſent dux
ille oblectabatur: ſecutus eſt eum Syllenus quoq; pedagogus ac nu
tritor optimorumq; inſtitutor ſtudiorum qui ei plurimum ob uir-
tutem ac gloriam reſq; bellicas contulit ornamenti. Nec admirabe-
ris Mitridatem ponti regem clariſſimumq; ducem annos duos &
ſeptuaginta natum ſecum philoſophos omnis immenſæ ſublimita
tis ſemper habentem omniumq; ante ſe genitorum ſtudia littera℞
æquantem facile uel ſuperantem. Latini uero duces uel romanorū
proceres etſi non ſint eruditione exteris forſan pares: omnes tamē
fere docti & litteris clari euaſere. Nam Cato primus portiæ gentis
animi uigore præſtantiſſimus: litteris etiam expoliti præſtātiſſimū
cenſuit q̃ ſero inde exiſtimari poteſt ꝙ latinis iam pridem ab. Q.
Ennio uero iam ſenex & in Sardinia prætor græcis litteris eruditꝯ

eſt adeoq; ut probabilis priſca illa eloquentia non ſolum orator &
hiſtoricus:ſed iuris conſultiſſimus litterarumq; omnium cupidiſſi
mus fuerit:quarum,& ſi ſenior(ut ante diximus)ſtudium arripu-
it tantum:tamen in eo progreſſus eſt ut non facile reperiri queat:
neq; græcarum neq; latinarum rerum quidpiam quod ei fuerit ĩco
gnitum:Huius quoq; ſucceſſor ac ꝓpior ætati noſtræ alius Cato in
litteris diſciplinisq; percipiendis tardior licet eſſet:Sarpedone tamẽ
pedagogo primum & Antipatro philoſopho ac Tyrio excultus:de
inde tam inexhauſta legendi auiditate ferebatur ut ueluti librorũ
heluo maxime ſtoicorum ne dum inter domeſticos & priuatos parie
tes.Sed ne incuria quidem contra inanem uulgi opinionem quom
Senatus cogeretur ſedens ſeſe contineret: quominus obuoluta cir
cum toga eos lectitaret ad animi cultum quaſi quendã humanitatis
cibũ nihil ſtudio rei publicæ adimens:& Scipionẽ Aphricanum ſu
periorem a remilitari atq; urbana ſtudiũ ad litteras reuocantem le-
gimus:& quanq̃ ingenii eius monumenta nulla extẽt nulla litteris
mandata inueniantur.non tamen ſine litteris pieriiſq; artib9 arma
exercuiſſe ſcimus:ſemper enim eius ut poeta Claudianus meminit
Hærebat doctus lateri caſtriſq; ſolebat:Omnibus in medias Ennius
ire tubas:quũq; fœlicibus auſpiciis uictor rediens:ſubacta cartha-
gine triũpharet:Sicut ſuũ bellica:ita Ennii caput Martia uoluit lau
rea inſigniri:& ꝙ maius mirabiliuſq; fatebere ipſius poetæ ſtatuam
& effigiem in monumentis & ſepulchris Corneliæ gentis collocari
clarumq; illud nomen immo uero ſpolium ex tertia orbis parte ra
ptũ in itinere cũ poetæ titulo legi:ratus rerum ſuarum memoriã extin
gui non poſſe ſi litterarum illius diuini poetæ lumẽ accederet:Pau
lus Aemilius deuicto Perſe romana diſciplina qua ipſe doct9 erat
ut filii etiam imbuerentur ſummopere curauit : quũq; ob rẽ ipſam
petiiſſet ab Athenienſibus uti ſibi q̃ probatiſſimum philoſophum
mitterent ad erudiendos libros:uictorem item ad triumphum exe
quendum Athenienſes Metrodorum elegerunt profeſſi eundem ĩ
utroq; deſiderio præſtantiſſimum:quod ita Paulus quoq; iudicauit
neq; hoc contentus Paulus quum quid ocii ex publicis muneribus
ſupereſſet: eorum eruditioni ĩtererat. Miro erga filiorum eruditio
nem amore ſuccenſus:nullum a ſtudiis litterarum diem intermiſiſ
ſe Iul.Cæ.traditur:quem poetarum collegium cõmuniũ ſtudiorũ
cauſa cum per otium liceret ingredientẽ & in maxima difficultate



itinerũ & in mediis bellorum æſtibus ſcribentẽ libros & legentẽ
ſimulq; dictantem & audientem frequenter accepimus: Diuus Cæ
ſar Auguſtus Diui Iulii filius tanto paternis ueſtigiis ſtudio inhæ-
ſiſſe traditur:ut grauiſſimis bellorum & imperii curis oppreſſus
& coniuratorum obſeſſus inſidiis horas & momenta colligeret nec
ullum tempus inutiliter labi ſineret: Apollodoro pergameo dicẽdi
magiſtro uſus nec eo contentus ad diuerſa litterarum ſtudia ineun
da præter Sperareum philoſophum & Aſinium Pollionem: Vale-
riũ Meſallam:pariumq; geminum clariſſimos dicẽdi artifices Vir
giliũ Maronem & pleroſq; alios illius temporis poetas ha[illegible]it ſecũ
non tam imperio q̃ dulci conuictu & morũ comitate a ſoc[illegible]o in
omni uita comites:Horatium Flaccum in primis ut ad Iuliũ Florũ
de ſe taliter ſcribentem legimus:ciuiliſque rudem belli tulit æſtus
in arma Cæſaris Auguſti non reſponſura lacertis.Vnde ſimul pri
mum me dimiſere philippi:deciſis humilem pennis inopemq; pa
terni: Et laris & fundi paupertas impulit audax : ut uerſus facerem
Ouidium nec minus deinde qui hæc ait: Illa dies libicis qua uictor
Cæſar in oris Perfida magnanimi contudit arma Iubæ : dux mihi
Cæſar erat ſub quo meruiſſe tribunus Glorior officio præfuit ille
meo:Hãc ego militia ſedẽ:tu pace paraſti Inter biſquinos uſus ho
norẽ uiros:quanq̃ hunc ſuo indignũ contubernio tandẽ uindicanſ
in Scythiam ubi diẽ obiit relegauit:cuius relegationis aſperitatem
diuturnitatemq; his uerbis ſuis queſtus eſt: In Scythia nobis quin-
quennis olympias acta eſt:Iam tempus luſtri tranſit & alterius:per
ſtat enim fortuna tenax uotiſque malignum Oppoſuit noſtris inui
dioſa pedem.Ex his autem & utriuſq; linguæ auctoribus quos ſtu-
dioſus Auguſtus lectitabat:illa cupidus hauriebat: quæ uel præce-
pto uel exemplo ad eruditionem uitæ morumq; elegantiam pertine
rent priuatae uel publicae diſciplinae.Haec & memoriter annotata
tenens quũ rex exigeret uel amicos uel notos exercitus uel prouin
ciales aut urbanos magiſtratus tali annotatione ad uerbũ excerpta
commonefacere ſolebat: ut ea non ſibi primum ſed antiquis iam
tunc curae fuiſſe perſuaderet:id denique ex talium auctorum eru-
ditorumq; hominum ingeniis uno tempore confluentib9 aſſecutus
ut non minus his q̃ omnibus romanis legionibus illuſtratus ſit.
Nam quid tantum ſibi conferre potuerunt quinque & triginta illæ
tribus romani populi uel tot bellicoſiſſimae legiones quantum u-

Maro ſolus heroico uel Flaccꝰ heroico ſimul & lyrico carmine cõ
tulit ad nominis ſui diuturnitatem interiere illæ quidẽ cũ duce ſuo
Cæterum tantorum poetarum præconio eius res clariſſimæ geſtæ
nunquã defuturæ ſuperſunt. Fuit in Lucullo mirabilis quædam in
genii præcellẽtia, maxima litterarum totiuſq; ueteris Achademicæ
philoſophiæ cognitio ac elegans dicendi copia qui & aſcalonitã An
tiochum acutiſſimum doctiſſimumq; dicendi artificem amicum ſi
bi ſotiumq; uitæ fecerit. Simili quoq; ardore. P. Craſſus in caſtren-
ſi expeditione quum in Aſyam ad Ariſtonicum regem debellãdũ
conſul traieciſſet: tantuſ præter latinam graiæ linguæ ardor inſe-
diſſe perhibetur ut eam in plurima diuiſam genera ꝑ ſingulas par
tes eius ac numeros penitus cognoſceret: quæ res maximũ ei om-
niũ amorem conciliauit nec Syllam illum beatum atq; fœlicem nec
Pompeium quidem magnũ imp. nec. Q. Fabium nec M. Brutum
nec Traianum nec Adrianum nec Maximum nec. M. deniq; An-
toniũ Aurelium qui ob litterarum ſapientiæq; ſtudiũ & ardorẽ phi
loſophus dictus eſt ab hac egregia litteraꝝ cognitiõe alienos fuiſſe
comperio: quum & oratiões & epiſtolas & libros ſcripſiſſe memo-
riæ proditum ſit. In maximã quoq; & ampliſſimã tui nominis lau-
dẽ cedit magnanime princeps Sigiſmunde multum lectitare: mul
tum audire diſputare patiẽterq; refelli: quumq; plurima ſcias & oĩa
bonarum artium ſemina cælitus tibi conceſſa communis omnium
eruditoꝝ teneat opinio quottidie tamẽ aliquid diſcere nonnullis ho
ris libris ſapientumq; colloquiis inſiſtere in cõuiuiis publicis & pri
uatis grauiſſimis ac profundiſſimis rerum naturalium quæſtioni-
bus & rationibus oblectari ingeniis illuſtribus oratorum & poeta
rũ tui temporis fauere: copiis & honoribus illuſtrare: ſacras ædes ĩ
ſtaurare: bibliothecaſq; nouas maximis impenſis tuis illis erigere:
data mihi ac pleriſq; aliis libroꝝ perquirendorum facultate nõ æta
ti tuæ ſolum uerum poſteritati profutura quo quid melius: quid ſũ
mo duce ac prĩcipe ad immortalitatem dignius eſſe queat nec ſcio
nec ſatis ĩtelligo maxime quom ea tria hac in iuuenili ætate tua ade
ptus uideare quæ multis ſenio denegata ſunt uel gerendo ſcilicet ali
quid magnum & illuſtre quod de te ſcribant auctores idonei quod
plerique tam poetæ: q̄ oratores & hiſtorici faciunt: uel ſcriben-
do aliquid: quod legant poſteri qualia ſunt plurima materna hu-
manarum diuinarumque rerum carmina elegãtiſſime per te ædita



& multis iam oris ac uariis regionibus decantata: uel inſigne aliquo
opus extruendo erigendoque ueluti arx nobilis ſiue maius caſtel-
lum tui nominis eo aſtu militari & arte bellica præcellens ut eiꝰ pul
chritudo ſitus atque diſpoſitio nõ ciuium modo ſed omnium ocu
los intuentium in ſemet haud immerito alliciat atq; ꝑſtringat: cam-
pi enim planicies undiq; eſt perſpicua: loci ſpecies mœnibus pari-
bus: Primo uerſus urbem ambitu emicicli formam habens promu
ralis eius uix credibilis relatu: profunditas quæ pyrrhamidũ inſtar
procliuis a fundamentis erigitur: ampliſſima latitudine ad ſummi
tatem altitudinem pedum quinquaginta: pheneſtris centum ſexa-
ginta ſupra terram: totidemq; infra ex ordine per interualla quædã
dimiſſis ubi baliſtæ lapidum ac ſagittarum ad propulſandos hoſti
les impetus ac omnem inteſtinam ſeditionem ſi quando continge-
rent collocentur. Faſtigii autem ſpatium craſſitudoq; tãta ut plures
occurrentes ſeſe minime impediant: foſſa prima interiorq; quã ꝑen
nis fontis aqua interluit centum pedum: latitudine quinq; & trigin-
ta eoq; amplius altitudine. Totius molis ambitus qui coctili latercu
lo & perpolito eſt lapide trecentos quinquaginta paſſus per uniuer
ſum complectitur ſpatium. ex altera parte & poſtrema quæ uergit
in quadrum: pomerium & murus communis urbis eſt duplici pon
te ac turris latitudine ſupra quam cuiquã credibile ſit ad eius tutelã
cum magnis propugnaculis & crate ferrea area interius ampliſſi-
ma & puteo utrinq; mirabili habitationũ ſerie ſuoq; cuſtode diſtin
cta a fronte urbem ipſam proſpicit: primoque in ueſtibulo uallum
cuſtodibus munitum porta perexigua: duabus deinde latiſſimis ſu
pra foſſam turribus parum de induſtria æditis uiridi prima puni-
ceo colore altera ligneo ponte gemino uerſatili ac penſili hoc tranſ
greſſo: ſpatium & area quædam molem totã ambiens ineſt quæ ter
ra ad primi muri firmitatem egeſta oppletur. Alterius deinde mu-
ri altitudo quinquagintaquinque: latitudo uero uiginti pedum emi
net ſpatio: Turres ſex octuoginta pedum altitudine a fundamentis
latiſſimis ad ſummum pene faſtigium terra opplete: unde uiginti
ulnis q̄ murus iſte altiores ſunt. In ſummo autem conſumationeq;
cuiuſlibet turris pedum latitudo decem & quinque ubi ab omnium
turrium latere habitacula defenſorum octo pheneſtris ad baliſtas
ſimili modo lapidum ſagittarumque ſexdecim æque diſpoſita ſunt
Huius aũt muri mediũ a dextris occupat lapis quadrato marmore

ornatiſſimus:qui ut carmen litteris aureis inciſum indicat Sigiſmū
dum Pandulphum totius molis auctorem celebrat: porta deinde
prælustris ad læuam paulo ingredientibus cernitur marmore cæla
to ac præclaro artificio ad unguem expolita:& in cuius ſummo Ele
phantus ex̄ alabaſtrite indico antiquiſſimū malateſtarū inſigne au
ro plurimo & auctoris ſui Sigiſmundi Pādulphi nomine maiuſcu
lis quibuſdā litteris præfulgens circūſeptus eſt. Media autem loci to
tius intercapedine murus quidam medius arcem geminoſq; eiꝰ cu
ſtodes area etiam ſua puteo & fabrili domo diſcriminat: penes quē
ſublimis regia tua eſt non æque quadri latera baſi a fundamentis q̃
latiſſima triplici portarum obice chateractis imminentibus minis
ac propugnaculis minitantibus ſuo custode multiplici habitatione
puteo profundiſſimo ornatiſſima ad aſcendendum coclea arma
mentario omni telorum & tormentorum genere referto minaci ꝓ
ceritate mirabilis ut pote quæ altiſſimorum cacumina montium ſu
peret ac maris æquora late proſpiciat. Præterire deniq; nequeo qđ
ab initio inſtitueram quom ſit non Ariminea tantum urbis & ar
cis firmiſſima ſalus & tutela:ſed Italicæ magnificētiæ uera admira
tio:tota nanque moles penſilis quum ſit plurimos aditus atque re
ceſſus habens & a quibus armati exercitus urbem uerſus per abdi
tos ſpecus educi poſſunt: nullo incolentium ciuium præcipiente:
quoq; ab omni externa oppugnatiōe inteſtinaq; iniuria eſſe queat
immunis:altera aqua extrinſecus late patens inſtar ſimiliter amnis
irrigua circūfluit foſſa magnæ mentis & præcellentis ingenii opus
ſane utrinq; enim per ambitum latiſſimis eſt firmiſſima muris cū
ꝓpugnaculis & aggeribus. Denſiſſimis deinde turribꝰ a fundamē
tis erecta anguſtiſq; ut ſupra munita pheneſtris aqua ac terra tenus
cum defenſorum habitaculis paruis machinis ac ſagittariis eque di
ſpoſitis tanta firmitate tam mirifica utriuſque foſſæ interſtitii habi
tationum diſpoſitione ad peditatum omnem equitatumque conti
nendum ut diſſoluere eam nec crebri arietum impulſus queāt nec
metalicæ uis ulla machinæ poſſit diruere:incertumq; munimētum
loci huius ne totius an pulchritudo plus admirationis apud homi
nes ſit habitura. Taceo ſacras celebreſq; deo dicatas edes: prætereo
fortunæ fanum:ſcenam gallicam cæteraſq; per te inſtauratas urbes
erecta oppida conſtructas arces:ſex̄centaq; id genus nomē tuū lit
teris oſtendentia qua una in re ſi te cæteris huiuſce ætatis p̄ncipibus



conferamus:& regibus omni genere laudis ex̄cellere iure ipſo præ
dicaberis:maxime quū hæc quidem laus latiſſimis defixa radicibꝰ
innitatur & ſolida adeo ſtabiliſq; ſit & infinita ſæcula duratura ut nec
uetuſtate corrumpi poſſit nec ex memoria hominum obliuiōe de
leri. q̃ laudabilis igitur et imitatione digna tui et horum quos mo
do diximus principum uitæ inſtitutio:qui prima uitæ tēpora et me
dia patriæ:extrema uero ſibi imperent ut ipſe leges monēt quæ ma
iorem annis ocio reddunt q̃ Lycini Domitianiq; Cæſaris et aliorū
quorundam improbanda deteſtandaque:quos fortuna opibꝰ loco
imaginū domeſticaꝝ ſplendore ac dignitate cæteris præfecit:econ
tra uero ipſi uitio ſuo libidīe ignauia turpiq; ocio inquinati excide
re. Ille enim litteras uomicam uirus ac peſtem publicam appellare
ſolitus erat Alterum quom ſatietas hominum aut honeſti cuiuſpiā
negotii aliquando odium occepſiſſet uelletque illam expuere curā
& ſolicitudinem ex animo & uoluptate aliqua refici Incomitatum
ſe intra regios parietes ſingulis diebus recipientem clauſis foribus
nihil aliud amplius q̃ muſcas captantem acutiſſimoque ſtilo præfi
gentem accepimus. Sed origo illum ruſtica forſan excuſat. & ſi enī
ad cæſareum uſque nomen aſcenderit naturam tamen ſubruſticā
& agreſtem haud quāq̃ exuerat. Verum enim eſt illud Flacci:for
tuna non mutat genꝰ. Huiꝰ uero tam fœdo ſtudio tam abominādæ
occupationi & ſui principatus initiis quibus is delectabatur aucupii ſ
uenia fortaſſe danda eſſet modo temporis reliquum claris actioni
bus cōſumpſiſſet:nec ex̄oſum ex tetris facinoribus maiore odio q̃
ex hoc ridiculo negotio nominandū ſe poſteris præſtitiſſet. Quid
plura. Nullum denique Romanum fere imperatorem qui cæteris
omnibus ex̄emplo ſit:præter. C. Marium unum:ſiue. M. Marcellū
huius egregiæ litteraturæ expertes fuiſſe comperies quique littera
rum ſtudia ſaltem præter hunc unum quem pauloante diximus Li
cinium non probarint:non admirati ac ſummo quodam ſtudio ꝑ
ſecuti ſint. Obſtrepant ut libet & irrideant alii noſtri temporis du
ces:noſtrique reges & principes qui uirtuti bellum ac litteris indi
cunt:ſimulatoque contemptu uel ingenii tarditatem uel ſegniciem
ſuam ac ſocordiam tegunt: Audacter tecum dixerim Sigiſmunde
ſupellex regia & auguſta & ornamenta ducum & principum erant
olim libri & litteræ Vnde illud Pyſiſtrati probatur ab omnibus qui
Athenienſiū tyrannus quom eſſet hanc diuinā libroꝝ ſupellectilē

ciuibus ſuis primu's ad legēdum inuulgaſſe publiceq; præbuiſſe di
ctus eſt: quos deinceps accuratius eorum numero ab Athenienſibꝰ
aucto Xerxes athenarum urbe potitus abſtulit aſportarique iuſſit
in perſas quoſq; itidem multis poſt ſæculis interiectis Seleucus rex
hic & Nicanor dictus in græciam: inq; ipſam Athenienſium urbē
uti condignum fuit rurſus cenſuit reportandos: increbuitque ſic cu
ra & uoluptas quædam permultis cogendi in unum uolumina di-
uerſarum gentium diuerſarumque artium: ut Alexander & ei qui
ſucceſſere in conficiendis bibliothecis animum intenderent. ſic ma
gnus atq; ingens poſtea librorum numerus ac pene incredibilis in
Aegypto conquiſitus atq; cōfectus eſt. ad quadraginta enim uel ut
alibi reperio quadringenta: ut Oroſio & Senecæ ſeptingēta ferme
ut Gelio & Amiano Marcellino placet ſeptingenta uoluminū milia
Ptolomæis regibus uigiliis intentis compoſita bello priore Alexan
drino dum diripitur ciuitas dictatore Cæſare a militibus forte auxi
liariis incenſa claſſe flamma partem urbis inuadente: qua tum ſin-
gulare profecto monumentum curæ ſtudiiq; maiorum cōdebatur
conflagraſſe produntur: quod elegantiæ regum curæq; opus egre-
gium fuiſſe ait Liuius: quem Seneca carpit: non id elegātiæ curæq;
regiæ opus dicens ſed ſtudioſæ luxuriæ immo ne id qdē ſed ſe ipſū
conquiſitis ſpectaculis inaniter oſtentantis & Liuii tamen dictum
& Ptholomæi factū utcumq; forſan regiæ opes excuſāt: & in lōgū
publicis uſibus perſpiciens primum ac conſulens immortalitati tan
torum uirorum in hoc tamen certe laude digniſſimus q; ſacras lit-
teras non utiles modo ſed neceſſarias ſumma diligentia atq; impen
ſa per lectos ad tantum opus uiros in grecam linguam ex hæbreo
fonte tranſfudit: parem curam & ſtudium cogēdorū ſimul librorū
ſecuti ſunt ex ducibꝰ primoribuſq; urbis Romæ plures eoꝝq; p̄mꝰ
Aemilius Paulus Imp. Perſæ potentiſſimo Macedonum rege deui
cto: Dehinc Lucullus e pontica præda: poſt hos Iulius Cæſar dato
M. Varoni negotio bibliothecas utriuſq; linguæ q̄ maximas poſſet
comparandi dirigendi publlcandique. Probatur quoq; in hoc Do
micianus qui liberalia ſtudia licet imperii initio neglexerit: biblio-
thecas tamen incendio abſumptas reparare curaſſet exemplaribuſ
undique petitis miſſiſque Alexandriam qui deſcriberent emenda-
rentq;. Tollitur in cælum præ cæteris & Aſinii Poliōis romæ ſimile
inuentum qui primus bibliothecas græcas ſimul atq; latinas additis



auctorum imaginibus dicando ingenia hominū. R. P. fecit: quæ
an priores & maiore librorum copia inibi fuerit an Alexandriæ et
pergami qui bibliothecas magno certamine inſtituere nō facile di-
xerim. De priuatis auſim dicere non regios huiuſmodi apparatus:
Sed alios æquantibus facile uel ſuperantibus: Sereno quidem ſamo
nico ingenti doctrina uiro: ſed maiore cura pulcherrimaꝝ litteraꝝ
multoꝝq; uoluminum duo & ſexaginta milia librorum fuiſſe legi-
mus: quos omnes Gordiano iuniori cuius patri fuiſſet amiciſſimꝰ
ille moriēs reliquit nobilem ſane theſaurum & præclaram genero-
ſi animi & humani generis hæreditatem. Hanc igitur græcaꝝ ac la
tinarum litterarum copiam diuinamque librorum ſupellectilē atq;
peritiam tanquā maximum abſolutiſſimumq; mortalibus bonum
ſummo opere perquirendam in delitiiſq; habendam futuris ducibꝰ
ac imperatoribus cenſeo: interdumq; Cor. Cælſo aſſentiri cogor q̄
ait ſummum bonum ſapientiam: ſummum autem malum dolorē
corporis: quom nec eius ratio mihi uideatur abſurda. Nam quoniā
duabus inquit partibus conſtamus animo ſcilicet & corpore: quarū
prior melior: deterius corpus eſt: ſummū bonum eſt melioris p̄tis
optimum: ſummū autē malum eſt peſſimū deterioris. eſt autē opti
mum in animo ſapientia: eſt in corpore peſſimum dolor. ut igitur
ſūmū malū dolere: ſic ſummū hominis bonū ſapere ut opinor ſi-
ne ulla dubitatione concluditur: quod qui illā aſſequi poterūt ſi nō
ad oſtentationem ſed ad decus dignitatē: ad commodum ac patriæ
utilitatem hi mihi uidentur fœlicitatē ac beatitudinē facile poſſe cō
tingere. Alia quidem bona humana ſi cum hoc conferantur parua
ſunt: ea quidē & exigua & ab huius q̄ longiſſime dignitate præſtā
tiaq; remota. Præclaꝝ quiddam ſcio dices Sigiſmūde eſt multis im
perio eminere: ſed ſpecioſa magis q̄ tranquilla imperii facies eſt &
qua nulla curioſior nulla minus libera: immo nulla magis ſerua ut
Senecæ placet conditio eſt. Gladiis enim ceruicibus appendētibuſ
imminent haſtæ undiq; & ſpicula: ipſi cuſtodes timētur & comites:
nihil nō auſuri ira illa uel inopia uel auaritia militari ad quæuis fa
cinora facile irritante. Sic Pertinax non ab alio q̄ a ſuis militibus in
terfectus eſt. Sic poſtmodum duo maximini pater & filius: ſic Bal
binus & Maximus: ſic Probus dux clariſſimus; ſic Gratianꝰ & Va
lentinianus iunior optimi fratres: ille a ſuis legionibus hic a ſuo co
mite proditus: ſic innumerabiles alii a ſuis hoſtibus inuicti ſuis ex

ercitibus periere & quos milites ſotios ac comites appellabant inue
nere carnifices Adde ꝙ omnis ætas ĩ imperio reprehenditur ſenex
enim quiſqꝫ ĩhabilis uidetur:iuueni quoqꝫ additur & furor. Pulchra
eſt generis dignitas.ſed quid aliud q̃ quædam ex progenitorũ me-
ritis ꝓueniens laus uidetur:pretioſæ diuitiæ ſed externa rapacis for
tunæ munera quæ dum quæruntur cruciant:parta oblectando mol
liunt:cupidinemqꝫ ſuccendunt:quæ illa pro ſua libidine perturbat
atqꝫ permiſcet cui uidetur tradit:aufert habentibus: & rurſum quõ
uiſum fuerit non ſperãtibus reddit:eorumque bonos ſimul & ma
los ſine ullo diſcrimine atque delectu participes fieri ſinit. Illuſtriſ
ſima rerumque omniũ blandiſſima eſt gloria ſed inſtabilis & peri
culis multis obnoxia ut pote quæ ſæpius fortunæ q̃ uirtutis eſt bene
ficium:qua & nihil inanius eſſe Theophraſtus dixit: nihil pernici
oſius ſatyricus. Patriam nanqꝫ obruit olim gloria paucorum & lau
dis tituliqꝫ cupido:formæ dignitas grata eſt: ſed uel fragile bonum
uel nulla potentia formæ eſt Inquit Naſo quam & alienum quoque
bonum Bion deceptionem tacitam: Theophraſtus: modici uero tẽ
poris tyrannidem appellauit:Socrates naturæ priuilegium:Plato re
gnum ſolitarium:Carneades eburneum detrimentum: Theocritus
uitæ floſculum celeriter decidentem:Satyricus feſtĩat inquit decur
rere uelox floſculus anguſtæ miſeræqꝫ breuiſſima uitæ portio: Dũ
bibimus:dum ſerta unguenta:puellas poſcimus:obrepit non intel-
lecta ſenectus: Iocunda ualitudo. Sed inconſulta iocũditas quæ ne-
gligentes et incautos ferre ſoleat poſſeſſores et perſæpe morbos ac
cerſere quos malæ ualitudinis intentio declinaſſet. Optabile robur
at nullæ tantum corporis uires quæ uel labore immodico uel mor-
bo acri uel cuncta rodente ſenio non frangantur:non conficiantur
Sic Herculem Domitorem gentium ab hominibus inuictum uis la
tentis mali uicit. Sic Milonem crotonienſem Athletam illuſtrẽ pa-
tulis in parte media hiſcens ramis arbor una detinuit: dilacerãdũqꝫ
hominem feris præbuit:Litterarum autem et humanarum rerum
diſciplina cũ uirtute coniũcta hæc omnia declinare et effugere poſ
ſe uidetur incommoda. Hanc enim non caſus nec fortuna uiolare
nec calumnia auferre nec morbus corrumpere nec ferrum minue
re nec labefactare ſenectus poteſt: Immo quom cætera tempori cæ
dant. ſola hæc litterarum monumenta temporis diuturnitate pube-
ſcunt.



## Quã maximos huic diſciplinæ fructus afferat philoſophiæ & hiſtoriarum cognitio:qꝫqꝫ maximi duces hiſtoriam ſcripſere. Liber ſecundus.

Vlta igitur litterarum ſtudia quom ſint
ut ante diximus Imperator inuicte Si-
giſmunde Pandulphe quæ ſummum
decus & ornamentum ducibus queãt af
ferre:erit & in re hac illa præpollẽs phi
loſophiæ tum hiſtoriarum omnis æui
ſummopere peroptanda cognitio. nam
qui docti & excellentes uiri qui uſq̃ ſũt
grauiter ac perite locuti omnem uiuen
di rationem ita diſtribuunt:ut pars altera ſit in præceptis & inſtitu-
tis:pars altera in hiſtoriis collocat. Illa enim uiuendi rationem & le
gem quom præ ſe ferat tradatque hominum officia quid ſit hone-
ſtum:quid turpe:quid utile:quid quæqꝫ deceat: quid non: & cætera
quidem acri ingenio excogitata in medium afferat cum tamen per
ſeſe explicantur ſegnius legentium animos irritant factuque quo-
dam modo incredibilia iudicantur. ubi uero præclara rerum ac tẽ-
porum teſtis accedit hiſtoria faces quaſdam ac ſtimulos ſic compa
rat ut obſcurum haud ſit mentes hominum ita tepeſcentium clariſ
ſimorum facinorum memoria ad gloriæ & immortalitatiſ ſtudium
uehementer accendi:quod genus Pytagoræ Democriti Platonis &
Ariſtotelis cæterorumque philoſophorum præcepta iubent ut acer
biſſimos cruciatus & maxima uitæ diſcrimina ineamus: ut fidẽ iu-
reiurando hoſtibus datam non fallamus ut coniunctiones pactio-
neſque bellicas & hoſtiles non perturbemus: eorum quidem pro-
babitur oratio:ad rem autem proficiſcentibus torpebit animus per
horreſcet cadet que:quod ſi. L. Bruti facinus in expellendo Tarqui
nio aut Scipionis Naſicæ inuicti animi magnitudinem & robur cõ
tra Tyberium Graccum aut. M. Attilium Regulum Caſſium Sce
uam Centurionem Attilium militem aut. L. Siccinium Dentatum
plebeium Tribunum uel Cynegirum quempiam ex hiſtoriarum
monumentis quaſi teſtes adduxeris. Quis eſt adeo uecors adeo ex
animis ut eorum exemplis non excitetur:non animetur:nõ impel-
latur ad patriæ incolumitatem ad ſui ſuorumque ſalutẽ uindicandã

conſeruandam:diſcrimina morteſque pro nihilo ducat. Sic enim
Mylciadis trophæa ſomnos eripuiſſe Themiſtocli ſic alii ſūt ad imi
tandos præſtantiſſimos duces Alexandros:Scipiones:Fabios:Cato
nes:Regulos Curſores:Valerios: Marcellos: Aemilios : Cæſares:
Denique ac reliquos innumerabiles crebro rumore uirtutum ſuarum
incredibili ardore compulſi. Porro ſi aliā hiſtoriæ uim libet inſpi
cere reperiemus eam non minimam nec mediocrem ducibus incō
ſultando auctoritatem & in gerendo peritiam accommodare poſſe
quod ſi ueterum res geſtas memoria repetamus inueniamuſq; ma
ximas res publicas præcellentiſſima regna:potentiſſimos diuerſa
rum gentium populos grauiſſimo ſenum adoleuiſſe floruiſſeque
conſilio q; hi temporum diuturnitate multarum gentium uertigine
& experientia multa ſciſſe permulta uidiſſe crederentur:quanti fa
ciemus totius antiquitatis ſtudioſos homines atque peritos quibus
non unius ſenatus & imperii neque unius ætatis ſed omnium pene
gentium omniumque ſæculorū res uiſæ cognitæque ſint: quæ om
nia Cicero noſter hiſtoriam deſcribens paucis & his quidem uer
bis expreſſit. Hiſtoria eſt teſtis temporum:lux ueritatis: memoriæ
uita:magiſtra uitæ:nuntia uetuſtatis. Ex qua deſcriptione temporū
rationes hominū res geſtas uniuſcuiuſque uitam naturam formā:
cogitatus conſilia mores:naturæ inſolita opera fortunæque inſpera
tos euentus accipies:hac in re aderit quoque ſcriptorum genus qua
ſi caſtrenſe egregium ſane atque præcellens:quos ad pacis uſū bel
lique tempora legere atque manuuerſare opere pretiū ſit : Verum
apud exteros quidem Herodotus ille imprimis atque Thucydides
ille enim perſico bello merens quo tempore Xerxes in Græciam
duxit exercitum quantum hoc dicēdi genere ualuerit eius hiſtoria
elegantiſſime ſcripta declarat. Hic uero non ſecus cum in re bellica
aliquādiu uerſatus eſſet tandem ſe contulit ad ſcribendam hiſtoriā
in qua ita claruit ut cum eius fama in bello non obſcura eſſet maio
rem ex eo ſtudio q̃ ex armis ſibi laudem & gloriam cōpararet. Idē
etiam de Thimoteo Cononis filio liceret dicere qui quom ſummus
Imperator fuiſſet elegantiſſime perſcripſit hiſtoriam & quod ma
gis ſcio admirabere:ſi probum non legeris Hannibal pœnorum dux
inclytus tot tantiſque bellis implicitus de Cn. Manilii Volonis rebus
in Aſia geſtis nonnulla ocii ſolitudinis & ingenii ſui græcis litteris
monumenta reliquit:Ioſephus hebræus genere & gallilæorum dux



a Veſpaſiano captus Titoque filio eius relictus Hieroſolymis Ro
mam ueniens:nonne bellum quod cū romanis geſſere iudæi om
nium maximum atrociſſimumque ſeptem libris digeſtum patri fi
lioque imperatoribus obtulit ſtatuamque promeruit Mitto alios an
tiquitatum libros ab exordio mundi ad quartumdecimum uſq; do
miciani Cæſaris annum ab eo quoque quorundam ſententia ita ut
ſunt apud nos latinis litteris & orationis uenuſtate conſcriptos:ſunt
qui eum ſcripſiſſe litteris græcis putent:poſtea uero in latinum uer
ſos illos e græco quidam a Ruffino Aquilegienſi aliique ab aliis tra
ductos malint. Ex noſtris quoque ducibus nonnullis cum militaſ
ſent hoc idem quod externis propoſitum fuit ut nec in armis ætatē
totam contererent: Verum ab negotio caſtrēſi ad hiſtoricum ociū
& ab hiſtorico ad caſtrenſe aliquando ſe mutuo conferrent. Vnde
M. Portius Cato quem honoris ac differentiæ cauſa modo priſcum
modo ſuperiorem aliquando maiorem ſæpe familiæ Portiæ princi
pem plerūque Cenſorinum docti uocant originum libros ſcripſit
egregium quidem opus atque difiuſum & in quo ſi uſquā eſt hiſto
riæ plurimæ & antiquitatis monumenta extant eiuſce rei ſeptē ſunt
libri conſcripti:ſed primus quæ ſint romanis a regibus res geſtæ cō
tinet. ſecundus & tertius cuiuſque ciuitatis Italicæ conditorem ortū
& originem:quamobrem originum libros inſcripſiſſe uiſus eſt.
quartus bellum primum Carthaginenſe. quintus ſecundum terribi
le atque memorandum quod Hānibale duce cum po. Ro. Cartha
go ſubiit. Quæ autem ſunt eo ſuperſtite bella deinde confecta. ſe
xtus & ſeptimus uſque ad præturam Sergii Galbæ referunt expoſi
tis etiam in Italia & Hiſpania quæ aut eſſent aut uiderentur admi
ratione digniſſima. Nobilem deinde ducem. Q. Fabium qui etiā
romanæ hiſtoriæ ſcriptor eſt & cuius orationes Thucydidis orati
onibus q̃ ſimiles fuiſſe aſſerunt miris in cælum laudibus ſuperi
or tollit etas quanquā ex pictura magiſ q̃ ex litteratura nomen in
uenerit. Conſimili ratione Syllam Luculli res clariſſime geſtas me
moriæ hominum demādantem accepimus & ad eum ipſum quip
pe qui comentariis maiore quodam orationis cultu & ſplendore eā
ipſam hiſtoriam expolire potuiſſet. Magna etiam huiuſce rei. D.
Iulii Cæſaris inter cæteros acta cura eſt in ſcribendis ſi quidē Gal
lici ciuiliſque belli Pompeiani comentariis:ſic enim libros ſuos ap
pellauit : hanc diligentiam adhibuit ut ſingulis libris ſingulorum

armorum res geſtas colligeret libros igitur ſeptem Gallico de bello
& tres de ciuili pompeiano ſcripſit ſuperioribus aūt octauū poſt eū
necatum addidit hirtius. Is nanque libro uno quæ deerant Gallico
de bello ad finem cum integritate ſuppleuit: poſtremo libri ſūt tres
de Alexandrino de Aphricano de Hiſpanienſi bello ſcripti horum
auctorem Suetonius qui antiquus & nobilis eſt ſcriptor eſſe incer-
tū refert ꝙ eos ſcriptos alii ab Hirtio alii ab Oppio eſſe putent: Hir
tius autem ſuo in octauo qui eſt ut dixi Gallico de bello ita præfa-
tur ꝙ iſti etiam tres de bellis quæ in Alexandria deinde geſſit Cæ-
ſar ſcripti ab eo dubie uideantur quæ hoc in loco a me dicta ſint ue-
ra ac teſtimonio Hirtii & Suetonii approbantur inſcriptiones ta-
men ſolent memini quædam haud minus falſæ q̃ uariæ inueniri ꝙ
aliqui Iulio Cæſari quidam Iulio Cælſo nonnulli Hirtio multi Sue
tonio non iſtos aut illos modo ſed quos nominaui libros omnes de
Cæſaris geſtis. ſunt enim numero quattuor & decem inſcribāt: ſed
ut libet diſponant illi Hirtium nos ac Suetonium ſecuti ſumus ea-
dem Cæſariana tempeſtate Aſinius Pollio Dalmatico triumpho eti
am inſignis prætermittendus nec uidetur. & quanq̃ eloquentiæ ſuæ
nulla ſuperſint: eum tamen hiſtoriarum ſcriptorem nobiliſſimum
fuiſſe memoriæ proditum eſt. Marcus autem Varro quem etiam
militaſſe conſtat quantum hoc ſtudio romanis rebus profuerit de
temporum deſcriptiōibus de patriæ ætate libri ab eo accuratiſſime
ſcripti clare teſtantur. Quid Cicero noſter orator ampliſſimus &
imperator nonne cum militaſſet hoc litterarum genus ita excoluit
ut de temporibus ſuis ſcripſit: totamque cyrri hiſtoriā a Xenophon
te conſcriptam legendo contriuerit pariter & excuſſerit: annales eti
am ab eo eſſe conſcriptos atque de Coſmographia libros Pri. Cæ-
ſariēſis refert & fragmentum adhuc ſupereſt. Fuerunt & alii præ
ter hos romanorum Auguſti maximi ac nobiliſſimi principes du-
ceſque orbis ac rerum ſummam adepti hoc ſcribendi munus mini
me aſpernati: Octauianus Auguſtus imprimis & Claudius: ille enī
rerum a ſe geſtarum libros tres ac decem cum eſſet in Hiſpania cā
tabrico tenus bello edidit: hic uero hiſtoriam Tito Liuio hortante ī
adoleſcentia Sulpitio uero adiuuante aggreſſus eſt ī principatu etiā
ſuo plurima cum litteris huiuſmodi complexus fuerit hiſtoriæque
ſuæ initium ſumpſerit poſt cædem obitumque Cæſaris dictatoris
prioris materiæ duos poſterioris unum & quadraginta libros reli-



quit. Huius etiam litterariæ & hiſtoricæ famæ tam cupidum Hadri
anum fuiſſe nouimus ut rerum ſuarum uolumina notauerit: fami-
liaribus libertiſque ſuis nominibus eorum inſcriptis inuulganda
contulerit: Gordianus denique ſenior Panegyricum ſiue laudes
Antoninorum omnium qui ſuperiori tempore fuerant oratione
ſoluta congeſſit in libros & etiam Antoniniados hoc eſt Antonini
Pii & Antonini Marci elegantiſſimis uerſibus in triginta libris ui
tam illorum & bella publice priuatimque geſta perſcripſit. Taceo
alios innumeros rerum geſtarum auctores: quibus ſine præclara
ſuperioris temporis utriuſque linguæ regum & ducum acta: aut
pene deperiſſent: aut eſſent in tenebris perpetua obliuione ſepul-
ta: utque ad urbium iam maximarum nomina conuertatur oratio:
non ne ſuo iam igne conſumptum eſſet Ilion: Num conſumptae
Thebæ: num: Micenæ: Lacedæmon: Athenæ: num Corinthus Car
thaginis Byrſa: ac ueteris mœnia Babylonis. Quid Roma deniq̄
ipſa unica quondam mundi gloria ac clarorum tot uirorum patria
& domicilium nihil profecto niſi & græcis & latinis rerum geſta-
rum ſcriptionibus ſuſcitaretur. hac enim re una muti loquuntur:
abſentes adſunt: mortui uiuunt. Mortuorum enim uita ut inquit
Cicero in uiuorum memoria conſiſtit: quo fit ut res ab noſtra æta-
te memoriaque remotas melius cognoſcamus ſi modo ſint claris
auctoribus illuſtratæ q̃ quæ recentior dies attulit cum qui ne un-
quam urbem uiderint: Illuſtres tamen Romanos reſque eorū ma-
gnifice geſtas ita norint ut res omnis pene lōge melius q̃ qui a mul
tis ſæculis citra inde oriundi ſunt cognouiſſe uideantur. Poſtremo
ad ea quæ adeunda ineundaque ſunt locorum genera nihil condu
cibilius q̃ regionum terreſtrium aut maritimarum ſcientia cum nō
ſolum agros: ſyluas: nemora: ſaltus: montes: flumina: lacus: ſtagna:
portus: & maria. Sed tot oras orbis & urbes ſparſaque imperia & po
pulorum diſſonas diſſidenteſque linguas ita deſcribit: ut non tam
ore ac mente q̃ oculis legere te reputes: Quocirca & præclarum
ut inquit Flaccus & utile nobis exemplar propoſuit Vlyxes: qui do
mitor Troiæ multorum prouidus urbes & mores hominum inſpe
xit: latumque per æquor dum ſibi dum ſotiis reditum parat aſpera
multa Pertulit aduerſis rerum immerſabilis undis. Illud quoque
in eodem genere Alexandri Cæ. inſtitutum ſæpenumero ſcitū &
memoratu dignū mihi uideri ſolet qui ſapientes obeundis in rebus

conſiliarios hiſtoricos conſulebat & milites ueteres & benemeritos
ac locorū gnaros ut ſi quid huiuſcemodi ſuperiori ætate bene actū
eſſet: uel uſu probaret uel melius ac prudentius cerneret: præclarū
& illud quoque Demetri Phalerei: Ptolemeum Aegyptium admo
nentis ut libros in quibus iuſti regis officia & illuſtrium principū
uitæ ac mores litteris demandati eſſent & ſtudioſe legeret & de ma-
nibus nunquā emitteret: huic conſentaneum non minus eſt quod
a Scipione Aphricano diuino homine obſeruatum inuenimus qui
non tantum ſtudii operæque Xenophontis lectioni in qua Cyri ui
tā contineri dicebatur impendiſſet ni bello uel pace exiſtimaſſet eā
ſibi lectionem plurimum profuturam: nec Cato ille Priſcus aliam
ob cauſam manu ſe ſua nato res geſtas maiuſculis litteras exaraſſe
teſtatur: niſi ut domi maiorum uirtutis ſimulacra filio uſui forēt &
adiumento: quæ cum ita ſint egregium ſane cōſumatumque belli
ducem neminem eſſe poſſe arbitramur qui non harum rerum co-
gnitione & doctrina ad ea quæ ſibi propoſita ſunt munera tractan
da inſtructus atque ornatus acceſſerit qui non ea quæ de bonis re-
bus & malis de contemnenda pecunia: gloria propaganda frangen
dis cupiditatibus conformandis hominum moribus excipiendis pe
riculis ac morte: pro honeſtate appetenda ſapientiſſimi uiri maio-
res noſtri: monumentis ſuis ſcripta nobis reliquerunt: nō modo au
dierit legerit uerſauerit uerum etiam in his exercuerit ſe diutius &
earum exempla ab omni memoria antiquitatis cognouerit cognita
que tenuerit non minora denique priuatim publiceque Pythagorā
Democritum: Zenonem: Chryſippum: Platonem: Ariſtotelem: Li
uium: Saluſtium: Herodotum: Tucydidē: Ephorum: Theopom-
pum: cæteroſque ſapientes egiſſe aſſerentes q̄ ſi duxiſſent exercitꝰ
geſſiſſent honores leges tuliſſent nec ſolum palmas & coronas his
tribui oportere: ſed etiam decerni triumphos & inter deorū ſedes
eos dedicandos iudicare

De eloquentia quantumque huic ipſa rei conducat
Cap. I.

DIICIENDA eſt huic ni fallimur illa quæ recte a præ-
claro poeta flexamina dicta eſt omnium regina rerum
oratio hac quām modo diximus hiſtoria formoſior mul
to & illuſtrior: Sed cum duplex ſit orationis ratio & in altera ſermo
ſit in altera contētio. non eſt id quidē dubium quin oratiōis cōtētio



maiorem uim habeat ad gloriā. ea eſt enim quā eloquentiā dicimꝰ
Sed tamen difficile dictu quantopere conciliet animos comitas affa
bilitaſque ſermonis: extant epiſtolæ Philippi ad Alexandrum An
tipatris ad Caſſandrum & Antigoni ad Philippū filiū quibus præ-
cipiunt ut oratione benigna multitudinis animos ad beniuolentiam
allitiant: militeſq; blando appellando ſermone deliniant. Quæ au-
tem in multitudine cum contentione habetur oratio ea ſæpe uniuer
ſam ita excitat gloriam: ut flagrantes cupiditate animi ab improbi-
tate auaritia: luxuria: ignauia: deſidia: flagitio deterrantur. Remiſſi
uero atque languentes metuque abiecti ad uirtutem: dignitatem de
cus ac gloriam excitentur: inducanturque in ſpē cogitationēq; meli
orem: quæ ſingula licet ab his niſi qui naturas hominū uimq; om-
nem humanitatis cauſaſque eas quibus mentes aut incitātur aut re-
flectuntur: quos philoſophos eſſe nouimus: & quibus hi loci potiſ-
ſime debentur proſpiciantur. Tamen neſcio quo pacto & ira & mi
ſericordia omniſq; animi ſuſcitatio in poteſtate eſt oratorum: quo-
rum fœlicem ac beatam eloquentiam ab omni populo fuiſſe ſpecta
tam: & ueluti numen quoddam celebratam nō ambigimus quom
neq; nos lateat ab ea q̄ ſæpe tyrannos urbibus eiectos atque ſub-
latos: ſedatas diſcordias: mitigatam inuidiam: turbulentos ac ſediti
oſos ciues oppreſſos: plurimos ad honores ac imperia magna pro
uectos plurimaſq; partas urbes quæ ita fuiſſe ſuperiorum temporū
demonſtrat euentus & clariſſimorum uirorum illuſtriumq; rerum
publicarum teſtantur exēpla: atq; ut a noſtris his ī rebus qui multū
ualuere noſtra fidem ſumat oratio: Quis dubitat aliter hac comita
te & ſermonis affabilitate militarique facūdia & bellis accomodata
fieri potuiſſe quod a. L. Bruto ſpectatæ nobilitatis uiro factum eſſe
ſcimus qui potētiſſimū regem expulerit: ciuitatemque perpetuo iu
go liberarit. Paulo etiā poſt reges exactos quis neſcit hac ipſa ora
tione plebem armatam uariis ſtimulatam iniuriis & a patribus diſ
ſidentem prope ripam Anienis fluminis eumque montem qui ſa-
cer dicitur: ſiue cuius Piſo teſtatur Auentinum occupantem Mene
nium Agrippam grauem ea tempeſtate uirum dicendo ſedaſſe poſ
ſumus Appium Claudium ampliſſimum uirum ſenectute ac ocu
lorum orbitate confectum his ānumerare qui a filiis lectica per fo
rum deuectus in curiam his auditis quæ ī ſenatu & præclare & hu
maniter a Cynea dicta erant: quom & liberationem captiuorum

& auxilium ad ſubigendam Italiam po.ro. Pyrrhus offerret ac pro
his nihil aliud q̃ amicitiam ſibi tarentiniſq; ſecuritatem poſtularet:
pluribus ad eam rem inclinantibus: magnifica oratiōe auctor fuit
ut eiuſmodi pacis quæ plurimum turpitudinis & inſidiarum habi-
tura erat fœdus nullo pacto reciperent. Poſſumus merito. M. Tul-
lium Ciceronem ſermonis & contentionis præſtantia omnipoten-
tem dicere qui Verrem audaciſſimum hominē ſceleſtumq; crimi
nibꝰ ſuis oppreſſit & ferociſſimis ſeptū armis nihilq; nō auſuꝝ. Ca
tilinam inermis exterruit ac de incendio urbis & ciuium ſanguine
cogitantem truſit in exilium: qui mœnia romana tecta templa capi
tolii arcem: bonorum lares: totum deniq; corpus imperii impendē
ti iam præripuit ruinæ: quo merito primus omnium ut inquit Plini
us parens patriæ appellatus ut qui primus in toga triumphum lin-
guæq; lauream meruit: facundiæ litterarumque latinarum eque pa
rens omnium triumphoꝝ lauream adeptus maiorē quāto plus eſt
ingenii romani terminos in tantū ꝓmouiſſe q̃ imperii Addidit etiā
Cæſarem dictatorem ipſius quondam Ciceronis hoſtem de eo ta-
lia ſcripſiſſe ex teſtibꝰ inimicitia fidem ſibi ſumens: qui & ipſe quā
tum militari ualuerit eloquentia nemini mediocriter etiam erudito
ambigendum eſſe cenſeo: quippe qui aut diſertiſſimos dicendi arti
fices æquauit aut exceſſit eloquio: accuſator nanq; Dolobellæ plus
q̃ militare ſit munus ſummi oratoris officium impleuit: in qua qui
dem accuſatione extorqueri ſibi cauſam optimam. L. Cottæ patro-
cinio queſtus eſt quo uerbo facundiæ uim expreſſit: ut Valerio ui-
detur. Ni mirum uerbum extorquere hanc uim habet ut reus ille
non ex facili ſed ex arctiſſimo quidē indiſſolubilique laqueo uer-
bi ubi cæſareo eloquio uictus erat præreptus uideretur poſtquā ac
cuſationē ut Suetonius inquit: haud dubie principibus patronis an
numeratus eſt. Enumerare poſſem quibꝰ præliis eius oratio ita mi
litum animos incenderit ut periculi omnis īmemores: leti etiā & ex
ultantes in ferrum ruerent: quas ingentis exercitus ſeditiones com
preſſerit: quot armatorum milia ſolus & inermis oratione terrue-
rit uſque adeo ut ad nutum perorantis inuenti ſint: & qui colla por
rigerent: & qui ferirent. qui uero gemeret nemo niſi & narratio lō
gior foret: Nec Auguſtum inter multa animi ingeniique ſui bona
ab huius quam modo diximus paternæ eloquentiæ ſtudiis abhor-
rentē nouimus. Nam ut de illo ſcriptum eſt: genꝰ eloquendi ſecutꝰ



elegās & temperatum præcipuam curam duxit ſenſum animi quā
aptiſſime exprimere & amicos irriſit uerba īſolita et obſcura captā
tes & hoſtem increpuit ut inſanum ea ſcribentem quæ admiratiōis
pluſ q̃ intelligentiæ allatura eſſent animis audientium. Nec ē mihi
de eloquentia clarorum dudum ſcribenti Aſinius ipſe Pollio ſilen-
tio obruēdus quem ut appareat ſuum cuiq; iudicium fore medium
inter duos eloquentiſſimos latinorum. M. Tullium &. T. Liuium
Seneca conſtituit ita non ſpernendꝰ auctor. Tres enim uult eſſe elo
quentiæ principes quos in epiſtola quadam uidetur omnibus præ-
ferre: ſecundum faciens Pollionem cuius orationem Ciceronianæ
diſſimilem ſalebroſam & exilientem dicit & ubi minime expectes
relicturam. Si uero Portii Catonis quiſpiam quærit eloquentiam ī
oranda cauſa oratoriæ artis magnum ea ætate decus illi partum di
ces quippe qui omnis generis eloquentiæ eius oratiōes tam multas
pro ſe pro aliis & in alios egerit ſicq; perorauerit ut non ab re roma
nus in urbe Demoſthenes diceretur. Id etiam ſibi nactus præ cæte
ris ut eius propriū ſit quater & quadragies cauſam dixiſſe nec quē
q̃ ſæpius odio & inimicoꝝ ſimultate petitum: ac ſemper inuictum
& abſolutum: cuius eloquentiæ uim atq; naturam quum ipſe probe
noſcet ac iuuentutem hortaretur ad audacter pugnandum: aſſere-
bat uerbo magis q̃ enſe & uoce quam manu pleꝝq; euerti & cōſter
nari hoſtes ſolere. Excellentem & egregiam quoq;. L. Craſſi facū-
diam ſi aliunde neſciremus hinc liceret intelligere quod in libris de
oratore. M. Cicero mortē eius magnificentiſſime deplorans oēs il-
lum ſemper eloq̄ntia: paucis uero ante obitum diebus ſeſe etiam ui
ciſſe commemorat Certatim quoq; ſecum eloquentiæ ſtudioſis ad
eū locū quem nouiſſime pedibus ille calcauerat poſt ipſius mortē
rediiſſe: captus dulcedine & recordatione ſermonis quem ex eo nu
per audierat & uelut iteꝝ auditurū. Addit etiam id uni Craſſo ſin-
gulariter contigiſſe ut quotiens peroraret totiens ſolito altius ac ſi-
ne exemplo locutus uideretur. Enimuero quia fama huius aliquā-
to apud uulgus ignotior eſt non alienum exiſtimaui duo etiam. M
Tullii dicta ſubiicere quibus de hac re præ cunctis fides habenda
eſt. Nanque apud eum ita ſcriptum inuenio: Craſſo dicente nemo
tam arrogans qui ſimiliter ſe unquā dicturum eſſe cōſideret & ite-
rum omnibus auditis oratoribus ſine ulla dubitatione ſic ſtatuo &
iudico neminem omnium tot & tanta quanta ſint ī Craſſo habuiſſe

ornamenta dicendi. Idem de. M. Antonio teſtis adeſt Siquidem cū
quodam in loco de hoc deqꝫ ſuperiore ſimul loquens dixerit fuiſſe
utrunqꝫ tum ſtudio & ingenio & doctrina præſtantem omnibus tū
in ſuo genere perfectum ut neqꝫ in Antonio deeſſet ornatus oratio
nis neqꝫ in Craſſo redundaret: alio tamen loco omniū quos ipſe aū
diſſet eloquentiſſimum ait Antonium quaſi de induſtria dubiū re
linquens quo tantaꝝ laudum ſtateram potiſſimum inclinaret: Veꝝ
fama huius uulgatior uidetur: cui multum adiecit nouiſſimus dies
quo migrauit e uita. in illa enim tempeſtate mariana ubi nullus mi
ſericordiæ portus erat iuſſi ſcelerum miniſtri Antonium trucidare
ubi domum eius peruenere Antonium intuentes ac alium alius ad
cædem hortaretur præmitteret ꝙ. Tanta fuit oris illius dulcedo ſed
quædam perſuadēdi dea potius ut loqui quom inciperet milites om
nes præter tntum animtum eius oratione deliniti Diſtrictos iam &
uibratos gladios incruentos uaginis redderent: ac a ſummo furore
protinus ad ſummam miſericordiam conciderent. Huius eſt etiā
ille ad perſuadendum efficax actus orationis cuius in oratore ſuo
aliiſque in locis meminit Cicero. cum enim. M. Acquilium qui cō
ſul fuerat & dux apud ſenatum & populum clarus omni tandē ho
nore ſpoliatum & ad extrema fallacis fortunæ præcipitatum ſenem
in capitali cauſa defenderet in medio orationis ardore & deformē
ſqualentemque reum ſubſtulit: putremque eius diſcindēs tunicam
ac generoſi quaſdam tunc miſerandi pectoris cicatrices iudicibus
oſtentans ſimulque ad. C. Marium qui inter aſtantes erat uerſus &
ut collegæ dudum miſereretur multis cum lachrymis oſtētans mi
ſericordiā omniū concitauit: utque ad exteros prolabatur oratio:
quibus carere in hoc quidem ſermonis genere non poſſumus. Oc
currit nunc qui primas militaris huius eloquentiæ partes ſibi uendi
cat. Piſiſtratus quem rara quadam eloquentia florentem Athenienſi
bus imperitaſſe patientibus atque ultro ei deferentibus imperiū cō
ſtat: quod ne magis obliuione ꝗ iudicio factū exiſtimetur: ex eo cō
iici poteſt: maxime quom Solon orientem Piſiſtrati tyrānidē mul
to ante proſpiciens euocata contione profectus in publicum lorica
armatus & clypeo īſidias & improbos conatus eius operuiſſet neqꝫ
ſolum orientem uerum quom relicta patria depoſitis ante curiā ar
mis in ægyptum indignabundus nauigaſſet atque inde Cypꝝ ꝓfe
ctus poſt ad Chreſum perueniens atqꝫ inde in Ciliciā Pyſiſtratum



in tyrannide perſeuerantem didiciſſet eos rurſus per epiſtolam ſic
monuit. Siquidem per ueſtram uecordiā dira toleratis nihil in hac
parte diis acceptum referatis ipſi enim uobis horum cauſa eſtis qui
pignora ut duram ſeruitutem pateremini dediſtis: ueſtꝝ uero unuſ
quiſque uulpis ueſtigiis incedit: omnibus autē leuis et ſtolida mens
eſt: quippe uiri linguam ſermonemqꝫ uariū & plenum aſtu & falla
cia attenditis rerum exitum conſiderare neſcitis: Huius quoque ty
rannidis & eloquentiæ ſucceſſor Pericles dicendo tam ſimilis fuit:
ut qui hunc audirent: illum ſe audire arbitrarentur ſi modo unꝗ eū
audire contigiſſet: hoc tamen iſte præſtantior ꝙ alter eloquentiā ar
mis adiunxerat: huic eloquentia ſola ſatis fuit ad imperium: quod &
diuturnum geſſit & magnificum. Quadraginta enim annos rem
pu. tenuit: eodēqꝫ tēpore & urbanis rebus præfuit & bellicis inermis
ipſe. Sed tam armata fultus eloquentia dictu mirabile ut quom ad
uerſus omnium ſalutem diceret cum uoluptate ſumma omniū au
diretur. Quid Alcibiades Cliniæ filius Athenienſiū & ipſe impera
tor ſūmus mari ac terra non ne tanta eloqntia præſtitiſſe ad tantāqꝫ
rei militaris gloriam perueniſſe ꝓbetur ut utraqꝫ in illo duce laus
de excellētia certare uideatur: qui quoad reliquos attinet tantum di
cendo ualuiſſe ut nemo ei dicendo poſſet reſiſtere: hanc itidē oris
orationiſqꝫ uim atqꝫ potentiam apud Homericum Neſtorem ueluti
quodam ingenti ſpeculo clarius licet inſpicere. nam quom duo to
tius exercitꝯ collumina diſſident Agamenon regno pollēs & Achil
les potens bello deſideratur: uir cuius ore melle dulcior proflueret
oratio et peritia multa memoratꝯ qui Atride ſuperbiā ſedet: Pellide
ferociam compeſcat atqꝫ eos auctoritate auertat: exemplis moneat:
oratione permulceat. Similiter apud eundē poetā quom in cōcilio
græcoꝝ Agamennon ſopitis ſomno membris quod de inſtruendo
prælio uiderat efferret in medium Neſtor fidem relatis concilians
exercitui non minus eloquētia ꝗ reliqua omnis multitudo ferro et
uiribus fuit adiumento. Eadem ratione dux ille inclytus græciæ nō
tantum: immo nunꝗ ſi Ciceroni credimus optabat ut Aiacis ſimiles
haberet milites: ſed ut ſapientes ſimiles Neſtoris. Quod ſi ſibi con
cederetur non dubitat quin breui tempore Troia foret peritura Ad
hæc etiam accedit ſocraticus ille Xenophon qui optimum dicebat
uel tribunos uel equitum præfectos eloquentia præſtantes parare:
uel oratores idoneos in cōtionibꝯ caſtrenſibus adhibere ꝗ equitibꝯ

peditibuſq; ui orationis & copia terrorem incutiant metu quom me
liores fiant: Sedent etiam & ad tranquilliorem partem traducant: ſi
quando temere concitati fuerint: nec aliam ob rem deniq; Pyrrhus
ille ſapientiſſimus rex & imperator dicere ſolitus eſt: plures a Cyn
nea uerbis q̃ ab ſe armis urbes eſſe partas niſi ꝙ omnia Euripidis
ſententia conficit oratio quæ haud hoſtile ferrum conficere poteſt

De poetis qui fructus ex eis: & qui audiendi: quiq; repudiandi ſint.
Cap. II.

VMque finitimi ſint oratoribꝰ poetæ regeſque ſuperiori
tempore & inclyti duces quom bellum inituri eſſent ſa
cra muſis de more ante perſoluerēt: utpote quæ diſcipli
næ iudiciorūq; meminiſſent quo & faciles ac promptæ periculis ad
eſſent & facinora præliantium memoratu digna redderētur: eos au
diendos legendoſq; quom inhæreant penitus mentibus eſſe opere
pretium arbitramur maxime quom magnā ſpeciem doctrinæ atq;
ſapientiæ præſeferant: Cæteꝝ hi quom multiformes uariiq; ſint: ut
Tragici: Comici: Epici: Melici & Iambici ac ditirambici: apudq; ali
os poetarum alii cenſoria notatione digni: alii habeātur in p̃tio ut
facile ſecerni poſſit ex his qui lectione noſtra digni quiue exigen
di ſint diuiſionis gradibus explicandum eſt: Poetæ itaq; omnes aut
tantum conciliandæ auribus uoluptatis aut oratiōis quoque ad me
liores uitæ uias gratia fabulas finxere: auditum imprimis mulcent:
ueluti Senici de quibus nihil eſt aliud quod dixerim in præſentia q̃
ꝙ Romani ueteres apud quos nunq̃ Tragœdiæ ſiue comœdiæ pro
bare ſua in ſcenis ac theatris flagitia potuiſſent niſi cōſuetudo uitæ
pateretur a rebus diuinis liberi patris: Apolliniſque ſumpto princi
pio ab his enim Tragœdia & Comœdia ſumpſerunt exordium di
ctaque Tragœdia proinde eodem nomine quo ſacer hymnꝰ liberi
patris cum hymnus ille fortia facta & laudes liberi patris concine
bat: ita et hæc tragœdia non niſi magnoꝝ & fortium uiroꝝ uitia re
prehendebat: uel ex uocis uaſtitate nominata quæ concauis reper
cuſſionibus roborata talem ſonum uidetur efficere ut pene ab ho
mine non uideatur exire: erigitur autem in hircinos pedes: quia ſi
quis inter paſtores tali uoce placuiſſet capri munere donabatur uel
ꝙ hyrco ornabatur inter alia præmia eiꝰ carminis ſcriptor uel quia
corium hyrci plenum muſto ſolenne premium cantoribus erat uel



ꝙ ora ſua fecibūs perliniebant. Scenici ante uſum perſonaꝝ ab heſ
chilo repertum ſex enī græce dicitur. G: & his quidem cauſis tragœ
diæ nomen inuentum. Simili modo quom poſt longo tēpore Apol
lini nomio uel Ariſteo ideſt paſtorum uicinorumue præſidi deo ſa
cra & ludi inuenti celebrarentur circum atticæ pagos & uicos & uil
las & compita ubi ruſtici geſtientes humanos actus lætiſſimis car
minibus irridebant ſacer hymnus Apollinis cantus eſſet qui comœ
dia dicebatur ut opinor a pagis & cantilena compoſito nomine uel
a græco quod eſt commenſatum ire cantantes conſuetū ē ibi quoq;
ſicut in ſacris liberi reprehenſoria carmina recitari Sed quæ non re
prehenderent niſi uitia agricolarum & medicorum hominum quo
rum ille erat conuentus maxime apud græcos etiam primum fuit
lege conceſſum: ut quod uellet Tragœdia ſiue Comœdia quodam
quaſi ludo ſalſa & faceta reprehenſione compoſita & dignitate ora
tionis & utilitate corrigendorum morum nominatim de quo uellet
diceret: quod ſuis temporibus profuit multum: quom unuſquiſq; ca
ueret culpam ne publico ſpectaculo derideretur. Poſtea uero q̃ ui
ctor populus & prius Athenieſ̄ſis poſtmodum Italicus cœpit agros
& urbes extendere & multitudine ciuium creuere factiones & uitia
tantoque poetæ pro materia uitiorum acrius reprehenderent ut eti
am ad nobiles uſque conſcenderent. nec ſolum homines improbos
in re pub. & ſeditioſos: Cæterum nonnullos uirtute ac magiſtratuū
dignitate præſtantes nulla laceſſiti iniuria: ut Neuius ſæpenumero
in Metellos laceſſerent atq; uexarent Nobilitas indignata legem de
dit ne quis nominatim reprehenderet quēquā. Horatius luſit ama
biliter donec tam ſæuus apertam in rabiem uerti cœpit iocus ac per
honeſtas ire domos impune minax Doluere cruento dente laceſſi
ti fuit intactis quoque cura condictione ſuper communi: quin etiā
lex pœnaque data malo quæ nollet carminequenquā deſcribi. Hac
lege ſiue pœna quom aliquanto tempore ſiluiſſent a conſuetudine
priſca deterriti nihilque dictarent rurſus aliud genꝰ dictaminis ad
orti ſunt: ibi enim Satyra ſumpſit exordium quæ a Satyris quos in
iocis ſemper petulantes deos ſcimus eſſe uocitata eſt qui aliūde no
men praue putant Hæc igitur Satyra eiuſmodi fuit ut in ea duro ue
luti & agreſti ioco de uitiis ciuium tamen ſine ullo proprii nominiſ
titulo carmen eſſet quod item genus comœdiæ multis obfuit poetis
quom in ſuſpitionem potentibus ciuibus ueniſſent illorum facta

deſcripſiſſe in peius ac deformaſſe ſtilo carminis. Hoc igitur malo
coacti ſunt omittere ſatyram & aliud genus carminis hoc eſt nouā
comœdiam inuenire: quod græci quanquā impudentius tamen cō
uenientius licere uoluerunt cum uiderent ſuis diis accepta & grata
eſſe opprobria non tantum hominum uerum etiam ipſorum deo-
rum in ſcenicis fabulis ſiue a poetis eſſent illa confecta ſiue flagitia
eorum uera commemorarentur & agerentur in theatris atq; ab eo
rum cultoribus uti: nam ſolo riſu ac non etiam imitatione digna ui
derentur: quale eſt illud apud Terentium: Dum flagitio Iouis opti
mi maximi adoleſcentum nequitiam īcitaret Quid enim ingenui
iuuenes aut uirgines ipſe facient: quom hæc & fieri ſine rubore &
ſpectari ab hominibꝰ libenter cernent: non ne admonebuntur quid
facere poſſint & inflammabuntur libidine quæ uiſu maxime conci
tatur. At romani quāuis noxia iam ſuſpitione præmerentur ut illos
deos colerent quos uidebant ſibi uoluiſſe ſcenicas turpitudines con
ſecrari. ſuæ tamen dignitatis mores ac pudoris actores talium fabu
larum haud quaquā honorauere more græcorum Sed artem ludi-
cram ſcenamque totam in probo duxere genꝰ id hominum nō mo
do honore ciuium reliquorum carere: ſed etiā tribu immoueri no-
tatione cenſoria uoluerunt. Nam quanquā ibi actus muſici & pru-
dentiſſimi ſæculi dicta floruerunt: ætas tamen ſubſequens miſcens
ludicra priſcorum inuēta traxit ad uitia & quod honeſtæ cauſa de
lectationis repertum erat: ad uoluptates corporeas præcipitatis mē
tibus impulerunt: quo factum eſt ut paulatim honeſtiſſimæ diſci-
plinæ improborum conſortia fugientes uerecunda ſe exinde conſi
deratione ſubtraherent & conſulte id quidem. Quid enim aliud q̃
libidines edocent & inſtigant hiſtrionum impudētiſſimi motꝰ quo
rum eneruata corpora & in mulierum inceſſum habitumque mo
lita impudicas fœminas immodeſtis geſtibus mentiūtur. Quid de
minimis dixerim: corruptelarum impudentiæque omnis diſcipli-
nam humanarum rerum imitatione præferentibus qui docent ad
ulteria dum fingunt: et ſimulatis ſtupris erudiunt ad uera. ꝙ ſi nul
lus ſcænicis ad honores dabatur locus cōſentaneum uidetur ut ipſi
poetæ talium fabulaꝝ compoſitores qui duodecim etiam tabulaꝝ le
ge prohibentur famam ledere ciuium nō minus q̃ ſcænici actores
habeantur eiecti. Plato etiam quom recte formaret qualis eſſe ciui
tas deberet quam finxit q̃q; optimis moribꝰ et optimo rei publicæ



ſtatu tanquā aduerſarios poetas omnes: Homerum tamen excipiēs
quem honorabiliter admonet: phanū ei conſtituens & unguenta ſu
perfundens urbe pellendos cēſuit ne rectam opinionem de deo fa
bulis forte deſtruerent: deorum iniurias indigne ferens animoſque
ciuium talium lectiōe fucari corrumpique. Huic illud quoq; apud
Lacedæmonios perſimile probatur qui Archilochi poetæ libros e
ciuitate ſua aſportari iuſſere: quod eorum parum uerecundam pa
rum continentē ac pudicam lectionem non uirtutum ſemina ſed la
bē quandam potius & iuuentutis corruptelam uiamq; ad obſcœna
ſingula perſtruentem arbitrarētur. His proximi ſunt qui auditum
etiam mulcent: ſed illecebris ac fœdis amoribus referti laſciuiæ om
nis & intemperantiæ legem præferentes: quales Marſum Pedonē
Aediniū Zetuliciū Portium Theium Lacedæmonium: Memimiū
Titydem: Cynnam: Cornificium: Anſerem: Hortēſium: Seruium
Gallum Catullum Caluum Propertium Tibullum Apicium mu-
lierem Leſbiam: Naſonemq; poſtremo omnium laſciuiſſimū: ſiue
M. Valerium Martialem: & quicquid Melicoꝝ ſiue Lyricorū ſiue
Ditirambicoꝝ erit huiuſmodi: quod dictum Licentius ac procatiꝰ
uideatur: quom horum omniū libri potius Veneris militia q̃ Mar
tis ſtudium & inſtituta perſtruere uideantur. Molliunt enim fortiſ-
ſimorum hominum animos dulcedine ſua & ita molliunt ut nō le-
gantur modo ſed ediſcantur: ſicq; ad malam rei domeſticæ diſcipli
nam uitamque omnem quum acceſſerit neruos uirtutis omnis eli
dunt. Sunt epici alii qui ſumma ui eloquentiæ carminiſq; præcellen
tia per turpia licet & indigna non nunquam effluāt: per plurima ta
men ac maxima per clariſſimos duces bella memoratu digna ſub
honeſtis rerum figmentis ac uelaminibus ad uarium optimūq; de
nique uitæ genus propius uidentur accedere. Hi ſunt qui ſuppliciis
& pœnis improbos homines uariis terrent agitantque terroribꝰ eos
qui econtra iuſti probique fuerint: & ob patriā pugnando uulnera
paſſi: quique ſacerdotes caſti dum uita manebat: quiq; pii uates &
phœbo digna locuti: inuentas aut qui uitā excoluere per artes: quiq;
ſui memores alios fecere merendo puros: impaſſibiles & beatos ī cæ
lum prouehi uirtutum meritis: uel in campos quoſdam fortunatos
rapi hi ubi mira uoluptate fruantur: Hoc in genere quum multi no
bis occurrant poetæ omnium clariſſimi Homerus & Maro primi
ſe ingerūt. Apud illum nāq; operepretium eſt uidere qua prouiſio

ducum in bello qui aut aſtus aut fortitudo militum: quod inſidiarũ genus uel cauendum uel inferendũ quæ deinde monitio: quod conſilium: quod genus Aeneas prælio troianoꝝ dux græcos magna ui pulſos in caſtra redegerat: quomq; audatius ſurgeret ac iam totum agmen obiſceret caſtris: aduolat ad eum hector & ſenſim circũſpecteq; agere monet: affirmans eum qui exercitum ductitet non tam audacem q̃ cautum eſſe debere: quod quanti exiſtimandum ẽ præſertim ab hectore audaciſſimo traditum tute Sigiſmunde tecũ uerſa atq; peruolue. Apud eundem quoq; poetã iris ſiue ſomnus ut alii interpretantur: non ne ad Atridem miſſus quom dormiẽtem comperiſſet corripit eum uerbis negatque dormiendum eſſe: cui tot populorum tot gentium ſalus commiſſa eſt: ac tantarum deniq; rerũ incumbit prouiſio. Poſtremo quom rebus dubiis & afflictis ſpectatores deligendi ſunt qui noctis intempeſtæ ſilentio caſtra hoſtium penetrent: Nonne Vlixes inibi cum Diomede deligũtur: ueluti cõſilium & auxilium ueluti mens & manus animus quoq; & gladius: Quiſquis igitur concionator aut imperator ſummus effici uoluerit Achillis aut Agamẽnonis ſe ſimilem fieri cupit: is ſe in huiũs poetæ diſciplinam tradat: librumque de manibus nunquã deponat: qđ ab Alexandro ſicut ex ipſius percipi poteſt epiſtolis factum fuiſſe proditum eſt. Is enim rex diſcendi legendique auidus Iliadẽ ĩ quã rei militaris uiaticum exiſtimare ſolebat & appellare Ariſtotile exponẽte prædidicit eam ſemper una cum pugione ſub puluino iacente tenere ſolitus: qui itidem quanti eundem poetam facere uiſus ſit: ex hoc maxime liquet. hic enim quom inter ſpolia Darii regis deuicti unguentorum ſcrinium reperiſſet auro gemmiſq; expolitum ac eius ſcrinii uarios uſus amici oſtentarẽt: immo inquit librorum homeri cuſtodiæ detur: ut pretioſiſſimum humani animi opꝰ q̃ maxime diuiti opere conſeruetur. Apud hunc uero huius quem modo diximus homeri in omnibus fere æmulũ Maronem deeſſe quid poteſt cuius poeſim ne dum uiaticum: Cæterum totius pene rei militaris eſſe diſciplinam non dubium eſt in belli tempora paciſque diuiſam: Quod & ſi ſatis diuini operis eius conſtet initio: apud eos tamen qui mentem eius enucleatius perſcrutantur potiſſimum eſt intueri. Nam ſi militaris iuſticiæ formam & tremendum conſulis imperium ab eo quæris: occurrit tibi illico imprimis Brutus: deinde Torquatus rigidis faſcibus: immo ſæuis ſecuribus



in filios patriam & rei bellicæ diſciplinam acerrime uindicantes: Si fortitudinem: aderit Horatius Cocleſ qui pro ponte ſulpicio ſtans minitantem Porſennam exercitumque eius qui grauiſſimo bello romanos urgebat auſus eſt & potuit dum pro ſalute patriæ dimicat donec pons ipſe ſolueretur a tergo in arcẽdo hoſte ſuſtinere. ſi luendis periculis publicis priuata piacula Decii præſto ſũt ut illis cadentibus & iram deorum ſanguine ſuo placantibus romanus liberaretur exercitus. Præterea Camilli uictoriam de Gallis: Coſſi clariſſime res geſtas: Fabricii & Curii uictus tenuitatem eorumq; duriciam & continentiam: Fabii moram & plurima huiuſmodi in bello & pace nõ minus egregia mentem ſubeuntia: quæ omnia poetã nobilem minime latuere dicentem: Interea muſis animus dũ mollior ætas & quæ mox initure legas: Nec desinat unq̃ tecum graia loq; tecum romana uetuſtas Antiquos euolue duces aſſueſce futuræ militiæ Latium retro te confer in æuum. libertas quæſita placet: mirabere Brutum perfidiam damnans Metii ſatiabere pœnis Triſte rigor nimius Torquati reſpice mores: Mors impenſa bonum: decios uenerare ruentes: Vel ſolus quid fortis agat te ponte ſoluto Oppoſitus Cocles Mutii te flamma docebit Quid mora proſpiciat Fabius Quid rebus in arctis dux gerat oſtendet Gallorum ſtrage Camillus: Diſcitur his nullos meritis obſiſtere caſus: Prorogat æternã feritas tibi punica famam regule ſucceſſus ſuperent aduerſa Catõis: Diſcitur hinc quantum paupertas ſobria poſſit: Pauper erat Curius regem quom uinceret auro: Pauper Fabricius Pyrrhi quom ſperneret aurum Sordida Seranus flexit dictator aratra Luſtratæ lictore caſæ faſceſq; ſalignis poſtibꝰ affixi collectæ conſule meſſes & ſulcata diu trabeato rura colono Præteriẽs itaq; reliquos ex noſtris exterorum nonnullos Thirtheumq; Lacedemoniorum poetã ac ducem dicam imprimis: cuius compoſito carmine & pro conciõe habito: tanta ui animorum deuictis Meſſanis denique concurſum eſt ut raro unq̃ cruentius prælium exarſerit tam & ſi antea conflictibꝰ Lacedæmonii a Meſſanis fuſi metuq; periculi propterea territi certamine deſiſtendum arbitrarentur Tuchydidem præterea non nequem imperatorem Athenienſes in exilium egere Tragœdiarum conditorem reuocauere Athenienſes deinde maxima bellorum tẽpeſtate permoti: duos duces non ab re delegere Periclem ſpectatæ uirtutis uirum & Sophoclem Tragœdiarum ſcriptorẽ: Qui diuiſo

exercitu & ſpartanorum fines late populati ſunt & multas Aſiæ citi
tates athenienſium imperio adiecerunt. Quid Diopitem & Meneſ
cheum Leoſchenem & Charedem ſubticeo: nõne his artibus & rei
bellicæ peritia amplitudinem adeptos ſcimus rem pu. periclis ariſti
dis & ſolonis more gerendo: ut pote omni ex parte abſolutã & utrin
que excultam & idoneam;: Quiſque enim horum uirorum uide-
batur: ut inquit Archiloquus & Mauorte deo gratiſque elycone ca-
mœnis: Aſſiduus cultor munus utrunque tenẽs. Apud agreſtiores
denique barbaros & nationes nõnullas ut apud Gallathas tãti ſunt
poetæ atque ſapientiæ cedit ira: Marſq̃ reueretur muſas ut quom ĩ-
ſtructa acie exercitus eductis enſibus iactiſque iaculis propinquãt
non ſolum amici uerum hoſtes quoque eorum interuẽtu a pugna
conquieſcant.

De Muſica & in quo cum re militari comertiũ eius ſit Ca. IIII.

ISCIPLINA autem cantuum & modorum quam muſi
cen dicunt non minus in ſtudio erat q̃ dicẽdi emulatio ac
nitor: Ipſa nanq̃ modulis ſuis & numeris inſtitutio erat ad
ingenuos animi mores ratione moderandos & ſtimulus quidã ad
eũ concitandum & ad impetum quaſi furentẽ atq̃ ſtrenuum indu-
cendum: & enĩ quom hæc ipſa diſciplina ſit in modos ſiue tonos:
numeroſq̃ diſtributa repente ut diſſimilium concordia quã armo-
niam uocant diſtinguitur. Sic audientiũ animi diſponũtur ad unũ
quẽq̃ ipſorum: ad alios quidem compoſite & mediocriter ut ad do
ricum quem fatentur omnes conſtantem ac firmum eſſe moremq̃
continere uirilem prudentiæ ac caſtitatis auctorem ad alios uiolen
ter ut ad eum qui phrigius eſt qui & ita excitat diſtrahit rapitq̃ ani
mum ad pugnas: uotumque furoris inflammant: ut uix apud ſeſe
uideatur quemadmodum de Pythagora ſcriptum eſt: qui uinolen-
tos ac debacchantes adoleſcentes ſub huiuſmodi ſono incitatos ſpõ
dæo ſuccinente ad compoſitæ mentis tranquillitatem reddiderit: nã
quom mulieris cuiuſpiã dilectæ domum uellent amburere foreſq̃
perfringere ubi Pythagoras intellexit: tibiarum phrygiique modi
ſono adoleſcentes raptos furere & multorum perſuaſionibus cœ-
ptis nolle deſiſtere mutari modum præcepit: atq̃ ita tarditate modo
rum furentẽ illoꝝ petulantiam conſedaſſe. Simili modo de Timo
theo Mileſio inuulgatũ eſt qui quom in Alexandri cõuiuio eſſet &



hunc quem phrygiũ diximus modularetur uſq̃ adeo regem excj-
taſſe fertur ut ad arma capienda proſiliret atq̃ iterũ ad commenſato
res epulaſq̃ reduxiſſe modulatione mutata: eunden etiam ferũt Ale
xandrum Xenophonte canente manũ ad arma miſiſſe. Sũt & mo-
di alii diuerſorum etiam idiomatum uocabulo deſignati ut Eolius
qui animi tempeſtates ſedat: ſonumq̃ tam placatis attribuit: Iaſcius
qui intellectum obtuſis acuit & terreno deſiderio grauatis cæleſtiũ
bonorum appetentia operator indulget. Lydius qui contra nimias
animæ curas tediaq̃ repertus remiſſione reparat & oblectatiõe cor
roborat: Itidem enim & innumeris dicendum: quom & alii morem
contineant grauius: alii uero concitent: alii liberaliores: alii uiolẽtio
res afferant motus: quo fit ut morum animorumque maxime mu-
tationes fiant. Nam ſi numeri modique ad mentem uſque peruene
rint æque animum atq̃ ipſi ſunt afficiant neceſſe eſt: Ideo laſciuia
mollis diſſolutaq̃ mens mollibus & ĩpudcis modis delectatur aſpe
rior rurſus durioribus gaudet: mediocribus autem quæ manſueta:
ex quo internoſci poteſt quanta ſit nobis cognatio cum armonicis
modulationibus: quom & multi quoq̃ ſapientum dixerint alii qui
dem animam eſſe armoniam: alii ut Plato mundi animam muſica
conuenientia fuiſſe compactam: Proinde nullis quidem qui ſapien
tiam profitentur: curam muſicæ quantum ætas illa recipiebat defu-
iſſe: quom Pythagorae inuentor atq̃ eũ ſecuti aliquot præcipui phi
loſophi imbibitam & aſſumptam a ueteribus opinionem cuncta cõ
pleuerint: mundum hunc quattuor elementis eã reſonantia eſſe cõ
fectũ quã poſtea ſit lyra ad ſimilitudinem ueræ teſtudinis imitata:
cuius Mercurium quoq̃ neruis trium chordarum trium anni tem
porum inſtar repertorem tradunt. tres enim inſtituit uoces acutam
grauem & mediam. Acutam ab æſtate: ab hyeme grauẽ: a uere au-
tumnoq̃ mediam tantaq̃ proinde utiliſſima procurantem Aſtrono
mi inter ſtellas requirendam eſſe putauerunt: perſuadentes cæleſtẽ
eſſe muſicam quando lyræ formam comprehendere potuerunt in
ter ſidera collocatam. Detractoribus autem & humile & abiectum
huius diſciplinæ exercitũ eſſe dicentibus: q̃ aiunt ſordidos homi-
nes ac uiles muſicam exercere haud quaquã difficile eſt reſponde-
re. Si ſpectetur quibus modis & inſtrumẽtis & quouſque illi indul
gendum ab his qui ad uirtutem ciuilem erudiuntur: Quom uſque
ad aliquid diſcere & exercere honeſtum ſit atque modeſtum ad ex

Nec atheníenſium modo nec ueteris illius celebratiſſimæ quondã
græciæ quæ poſt tellus Italã eſt uirorum illuſtrium ſolum ſed maio
rum quoqꝫ noſtrorum multarumqꝫ aliarum nationum & populorũ
fides & tibias ſolennibus epulis: choris et concionibus adhibere ue
teris inſtituti fuiſſe comperio quom illorum laudes qui fortiter pro
patria occubuiſſent & eorum uituperationes qui metu id agere de
tractaſſent: cantu et tibiis proſequerentur: quippe quæ etiam ludis
pariter communes et luctibus. Ouidius: Temporibus ueterum tibi
cinis uſus auorum Magnus et in magno ſemper honore fuit: Can
tabat phanis: cantabat tibia ludis: Cantabat mœſtis tibia funeribus.
Et quanquã ab ingenuis et grauibus illis ad meribibulos quoſdam
heluones leuiſſimos et ſordidiſſimos eſt huiuſmodi tibiarꝫ ſtudiũ:
ut antea forte prolapſum apud multas tamen nationes et bellicoſiſ
ſimos populos in conſerendis bellis: ueluti diſciplinam quandã mi
litarem fuiſſe multorum conſtat exemplis: Spartiatarum enim mi
litia imprimis ad modum ad tibiam proficiſcebatur: nec adhibeba
tur ulla ſine modulo anapæſti pedis cohortatio: Itaque illorũ aſpe
ctus pulcher erat & formidabilis qui & numeris ad tibiam incede
rent: neqꝫ phalangis ordinem miſcerẽt neqꝫ animis turbarẽtur: ſed
manſuete & hilariter a modulo in diſcrimen inducerentur: quom
certum uideatur neqꝫ metum neqꝫ furorẽ nimiũ illis oriri poſſe qui
ita ſe habuerint: ſed firmam potius & conſtantem animi magnitu
dinem ſpei audientiæqꝫ admixtam. Nec aliter Lydos alyacte etiã re
ge ſuo bellum Milleſiis inferente inire prælia ſolitos accepimꝰ quõ
non ſolum interpugnantis exercitus acies tibicines habuerit: ſed fi
ſtulatores & fidicines quod Crethenſes itidem non tibia, ſed cithа
ra quaſi magiſtra ac duce ſingulos eorum bellicos actus regẽre nõ
ab re feciſſe memorantur. Nam ueluti Laconicus ille poeta inquit:
Serpit & in ferrum citharæ ſonus ipſe canoræ. Et quid aliud in no
ſtris legionibus litui ſiue cornua tubæ claſſica buccinæ ſiue tympa
na ſibi uolunt: ꝗ ut & etiam in bello progreſſiõi & item receptui cã
tentur: aut nimis remiſſos excitando: aut plus iuſto concitatos reuo
cando quod poetarum maximum minime fugit dicentem: Aere
ciere uiros Martemque accendere cantu: Nec cantu ſolum accen
di remittique uirorum animos conſtat: Verum equorum quibus
docilitas tanta eſt: ut uniuerſus Sibaritani exercitus equitatus ad
Simphoniæ cantum ſaltatione quadam moueri & excitari ſolitus ĩ



ueniatur. Caterꝝ Sigiſmonde Pandulphe qui ex pulſu & fidium in
tenſione fit modus quo pacto in eo quiſqꝫ agat: plurimũ refert. Nã
ſi uti tu tecum aliquando ſoles ſapientiſſime princeps poſt magnas
curas difficiles & illuſtres bellorum occupationes relaxandi ac re
parandi animi gratia uel amicorꝝ uel propter uirtutẽ quis agat: nõ
illiberaliter ſed modeſte ab his aliquid uoluptatis aſſumet: nec ab
ſurde hanc muſicæ partem bellicæ fortitudini coniunxiſſe te quiſ
piam admiretur: Mercurium maxime imitantem qui Paleſtrã do
cuit & Lyram primus ĩuenit. qui uero ad ipſum propter alios ut au
dientes oblectet ſæpe uti uidebitur turpiter ac ĩdecore agere: quom
finis cuius fit gratia improbus ſit & merito improbandus uſus: nec
aliter ꝗ quomodo multa inſtrumentorum antiquorum improbata
ſunt: ueluti Pentades & Barbati & quæ ad uoluptatem audientium ĩ
tendebant & epthagona & cuncta quæ indigent perita manuum ge
ſticulatione. Itaque profitendum puto non hãc quæ iſtis inſtrumẽ
tis conſumitur omni dedita opera præcipi et quæ in theatris olim et
in ſcænis effœminata et impudicis modis infracta non ex parte mi
nima quæue nec fera nec uaria ſit: ſed ſimplex morata prudens:
maſcula atque modeſta et qua laudes fortium canebantur quaſque
ipſi canebant: cuiuſqꝫ qui tunc fuiſſet ignarus quiſqꝫ ille eſſet habe
batur indoctior: Quod Themiſtocli attico græcorꝝ imperatori cla
riſſimo eo ꝙ lyram interepulandum recuſaſſet accidiſſe Ci. teſtis
eſt. Epaminundam uero thebanum hanc fortaſſis infamiam decli
nantem præclare fidibus concinentem accepimus: et Achillem Ho
merus inducit a pugna redeuntem in hac re acquieſcere ſolitum nõ
amatoria quidem ſed uirorum fortium geſta modulantem Ouidi
us hunc non modo ſed Alcydem fidibus doctum muſiciſqꝫ inſti
tutum diſciplinis his uerbis expreſſit. Ille manus olim miſſurus he
ctora læto, Creditur & lyricis detinuiſſe modis: Venerat Alcydes
exhauſta parte laborꝝ: Iuſſaqꝫ reſtabant ultima pene uiro: Nero ue
ro quantũ ſtudio cytharæ deditus fuerit incredibile dictu eſt: cum
neqꝫ quicquã omitteret eorꝝ quæ eius generis artifices et induſtria
factitare ſolent. Id uero eiuſdem ſtultum penituſqꝫ ridiculum ꝙ no
cte illa quæ ſibi uitæ fuit ultima: in terris inter querelas quas uici
na mors et præſens mætus dolorque dictabant: crebrius atque mi
ſerabilius non ꝙ tantus princeps: cæterum ꝙ tantus muſicus depe
riret defleuit infœlix. Multa præterea poſſent Adriani Alexandri

Per umbrā quoq turris uel erecti ſtipitis eorū altitudo dephenditur



Inanis pila plumbea uel ænea manu cum ferrea in hūc modū quæ in aquā demiſſa cōtinget in profundū trahi: quod ubi tetigerit mox reſiliens ſurſum aſcendet ubi igitur īmergi cœperit cōputa īmerſione ipſa temporis momenta moxque lanceam demittens pedū altitudinē uel cubitorum quantitatē diſtribue: & ſane quod in minori aq fuerit īuentū ī oī maiori copia index tibi ac certiſſim9 teſtis accedet





De Aſtronomia uaria quæ perquirendorūm futurorum arte ſiqua eſt.

## LIBER TERTIVS

Eſtat autem nobis Sigiſmunde Pandulphe profundiſſimam quandam Matheſeos hoc eſt aſtronomiæ rationis tradere diſciplinam: quam multi opportunā maxime putant ad bellorum futurorum euentus denuntiandos. Hanc nanq inter cæteros ſi non docuit: ſectā tamen erroris attigit Lucanus quom timorē urbis deſcriberet: bellūq ciuile neceſſariis huius diſciplinæ argumentis ineuitabiliter appropinqn̄te Cæſare futurum denūciaret Innuit enī poeta doctiſſimus ſi tamen poeta dicendus eſt qui uera narratiōe rerum geſtarum ad oratores uel hiſtoricos magis accedit: Saturni malitiam quom ſolus in ſui domicilii trono reſideret emouēdam fore quom inquit: Quod cladis genus o ſuperi qua peſte paratis Sæuitiam extremi multorum tempus in unum Conuenere dies ſummo ſi frigida cælo Stella nocens nigros ſaturni accēderet ignes Deucalioneos fudiſſet aquarius imbres: Totaq diffuſo latuiſſet in æquore tell9 Si ſæuum radiis nemæum phœbe leonē: Nunc premeres toto fluerēt incendia mundo: Succenſuſq tuis flagraſſet curribus æther: Hi ceſſant ignes tu qui flagrante minacem Scorpion incendis cauda chelaſq peruris: Quid tantum gradiue paras: nam mitis in alto Iuppiter occaſu præmitur Veneriſq ſalubre Sid9 habet motuq celer Cyllenius heret Et cælum Mars ſolus habet cur ſigna meatus Deſeruere ſuos mundoque obſcura feruntur Enſiferi nimium fulget latus orionis Imminet armorum rabies ferriq poteſtas Confundet uis omne manu ſceleriq nephando Nomē erit uirtus multoſq exibit ī annos Hic furor. In hac igitur rerum altiſſimarum contēplatiōe ſi quid huiuſmodi occurret quo talium curioſi ſtellarum ueram poſſint aſſequi poſitionem: uel qualitatem præſcire temporum & ſpeculationis ſuæ iocundiſſimum fructum capere tanta compleri uidentur uoluptate ut noſtra hæc omnia externa præcipue ac fortūæ mūera quæ ſinguli tanti faciunt tanquā exigua & minima ab eis contemnantur

R.P. detrimentum imminere ſperabantur: nonne his diſciplinis cũ Si-
byllinis uerſibus uſi perhibentur neq; his contenti omnia quoq; ꝗ
oĩbus in rebus plurimũ conducere poſſe arbitrabantur agendoꝝ
ſingulorum initiis quod bonum: fauſtum fœlix: fortunatumq; eet
præfabantur: calcantem ſcimus tanto honore apud græcos habitũ
ob unam auſpicii diſciplinam qua profecto excellebat: licet aliis in
rebꝰ multis eſſet inferior ut petentibus Illion Graiis innumeroſiſſi
me claſſi præfectus memoretur. Amphiaraus uero & Thyreſias
iam illuſtres eodem artificio feruntur ut primum pro deo colerent
ſecundus non modo uiuens hominibus præferetur: Sed defunctos
etiam Homero dicente inferos Thireſiam ſolum ſapere uagariq;
reliquos umbraꝝ more: Mopſus & Amphilocus reges quoq; ĩ græ
cia auguroꝝ fama percogniti. Hic uero mirari poſſe aliquos præ-
clare uideo ubi nam ſcilicet urbis. R. parentem augurem optimum
omiſerim. Sed piget reminiſci: pudet cogitare urbem Romam om
nium terrarum indubitatum caput auſpicio conditam & florentem
porro præpotentis populi fortunam auibus credere maluiſſe ꝗ̃ deo
quom ſub regibus & imperio conſulari multis quidem ſæculis ni-
hil abſq; auſpiciis fieri ſolitum ſit: neq; comitia neq; patꝝ prouocati
ones nec equitum cõſilia aut peditum deſcriptiones nec tota deniq;
res militaris. ſtupet animus recolens uiros illos tam celebres ac ma
gnificos auium uolatibus garritibuſq; ſuccubuiſſe fallacibus: ubi
nam Martios dimiſerim fratres apud uetuſtiſſimos romanoꝝ hoc
in genere celebratos: Sed de his fateor nihil præter nomen habere
me. Prætereo Caſſandram uirginem Priami regis filiam cuius il-
luſtris ad modum & magnæ rei nuntius furor Polibũ deinde quẽ-
dam Corynthium de quo eſt apud Homerum ꝗ multis achiuorũ
Troiam petentibus & imprimis filio ſuo an furore an aliter incer
tum eſt mortem prænuntiauit. Ego autem omne quod uel fabula ẽ
uel fabulam reddet ſciens uolenſq; prætereo: Athlantẽ Aſtrologiæ
fuiſſe peritiſſimum: deq; ſpera primum inter homines diſputaſſe;
qua ex re uiſus eſt orbem ſuis humeris ſuſtinere: Zoroaſtrem ue
ro Bactrianorum regem quem primum magicas artes ĩueniſſe no
minatiſſimi teſtantur auctores: nonne ut Hermodorus etiam tra-
dit & Dion in quinto de philoſophia libro & ſui nominis interpre-
tatione aſtrorum conſtat fuiſſe cultorem mundi principia ſiderũq;
motus curioſiſſime ſpectaſſe: qua curioſa ſiderũ cognitione atque



contemplatione Pericles Athenienſium animos ſolis obſcuratione
territos eiuſce cauſis redditis quas ab Anaxagoræ inſtitutione per
ceperat uano trepidantes metu liberauit. Alexando quoq; Darium
inſequente quom lunæ defectus matutinis horis ĩcidiſſet: Macedo
nes rati numina ſibi indignari tanta ſeditione cõmoti ſunt ut armis
abſtinere decernerent nec eos cohibere potuiſſet magni ducis ĩpe
rium: ni Ariſtander uates naturæ rationes abſoluiſſet: ſicut Dion ſi
racuſanus turbatis primum militum animiſ cum grauiſſimo & cru
deliſſimo tyranno Dionyſio patriam liberaret: Amyltha uate docẽ
te & cunctis in medium rationem deficientis ſideris reddente: non
eſt tali caſu deterritus: Arguuntur quoq; diſſoni lunæ crepitus: cuiꝰ
pauoris cauſæque ignarus Nicias Athenienſium imperator ueritꝰ
claſſem & pulcherrimum exercitum portui ſubducens perdidit eo
rumque opes afflixit. Nec aliter. L. Sulpitius Gallus qui conſ. cum
M. Marcello fuit: defectum lunæ ĩminentẽ in. L. pauli exercitu con
tra Perſem regem militibus metum adimẽs fore prædixit. Nõ me
præterit Iulium quoq; Cæſarem Aſtronomica ratiõe denos dies ob
ſeruationi ueterum ſuperadiecíſſe quo ſolis meatum partes: ccclxv
quibus ſol zodiacum luſtrat efficerent: ut temporum ratio fluctuãs
facilius congrueret in annum: quam rationem unico errore com-
perto ſuper intercalandis diebus emendauit Aug. & ut eſt ſcriptũ ĩ
Saturnalibus omnem hunc ordinem æreæ tabulæ ad æternam cu-
ſtodiam inciſione mandauit: Neronem principẽ quoque ſceleſtiſſi
mum ac crudeliſſimum alioquin artis eius amantiſſimũ fuiſſe con
ſtat quæ ex aere eſt & ſtellis & aqua & ſperis lucernis ac peluibus ĩ
ferorum umbrarumque colloquiis multiſque aliis modis qui diui-
nationem promittunt: fortuna ſua rerum humanarum ſumma ge
ſtiente potiſſimumque imperare diis concupiente: Neque ſum ne-
ſcius Adrianum Matheſeos adeo peritum fuiſſe ut de rebꝰ ſuis ad
ſupremum uſque uitæ ſuæ exitum cuncta perſcriberet: diceretque
de uero Hælio Virgilianum illud Oſtendent terris hunc tantum
fata nec ultra eſſe ſinent. Prætereo Alexandrum Seuerum Mathe
ſeos & aruſpicinæ artis peritiſſimum Horoſcoptum quoq; ſum
mũ Auidium Caſſium in his quoque nil omittẽtem. Taceo Variũ
Antoniũ heliogabalum qui & magorũ colloquio utebatur aſſidue.
Sunt præter hos qui diuinis numinum præſagionibus illuſtres ha
bentur: neq; id mirum quidem quom ſingulis omnibus in lucem

modis multa futura dicantur nec aliter ac dicuntur eueniat quibus
implicit homines curioſiores fiant et ſeſe magis ac magis inſerat
multiplicibus laqueis pernicioſiſſimi erroris quod ut facilius ualeat
leuiuſq; conſequantur quod in nos intendunt. Eduxit illa perſæpe ꝗ
bus ſtupefacti homines fidem commodēt ſimulacris diuinitatis ac
numinis inde fit ut uitam ſæpe turbent: ſomnos inquietent membra
obtorqueant: ualitudinem frangant: morbos laceſſant menteſq; ali
quando territeat inde eſt ꝙ augure actionauio Tarquinii tempore
lapis nouacula inciſus eſt hinc nonnullis regni futuri ſigna procu
rantur. Quo fit ut. L. Tarquinio Priſco Romam petenti Aquila pi
leum ſuſtulerit et cum alte ſubuolaſſet dictu uix credibile capiti re
poſuerit: Quo etiam regnante tradūt Creſſam uirginem reliquias
quas ex omni regia mēſa percipiebat ad uirgines ueſtales ferre cō
ſueuiſſe obtigiſſeq; aliquando quom igni ſacro eas imponeret re
pente e foco genitalem cinerem uiri inſurrexiſſe eamque quæ ibi ī
ſederat Tanaquilis reginæ ancillam Creſſam captiuam conſurexiſ
ſe grauidam: Seruiūq; Tullum natum qui regno ſucceſſit cui por
to in regia accubanti puero caput arſiſſe uiſum creditumq; laris fa
miliaris filium Ouidio in faſtis dicente: Nanq; pater Tulli uulcanꝰ
Creſſaq; mater præſignis facie corniculana fuit: Hanc ſecum Tana
quil ſacris de more peractis Iuſſit in ornatum fundere uina focum
Hic inter cineres obſcœni forma uirilis Aut fuit aut uiſa ſed fuit illa
magis iuſſa foco captiua ſedeo conceptus ab illa Seruius a cælo ſemi
na gentis habet: Signa dedit genitor tunc quom caput ore coruſco
Contigit inque coma flammeus arſit apex: Hinc quoq; ꝙ Iuno Ve
genſis migrare ſeſe Romam uelle reſpondit quod claudiæ manū
nauis ſecuta perhibetur ꝙ in ſacrilegos ab Iuno nudata & locrenſis
Proſerpina & Ceres Mileſia uindicauit: Herculeſque de apio. Nec
aliter Hannibalis omnia orbitanerm oculi cominantur Flamminio
extipicia periculum cladis prædicant: uel ſerpens immo uero De
moniarches urbem Romam peſtilentia liberauit Epydauro acerſi
tus: aut Aeneas oraculorum indicio promiſſam & quæſitam inuenit
Italiam & in ea non tam numinum q̄ demonium nutu ſedem ſtatu
it: Quid aliud agit in ſomnis pater Anchiſes: Quid Iuppiter & A
pollo qui ambiguitate ſtudent obnubere oracula: ut cum mendaces
aut fallaces inuenti fuerint aliquando rationis uelamine ſuam tue
ri queant fallaciam: Sicque perditos perdere & deprauatis errorem





prauitatis infundere ac fallere non deſinūt donec auditores ſuos p
trudant in præceps: cui a ſæculis uatum profuere reſponſa Chreſo
ne an Pyrrho uel Laio: aut præcedentium aut ſubſeq̄ntium cuiquā
Nonne Chreſus opulentiſſimus Lydoꝝ rex bellum moturus ī per
ſas: tali reſponſo fertur illuſus Chreſus Alin penetrans magnā per
uerterat opum uim: Quo reſponſo hoſtium ſe uim peruerſuꝝ pu
tans peruertit ſuam. Verum autem accidiſſet eorum ueꝝ oraculum
fuiſſet: Nihilo purius egiſſe traditur cum Pyrrho qui bellū romāis
illaturus dum Delphos conſulit hoc reſponſum ut ait Ennius acce
pit Aio te eacida romanos uincere poſſe: Demens Pyrrhus ſi nō in
telligeret utra pars uiciſſet uerum oraculum uideri: ſic uerſutus ar
tifex texuerat ſic in omnem euentum perfugium ueritatis occupa
uerat hoc inq̄ adeo manifeſtā fallaciā præfert ut quanq̄ ſicut Enniꝰ
idem ait ſemper fuerit ſtolidum genus eacidaꝝ: ab eo tamen perpē
di abſq; difficultate potuerit illud etiam obſcurius quod Chreſū de
cepit: quod uel Chryſippum potuiſſet fallere. Sic enim apud Cice
ronem ſcriptum eſt: cui tamen ad poſtremum tota res comētitia ui
detur & hoc a poeta fictum ſuſpicatur illud ab hiſtorico rationes af
ferens primum enim latine Apollinem nunq̄ locutum fuiſſe: dein
de Pyrrhi temporibus iam iam uerſificari deſiiſſe & hoc ultimū ut
eodem libro permulta irriſiue dictum: arbitror tamen utcunq; non
multum his rationibus moueor quoniam in latinum tranſferri & ī
carmen inſeri potuit ambiguitas oraculi græcis & ſolutis primum
uerbis edita: nam ſi ad linguam reſpicio quæcūque oraculis dicta
ſunt latine quidem apud noſtros de his græco fonte deſcendūt græ
ce uel ab Apolline prolata uel ab illis memoriæ mādata nec lingua
rum uarietas obſuit ueritati. Alia igitur me Ciceronis ratio uiolen
tius urget: ait enim hoc Pyrrho reſponſum inauditum græcis: itaq;
ſatis credi poteſt hoc ab Ennio ſuo quodam iure fictum eſſe. De
Herodoto autem quem Cicero ipſe patrem hiſtoriæ uocat ꝙ ſupe
rioris oraculi fictor extiterit nō tam facile crediderim. In dubio igi
tur uiſum eſt uerumque attingere: & Ciceronianam de hac re nō
præterire ſententiam. Illud etiam anceps & inopinabile: quod Phi
lippus Macedo ex eodem adito accepit ut imminens ſibi. S. a qua
driga periculum prouideret: quo audito rex anxius diſſolui currꝰ
per omnem Macedoniam imperauit: Quin & oppidum Boetiæ
cui quadrigæ nomen erat ut fatalē ſibi perpetuo declinauit: uel q̄dā

ferunt iuſſit euerti: fruſtra tamen alio nanq; mitarum ſpectabat o-
raculum. Capulus enim gladii quo eum pauſanias transfodit qua-
drigæ cælaturam fertur habuiſſe Itaque Tul. eleganter illudit: neq;
enim obſcura tantum ſed mendax admonitio quaſi rex capulo &
non cuſpide moriturus eſſet: Appius Claudius is qui ciuili bello pō-
peianas partes ſecutus eſt: de euentu rerum dubius uicinum caſtris
qui iam tunc neglectus obmutuerat retētauit Apollinem. Itaq; per
hemonoe quædam templi uates ī antrum compulſa ſolitoq; extuāſ-
furore fertur in hanc ſententiam reſpōdiſſe: Magnas huius minas
romane ne timeas: nihil enim ad te quoniam in pace euboeæ cola
uel ut quidam alii latus euboicum poſſidebis Lucanus: Effugis in-
gentes tanti diſcriminis expers bellorum romane minas ſoluſq; quie-
tem euboici uaſta lateris conualle tenebis quo ille reſponſo uelut in
ſomnis accepto perplexior diſceſſit inde q̄ uenerat: ſed non multo
poſt apud locum qui euboeæ cola dicitur ante ſupremum prælium
morbo correptus interiit: ita ſubtractus bellis & ſepulchro cōditus
euboico fidem fecit oraculo: Eodemque modo Laio prædictum eſt
ab Apolline: caue uetatos liberum ſulcos ſeras generatus ille macta-
bit te impie & omnis aula reſpergetur ſanguine. Sed ille quidem ut
pote præſcius quæ ſequerentur ſementem iuxta fatum fieri uetabat
ſciens in poteſtate eius poſitum ſi abſtinere uellet Laius non ut ho-
mo neſcius futurorum ab eo qui ſciret quid agendum ſibi eſſet ſci
ſcitabatur: ſæuit autem non fato eliciente ſed uictus intemperantia.
Similiter Argiuis per oraculum quærentibus an aduerſum Perſas
bellum ſuſcipi conueniret reſponſum eſt uicinis offenſa deo cariſ-
ſima plebs armorum cohibe numina corporis omne diſcrimen ſo
la capitis tutabitur umbra. Sciebat enim quid eſſet deligendum: q; q;
optio penes hominem: id uero quod ſe quitur optionem penes fa-
ctum: Nero Cæſar poſt hos portendi ſibi mutationem ſtatus a ma
thematicis acceperat: qui in hoc concordes in eo diſcordabant quæ
nam. S. fortuna imperio deiectum exciperet: his Neronis animus
eger Delphicum oraculum experiri ſtatuit: ſic enim ſibi uiſum eſt
hæſitationem ſuam ab humano ad diuinum conſilium trāſferri de
bere inde ſibi reſponſum eſt: Annum tertium & ſeptuageſimū ca-
ueret: quod quom audiſſet homini inconſiderato & uix trigeſimū
ætatis ſuæ annum tranſgreſſo: tanta ſecuritas inceſſerat ut iam ni-
hil metuens & proſperitatem & ætatem ſibi integram ſpōderet qua



ſi ante prænuntiatum tempus ab Apolline mori non poſſet eo de-
niq; & inſolentiæ raptus ut pretioſiſſimis quibuſdam rebus mariti
ma tempeſtate deperditis affirmaret eas ad ſe uel piſcium obſequio
reuerſuras talibus intumuerat erroribus quom ſubito deſtitutus ab
omnibus & ad turpiſſimam compulſus eſt mortem: utique conſilia
rio dignus Apolline: quāuis uaniſſimus ille ſpiritus mendaciiq; pa-
rens nequid ineptius uideretur conſuetis ambagibus atq; arte pro-
uiderit: Quod ipſe Nero ſuprema illa nocte audito clamore milita
ri ſuum execrante & Galbæ nomen celebrante: ſero licet quiuit in
telligere: & ad infœlicitatis ſuæ cumulum auctorem oraculum ue-
ridicum appellari. Galba enim ſucceſſor tertium & ſeptuageſimū
annum tunc agebat: admonet nos aliquis obtrectator quibuſdā cō
ſultorē iſtum cōſulere quæruntur utrinq; noſtris temporibus ſacra
ſibi interdicta cerimoniaſq; ſublatas: & ob hoc ideo maxime nulla
uel perplexa & inextricabilia omnia talium rerum cōſultoribus re
ſponſa dari. Cur ergo longe ante imperium Cæſaris ac christi dei
ſaluatoris noſtri natiuitatem ſicut ipſorum auctores atteſtātur abo-
lita pene fuerat Pythii oraculi fides: abolita autem quia contempta:
Porro autem quare contempta niſi quia uel uana uel falſa uel du-
bia. Vnde poeta prudenter admonuit inconſulti abeunt ſedemque
odere Sybillæ. Et ne forte parui id pendant quod contemptum abo
litum atque antiquatum fuit hoc eſſe aut numen aut ſedem Apollo
ille Pythius erat quem ferunt magno Phytone ſerpente interfecto
magnum uatem totiuſque uaticinatiōis auctorem & principem hæ
redem ſedis & diuinationis & nominis extitiſſe ibique eum redde-
re reſponſa elegiſſe: ubi orta cum auctore ipſa diuinatio uidebatur
euaſiunculas autem quærentes dicenteſque uim ſedis ac loci euanu
iſſe tractu temporis: ſic ridet Cicero ut dicat eos non aduertere qđ
de ui diuina agitur quæ ſi eſt utique æterna eſt.: Sed proinde loqui
quaſi de uino aut ſalſamento quæ uim ſuam imminuunt uetuſta-
te & paulatim euaneſcunt. Itaque hæc profitentes philoſophos ſu-
perſtitioſos & pene fanaticos appellat qui excuſationes friuolas in-
eptiis ſuis malunt exquirere euanuiſſe fingentes: q̄ ueritatem in-
genue confiteri & errorem ſuum uel ſe recognoſcere qui diutiſſi
me circunuenti ſunt ſuper huiuſcemodi oraculis partim falſis ut
ipſius Tullii uerbis utar: partim caſu ueris ut fit in omni oratio-
ne ſæpiſſime: partim flexiloquis & obſcuris ut interpres egeat

interp̄ete & ſors ipſa ad ſortes referēda ſit partim ambiguis & per
plexis oraculis hi maxime fallont quoꝝ præſtigias a ueritate profa
ni intelligere non poſſunt. Ideoq; ab ipſis attribui putant & imperia
& uictorias & opes & euentus proſperos rerum deniq; cum ipſorū
nutu ſæpe rem pu. conſtet periculis imminētibus liberatam: quæ pe
ricula & reſponſis denuntiauerunt & ſacrificiis placati auerterunt:
omnia illa meræ fallaciæ ſunt. Nam quom diſpoſitiones dei præſen
tiant quippe qui miniſtri eius fuerunt interponunt ſe in his reb9 ut
quæcunq; a deo' facta ſunt uel fiunt ipſi potiſſime facere aut feciſſe
uiderentur. Et quotiens alicui populo uel urbi duci uel principi ſe
cundum dei ſtatutum boni quid impendet illi ſe facturos uel prodi
giis uel ſomniis uel oraculis uel ſortibus cæteriſq; id genus ut dixi
mus pollicentur. Si ſibi honores & ſacrificia tribuantur quibus da
tis quom id acciderit quod neceſſe eſt ſibi ſummam pariunt uene
rationem. Q uotiens autem pericula impendent ad aliquam ineptā
& leuem cauſam ſe profitentur iratos: ſicuti uno Varroni ꝙ formo
ſum puerum in templo Iouis ad excubias tenendas collocauerat &
ob hanc cauſam romanum nomen apud Cannas pene deletum qđ
ſi iuno alterum Ganimedem uerebatur: cur iuuentus romana luit
pœnas uel ſi dii tantummodo duces uel principes curant cæteram
multitudinem negligunt. Cur Varro ſolus euaſit qui hoc fecit: &
Paulus qui nihil meruit occiſus eſt. Itaque ſiue periculum quod im
minet uitari poteſt uideri uolunt id placati auertiſſe ſiue non poteſt
id agunt: Sicque ſibi apud homines qui eos neſciunt auctoritatem
pariunt ac timorem his uerſutiis & his artibus noticiam ueri dei tri
ni & unius apud omnes gentes inuerterunt. Harum igitur diſcipli
narum obſeruationibus ſuperſtitioſis quæ ad cognitionem ſide
rum coniunguntur ſotietas demonum formidanda atque uitanda
eſt neque illos ab hoc genere ſuperſtitionis ſegregandos puto qui
ab ipſa Chaldæorum natione profluxerunt: quod propria eſt eo
rum genologiæ ratio ut poſſint antea facta futuraque ex ratiocina
tionibus aſtrorum explicare: hoc eſt quos effectus habent ſidera
duodecim ſtellæ quinque ſol & luna ad humanam rationem cōfer
re: Cuius rei primus Beroſus inſula & ciuitate Coho conſidens ibi
aperuit diſciplinam: poſtea ſtudens Antipater iterumque Achina
polus qui etiam non enaſcentia ſed ex conceptione rationes expli
catas reliquit. Hi enim quanquā ueram ſtellarum poſitionē quem



quiſq; naſcitur conſecuntur & aliquando eam peruestigent: per eo
rum inuentas conſcriptaſq; regulas: tamen ꝙ inde conātur uel act9
noſtros uel mores uel euenta prædicere nimis errant profecto ni
miſq; magna dementia detinentur & quos nō ſolum chriſtianæ re
ligionis inſtituta ac fidei noſtræ lumina ueꝝ multa quoq; ueteꝝ poe
taꝝ philoſophoꝝq; illuſtrium clariſſimoꝝq; ducum & imperatorū
dicta confutent: ex quibus eſt illud iprimis ſacris in litteris ad Moy
ſen annotatum. Quādo ingreſſus fueris terram quam domin9 de9
tuus dabit tibi: caue ne imitari uelis abominationem illaꝝ gentiū ne
inueniatur in te qui luſtret filium aut filiam ſuam ducēs ſuper ignē
aut qui ariolos ſciſcitetur & obſeruet ſōnia atque auguria ne ſis ma
leficus uel incantator ne phitones conſulas & diuinos & ne quæras
a mortuis ueritatem: Omnia hæc enim abomīabitur. & propter hu
iuſcemodi ſcelera delebit eos in interitu tuo: perfectus eris & abſq;
macula quom domino deo tuo gentes iſtæ quarum poſſidebis ter
ram augures & diuinos audiunt: tu autem a domino deo tuo aliter
inſtitutus es. Q uis ergo dubitet hæc non modo capitalia ſed fidei
peruerſionem: quæ tanta diligentia diuina explodit ſententia: Et il
lud quidem Leuitici: Non augurabimini nec obſeruabitis ſomnia
nec declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini ut pollu
amini per eos uir enim in eodem inquit: Siue mulier in quibus phi
tonicus uel diuinationis fuerit ſpiritus morte moriatur: lapidibus
obruant eos & ſanguis eorum ſit ſuper illos. Nec minus ad Roma
nos apoſtolicis uerbis expreſſum: Q uis enim cognouit ſenſum
domini: aut quis conſiliarius eius fuit. Eſt quoque illud diuinum ac
cæleſte conſilium: Altiora te ne quæſieris & fortiora te ne ſcrutatus
fueris. Sed quæ præcepit deus tibi illa cogita ſemper & in pluribus
operibus eius ne fueris curioſus: Non eſt enim tibi neceſſarium ea
quæ tibi abſcondita ſunt uidere: Nō eſt noſtrum alibi ſcriptum no
ſce tempora uel momenta quæ in patris poteſtate poſita ſunt: Annū
tiate quæ futura ſunt inquit Iſaias: & ſciemus quia dii eſtis uos. Si
mile eſt illud Eccleſiaſtici: Ignorat homo quod ante ſe fuerit &
quod poſt futurum quis ei poterit indicare. Q uid aliud illud Sapi
entiæ aſſerit: Cogitationes enim mortalium inquit timidæ ſunt &
incertæ prouidentiæ noſtræ: corpus quod corrumpitur aggrauat
animam & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitan
tem & difficile exiſtimamus quæ in terra ſunt & quæ in proſpectu

forte inuenimus cum labore quae in celis ſunt autem quis inueſtigabit
ſenſum autem tuum quis ſciet: niſi tu dederis ſapientiam & miſeris
ſpiritum ſanctum tuum de altiſſimis & ſic correptae ſemitae eorum
qui ſunt in terris & quae ſibi placent didicerunt homines; At qui te
ſte Firmiano non hoc idem faciunt philoſophi qui diſputant in cae
lo quid agatur & eo ſemper impune id facere arbitrantur quia nul
lus exiſtit qui errores eorum coarguat: quod ſi exiſtimarent deſcē
ſurum aliquem qui eos delirare & mentiri doceret: nūquā quicquā
de his rebus quas ſcire non poſſunt diſputarent: nec tamē ideo fœ
licior putanda eſt eorum impudentia & audacia quia nō redargu-
untur. Redarguit enim deus cui ſola ueritas nota eſt licet conueni-
re uideatur eamq; hominum ſapientiam pro ſumma ſtulticia com
putet. Linquo Auguſtini & Ambroſii opoſiſſimos ualidiſſimoſq;
tractatus ac diſputationes lōgiſſimas quas nec tempus exigit nec re
cipit locus nec requirit quiſquis aliquantulum legendo profecerit
notae nempe ſunt: unam Auguſtini ueram neſcio an breuem magis
proferam ſententiam ex eo libro qui de dei ciuitate inſcribitur his
omnibus conſideratis inquit non immerito creditur quom aſtrolo
gi mirabiliter multa uera reſpondent occulto inſtinctu fieri ſpiri-
tuum non bonorum quorum cura eſt has falſas & noxias opinio-
nes de aſtralibus fatis inſerere humanis mētibus atque firmare nō
horoſcopi mutati & inſpecti aliqua arte quae nulla eſt: Alteram Am
broſii ipſius ex eo libro quem de obitu Satyri fratris nobis luculen
ta oratione reliquit. eius enim uerba ſunt haec: De ſolis curſu caeliq;
ratione philoſophi diſputant: & ſunt qui putant his credēdū: quom
quid loquantur ignorent: neque caelum aſcenderunt axem dimēſi:
nondum oculis perſcrutati ſunt: quia nullus eorum quom deo in
principio fuit: nullus eorum de deo dixit: quom pararet caelum cū
ipſo eram & eram cum eo cuncta componens a diuinis praeter haec
ad humana deſcendenti permulta ſe igerunt illuſtrium poetarum
dicta his ſacris conſentanea e quibus illud primum antiquiſſimū
& acerrimum apud Homerum proferendum: Iuppiter inquit non
mortalem hominem non e communi grege deum aliquem ſed Iu
nonem illam ſuam coniugem ac ſororē reginamque deum graui
cōminatione deterret ne ſecretum ſuum hominum audiret inquirere
aut ſciri poſſe praeſumeret: poſt haec aliud liberis demandata ſunt
Duorū quoq; in illa prima aetate poetarum illuſtrium Pacuuius: Nam



ſi quae uentura ſunt praeuident aequipararent Ioui. Rurſum idē po
eta iſtis qui linguam auium intelligunt: pluſq; ex alieno iecore ſapi
unt q̃ ex ſuo magis audiendum q̃ auſcultandum cenſeo. Accius Ni
hil quoq; credo auguribus qui aures uerbis dictant alienas ſuas ut
auro locupletēt domos. Quartū his Enniū addiderim qui uetuſta
illa & uenerabili facundia hos ipſos eleganter irridet: ut uerbis etiā
ſuis utar. Qui ſui quaeſtus cauſa falſas ſuſcitant ſententias. Nō enī
ſunt hi aut ſcientia aut arte diuini ſed ſuperſtitioſi uates impuden-
teſq; arioli aut inertes aut inſani aut quibus egeſtas imperat qui ſi-
bi ſemitam non ſapiunt: aliis demonſtrant uias quibus diuitias pol
licentur ab ipſis drachmam ipſi petunt: De his diuitiis ſibi deducāt
drachmam reddant caetera. Addo quinto loco ſpectatae auctorita
tis grauitatiſq; poetam doctiſſimum Flaccum Horatium dicentem
Prudens futuri temporis exitum caliginoſa nocte praemittit deus:
Ridetque: ſi mortales ultra fas trepidant necnon illud quod adeſt
memento componere aequus: & quid ſit futurum cras fuge quaere-
re: Et quem ſors dierum quem que dabit lucro appone. Eſt & illud
eiuſdem quoque poetae ad Leuconoen: Tu ne quaeſieris ſcire ne-
fas quem mihi quem tibi finem dederint dii Leuconoe: nec Babylo
nios tentaris numeros ut melius quicquid erit pati ſeu plures hye-
mes ſeu tribuit Iuppiter ultimam. Lucanus inter hos ſextus his uer
bis accedit. Sit ſubitum quodcunq; paras ſit caeca futuri mens homi
num fati liceat ſperare timenti. Statium his ſeptimum aggregauerī
Quid craſtina uoluerit hora ſcire nefas homini. Vltimo in loco ſe
quitur hos Iunius Iuuenalis aquinas & his uerbis: Spondet amato-
rem tenerum uel diuitis orbi Teſtamentum ingens calidae pulmo
ne columbae Tractato armenus uel comagenus Aruſpex Pectora
pullorum rimatur & exta catelli Interdum & exta pueri faciet qđ
deferat ipſe Chaldaeis Sed maior erit fiducia quicquid dixerit aſtro
logus credent a fronte relatum Amonis quoniam delphis oracula
ceſſant: Et genus humanum damnat caligo futuri. Haec religionis
noſtrae īſtituta & illuſtrium dicta poetarū illis ſimilia ſubſequuntur
& philoſophorum ſententiae ſocratis potiſſimum qui in hoc caele
ſtium ſcrutinio & cauſarum abditarum indagatione caeteris cor-
datior fuit quom haec intelligere non poſſe inueniri: Celebre illud
ab omnibus probatum in medium nobis attulit: Quod ſupra nos
nihil ad nos: ſicq; proinde ab omni phyſica quaeſtiōe diſputationē

ſuſpendens eo, ſe contulit ut in uirtute atq; officio omnis eius uerſa
retur intentio: Itidem Democriti phyſici non ieptus præ cæteris cō
tra tales iocus quod eſt ante pedes nemo ſpectat cæli ſcrutantur pla
gas facetiſſimaq; illa Ciceronis irriſio temere diſputātium ꝙ nullaq;
de re dubitantium tanquā modo deorum ex concilio deſcendentes
quid ibi agatur oculis ſuis aſpexerint auribuſque perceperint: Sa
ne ut idem inquit Cicero & in ſenectute ſua horæ quidem cedūt &
dies & menſes & āni nec præteritum tempus unquā reuertitur nec
quid ſequatur ſciri poteſt. Sunt & aliæ contra hæc hominum portē
ta philoſophorum clarorum ſententiæ: inter quos Fauorini eſt illa
melius & Vrgentius cæteris quos legere potui philoſophis futuro
rum noticiam facillime repudiantis atque dicentis Nihil enim ab il
lis audiri poſſe dicebat niſi graue atque moleſtum quoniam aut ue
ra reſpondebunt: quod rariſſime ſolent: ſi quidē mala miſeriā ante
tempus afferre & ſuperuacuam ſolicitudinem poſita enim illic ue
ritate: adeſt hinc neceſſitas. Ita nihil præciſe niſi dolorē poſcēti red
dere libet hoc loco ſuſtinere: & quod cōmunis rerum natura nō pa
titur tentare maior ſine offenſione poſſit interſeri: hoc eſt Fauorini
M. T. cuius hæc ſunt ut omittamus ſuperiores. M. Craſſo putas uti
le fuiſſe: tum quom maximis opibus fortuniſq; florebat: ſcire ſibi ī
terfecto filio publio exercituq; deleto trans Eufraten cum ignomi
nia & dedecore eſſe pereundum. An: Cn. Pompeium cenſes trib9
ſuis conſulatibus: tribus triumphis maximarum rerum gloria læta
turum fuiſſe ſi ſciret ſe in ſolitudine Aegyptiorum trucidatum iri:
amiſſo exercitu poſt mortem uero ea conſecutura quæ ſine lachry
mis non poſſumus dicere. Quid uero Cæſarē putaſſe ſi diuinaſ
ſet fore ut in eo ſenatu quem ex maiori parte ipſe coaptaſſet ī curia
pompeiana ante ipſius Pompeii ſimulacrum tot centurionibus ſuis
ſpectantibus: ac nobiliſſimis ciuibus partim etiam a ſe omnibus re
bus ornatis trucidatus ita iaceret ut ad eius corpus non modo ami
coꝝ ſed ne ſeruoꝝ quidem quiſpiam accederet: Quo cruciatu ani
mi uitam actuꝝ fuiſſe & certe ignorantia futurorum malorū utili
or eſt q̄ ſcientia: Hæc Cicero. Poſſem ego antiquos & fortunatiſſi
mos ætatis noſtræ uiros in huius ſententiæ teſtimonium uoca
re. Sed nec neceſſe nec locus hic longiorem digreſſionem recipit:
& attigiſſe uidetur ille clariſſima ſin autem ut ad Fauorini argumē
tationem redeat oratio bona pronūtiant: duplex incommoditas



expectationis tedium & præcogniti gaudii extenuatio: Quod repē
tinum gratius accumulatius obueniſſet aut falſa dicent: quod quāq;
familiare & frequentiſſimum apud eos eſt: Et ſi erunt infoelicia: an
goribus falſoque metu: ſi foelicia inani ſpe & gaudio triſticiaq; ubi
te deluſum ſenties torqueberis: In omnem igitur euentum hos nu
gatores ſicophantas contemnendos fore ad hanc fere ſententiā ut
prætercam Dicearchum qui expedire omnia nobis futura neſcire
magno uolumine concluſit. Anaxarti philoſophi ratione cōpellor
Is enim quom in Byrſam urbem trans Eufratē omiſſam traieciſſet
Alexander ibi eum ut antea perſæpe monuit ut tanquā falſa & īcer
ta magorum prædicta contemneret: nec ab re nam ſi fatis inquit o
Alexander conſtent quæ prædicuntur ignota eſſe mortalib9. Si ue
ro naturæ debeantur īmutabilia quidem eſſe ſimile & illud Demo
nactis etiam philoſophi qui uatem ſemel intuens publica mercede
reſponſa praebentem: nonne uides inquit cuius rei mercedem fla
gites: Si enim tibi poteſtas eſt eorum quae fatali lege ſunt conſtitu
ta aliquid cōmutandi quodcūq; id eſt quod flagitas parum ſane eſt
Sin autem dei nutu & uoluntate poſita ſunt omnia quid tuum nos
uaticinium limare poteſt: Demoſthenes graecoꝝ armis ac tanta &
tam prompta uirorum potentia confiſus neq; mentē adhiberi ora
culis neque uaticinia audiri permiſit: Epaminundā memorans &
Periclem illa ſemper formidinis & ignauiæ uelamenta putaſſe ſalu
berrimum & memorabile eſt illud omnibus horis Halicarnaſi ex
cellentis in aſtrologia & in regendis ſuis ciuibus principis praeſtā
tiſſimi totum id quod eſt Caldaicum praedicendi genus repudian
tis: Magnus quidam uir ecce ſuperuenit praemiſſis omnibus fide
non inferior Cato ille rigidus q, mirari ſe ait ꝙ non ridet aruſpex
aruſpicem: quom uiderit quod dictum ad omnes aeque augures
ſortilegos coniectores chaldaeoſque & mathematicos ac totam de
niq; manticem conuerti poteſt: Spectatis enim tot ineptiis quib9 cre
dulis homunculis illudunt occurſus profecto memoriam & riſum
ex mutua conſcientia mouere deberet: q̄ illud quoque elegamter
quom eſſet conſultus a quodam monſtrum ne eſſet a ſoricibus cor
roſas ſibi caligas quom diceret: Reſpondit non eſſe id monſtrum
ſed uerum monſtrum habendum fuiſſe ſi ſorices a caligis roderē
tur: quod ſequitur non minus profecto ſed magnificum ac ſucci
& penſi plenum. Nam quom apud Pruſiam Hannibali exultāti &

auctori cōmittendi prælii pugnari placeret ac ille negaret quod ex-
ta prohiberent An tu Prusia inquit hannibal uitulinæ carnis mauiſ
q̄ imperatori ueteri credere: breue ſane atq̧ ampliſſimum tantoq̧
principe dignum uerbum ut pote qui hiſpaniam Galliam Liguriā
Italiam denique laceratam in faciem eius eluderit unius hoſtiæ ui-
liſſimæ ac ſordidiſſimæ exta tot monumentis ac uictoriis rerum
præponi indignum ferēs. Quid aliud Cæſar quom a maximo au-
gure & doctiſſimo aruſpice præponeretur ne in Aphricā ante bru
mam nauigia tranſmitteret: non ne illius dictum nihil faciens tran
ſmiſit: quod ni feciſſet omnes aduerſariorum copiæ conueniſſent
e contrario Regulus nonne auguria ſeruauit & captus eſt: & Man
cinus religionem tenuit & ſub iugū miſſus eſt: Pullos habuit Pau-
lus & apud Cannas tamen cæſus eſt. hæc & horum ſimilia quæ cō
firmandis auſpiciis & id genus erroribus afferuntur tam inepta: tā
friuola perſæpe ſunt ut multi quidem. M. Marcelli illius quinquies
coſ. probandum ſummopere conſilium uideatur: qui quom eſſet ī
perator & augur optimus: totum hoc militare auſpicium omiſerit:
a quo ne præpediretur lectica opertus nec ab re iter facere ſolit⁹ uir
enim fortis & ſapiens deſperabat poſſe inuulgatam diu & inbibitā
ac oſſibus inhærentem opinionem aperta fronte diſcutere. Non eo
uſque tamen Marcello aſſentiendum: nec auſpicia omnino ita re-
pudianda reor ut res magnas nullis unquā credam ſignis uel auſpi
ciis præueniri: quom & uolatus auium dirigat deus ut roſtrum ſo
nans aut præteruolans penna turbido meatu uel leni futura præmō
ſtret: ut theologi ueteres & clari quidam auctores teſtes ſunt. Oui-
dius in faſtis: Non ego te quāuis properabis uincere Cæſar ſi uetat
auſpicium ſigna mouere uelim: Sint tibi flāmineus tranſmænaq̧ lit
tora teſtes: Per uolucres ſigna multa mouere deos. Verum præcla
re de hoc quoq̧ ut de aliis Cicero Signa inquit oſtenduntur ab his
rerum futurarum in his ſi quid errauerit non deorum natura ſed
hominum coniectura peccauit Nec etiam poſtremo præter hæc re
rum futurarum ſigna eſt quod ratione ſignorum uel planetarū cer
tiores hi futurorum nuntii de ſingulis quibuſque polliceri poſſint
uel audiri: in ſeptē nanq̧ ſideribus de quibus ante diximus & quæ
ab inceſſu uocamus errantia quom errent tamen nulla minus cer-
tæ conſiderationis nihil habent niſi ſecundum commune regimen
in mundo eis debitum per intelligentiam ſeptuplicem ſubſtantia



extra conſiſtente uirtute ſibi coniunctam: Scimus etiam ne horūm
audaciam per ſingula prætereamus intactam eos fateri ſolitos q̧ qſ
quis aquarii ſigno in lucem editus ſit: piſcatoris miniſterium ſorti-
retur. Cæterum piſcatores quom Zetulia nō habeat quis eorum di-
cere auſit: quia nemo illic in ſtella aquarii naſcitur: Rurſum quom
plurimos quos naſci ſigno libræ norint: Trapezitas fore prædicent
quas multarum gentium prouintiæ ignorant: fateantur neceſſe eſt
aut in eis hoc ſignum deeſſe aut effectum fatalem nullo modo ha-
beri. Perſarum autem ac Lacedæmoniorum reges quom per gen⁹
dominentur: regumque filii uno eodemq̧ ſidere quom ſeruis con
tinue degentibus nati ad regnum proficiant quid rationis habēt ut
ſerui qui ſe cum iſdem momētis horarum ac temporum fuerāt ge
niti omnino in ſeruitute commigrentur. Homines etiam diuerſarū
regionum diuerſarum ætatum ſub uariis & diuerſis ſiderum moti
bus geniti ſi aut oppidorum expugnationibus aut colatis ſignis ea
dem claſſe fluctibus obruantur uel alio quouis modo eodem tamē
genere mortis eodemq̧ momento temporis interierunt: ut in Can
nenſi pugna contigit: quomodo momenta naſcendi ſingulis ſecun
dum iſtos attributa ſuas leges habebunt Aduerſabitur horū iudiciiſ
uaſtitas forſan īmenſa altitudine diſcreta in duo & ſeptuaginta ſi-
gnā per rerum aut animarum effigies in quas digeſſere cælum pe-
riti: Poſſe etiam fieri credibile eſt ex infinito ſtellarum numero ut
alia ſigna pari maiore uel minore poteſtate ſint: ſine quibus recta
ac perpetua obſeruatio perfici non queat: neq̧ eos homines cerne
re poſſe neq̧ percipere exuperantiam uel ſplendoris uel altitudinis
quom & quædam ſidera & quibuſdam terris conſpiciantur: carūq̧
terrarum hominibus nota ſint eademq̧ ipſa ex omni terra alia nō
uideantur: & ſint aliis ut Canopus omnino ignotiſſima Eſt enim id
ſidus ingens noctibus lucens: clarum & maxime mirum: cuius ſi a
liūde fides abeſſet. M. Manilius libro primo aſtronomicon præcel
lentiſſimus teſtis accedit: idcirco inquit: Terris non omnibus om
nia ſigna conſpicimus nunquā inuenies fulgere Canopum: Donec
niliacas per pontum ueneris oraſ: Quom itaq̧ conſtet rerum ambi
guitatem confuſionemq̧ damnoſam ex talium potius diuinationis
prænuntiatione generari q̄ certam conducibilem conſultoribus co
gnitionem quom nihil rite cernant nihil percipiant nihilq̧ ueniat
horum quæ iſti lubricis & fallacibus coniecturis delirātes ac uelut

ebrii polliceātur:niſi rarum forte aliquid aut fortuitum qualia etiam
aliquando ementiri uolentibus elabuntur & excidunt.Nullo pacto
Sigiſmunde Pandulphe utendum eſſe tibi reor iſtiuſmodi ſuper-
ſtitioſis hominū iudiciis: quoꝝ diſciplīas tute optime calles:ſtudiis
indulges: ingeniis faues: ut argutiis apprime delectaris : maxime
quom clariſſimos:quoſque ætatis huius mathematicos : horoſco-
pos ſummos & aſtronomos more maiorum domi & militiæ ad fu
tura præſagienda te ſemper penes habueris & habeas : Tantorum
itaque uirorum tam eruditorum tam illuſtrium exemplis & aucto
ritate ac rationibus fretus non iniuria dixerim diuinationis artem
qua quis de futuris omnibus ſoli deo cognitis ad interrogata ſingu
la uera reſpondeat aut omnino nullam eſſe:Quod Socrates & eū
ſecuti antiqui Achademici quos eoſdem & peripateticos nomina-
mus aſſerunt aut eſſe:Sed nondum ſcitam aut opinionem quandā
proinde uanam hominum coniecturam atque iudicia q̃ maxime
fallentem.

## Liber quartus & de Legibus Cap.I.

E

Vm quodque Sigiſmunde Pandulphe
neceſſe eſt quem aliis ducem & Impe-
ratorem præfecimus non harum quas
modo diximus bonarum artium inſti-
tutis ſolum:uerum & legitimi iuris &
more maiorum cerimoniarum & ſacro
rum erga deos & contentionum cōtro
uerſiarumque inter homines dirimen-
darum iudicem ac belli primum iuſte
gerendi dominum eſſe:bellum enim iuſtum eſt ut in re pu.inquit
Cicero:quod denuntiatum & indictum atque hoc ipſum quod aut
repetundarum aut propulſandorum hoſtium cauſa geratur : legiti
mi iuris munus etiam dicimus ea iubere quæ ſunt uiri fortis ut non
deſerere locum in acie:non fugere : non arma abiicere:& ea quæ
ſunt temperantis:ut non committere adulterium: non flagitium fa
cere:& ea quæ ſunt manſueti:ut non pulſare: non iurgia exercere.
Eodem modo ſecūdum alias uirtutes & uitia has iubere illa uetare:



Eſſe etiam præter hæc quædam belli iura ut ineundæ pugnæ ſolen
nitatem ſeruare:decreta publica:fœderum percuſſionem: religio-
nem ſacramenti:militum animaduerſionem:dignitatem: ac premi
orum & honorum gradum Quædam porro eſſe quæ uti facere ita
pati ſit fas ut ſata exuri:dirui tecta:prædas hominum pecorumque
agi:aliaꝗ id genus quæ de ſingulis cauta ſunt legibꝰ:in quarum edi
tione ſunt qui putent Zeleucum:alii Rhadamantum ſiue Lycurgū
putant:quidam omnium priorem Cererem quæ frumenta quom
antea glande ueſcerentur inuenit:molere quoque & conficere in at
tica & alia in Sicilia ob idꝗ dea indicata : ut Carcinus tragœdus in
ſuo poemate affirmat.Hanc alii gloriam illi gentis hæbreorum du
ci ſummoꝗ philoſopho Moyſi tanquā ueritati magis conſentaneū
facile conceſſerunt.Lycurgus enim & Zeleucus omneſꝗ qui apud
græcos mirabiles ſunt recentes atꝗ nouelli quātum ad hunc ipſum
Moyſen comparati eſſe noſcuntur quoniam nec ipſum nomen le-
gis fuiſſe olim apud græcos agnoſcitur & teſtis Homerus eſt: qui
nuſq̃ in diuino eius opere hoc uſus eſt nomine. Non enim ſecun-
dum legem ſed indiſſinitiuis ſententiis & regum præceptionibꝰ po
pulus regebatur.unde etiam multo tempore permanſere tantū mo
ribus utentes & non ſcripto & multa horum ſemper ſecundū euen
tum caſuum permittentes.Phoroneus etiam ipſe ſecundus argiuo
rum rex a quo forum forenſeque dicendi genus deductum putāt
ut argiui certa lege ac iudiciis regerentur:ſexcentis ante bellum tro
ianum ferme annis inter græcos primus ante omnes effecit.Si mo-
do illa quæ apud Platonem in thimeo chricias ex Solone comme-
morat de legibus ſatticis multis annorum milibꝰ ante Phoroneum
fabuloſa & comenticia eſſe credamus.Nec me præterit apud priſ-
cos græcos Iſidem legiferam appellatam tanquam primam legum
inuentricem : Aegyptiis autem prima ſcriptarum legum monu-
menta:Mina rex ſiue Trimegiſtus dedit quem fortaſſe quiſpiam ī
philoſophorum numero computet:quanquā in deos relatus Mer-
curii nomine ab Aegyptiis honoretur:Secundus apud ægyptios le
gumlator dicitur uir prudentia excellens ſaſochis hunc & ad deum
religionem cultumꝗ multa prioribus legibus addidiſſe perhibent.
Tertium Seſooſim regem tradunt qui ad rem militarē & belli mu
nera plurima contulit inſtitutis ſuis.Quartus ſcribitur rex Bucho
ris tuliſſe leges ſapientia ac uſu rerum expertus qui & uitæ regum

leges dederit & comertia hominum indiciaq; conſtituerit: poſt hũc
legibus multa addidit Amaſus rex quem tradunt & de his quæ ad
monarchas pertinent: deq; omni ægyptiorum iconomia præcepiſſe
Minos mare obtinuit & paulo ante Troiam captam Cretenſibus le
ges dedit ut Paradius memorat: quod Plato falſum eſſe conuincit
Spartanis uero qui & Lacedæmonii ſunt: Lycurgus primus leges
ex Apollinis ut aiunt auctoritate confinxit. Et quanquã leges ſcri-
ptas nullas Lycurgus tulerit ut alii perhibent: unã tamen ex his quæ
rhetræ appellantur afferam quæ in eoſdem hoſtes militare perhibe
ret ne ſæpe pugnando conſueſacti bellicoſi redderentur: Qua in re
Ageſilaum regem maxime poſteriori tempore accuſant: utpote q
continuis & frequentibus in Boetiam incurſib9 ac præliis thebanoſ
reſiſtere lacedæmoniis edocuerit: Quare ſaucium Antalcides quõ
intueretur pulchrã tuæ doctrinæ mercedem inquit a thebanis reci-
pis qui nolentes ipſos neque ſcientes pugnandi peritiam docuiſti.
Huiuſmodi ſanctiones rhetras libuit appellare: quaſi ex deo decre
tæ deique oracula quædam eſſent Epyrothis ariba epyrotharũ rex
unus ex poſteris Pyrrhi Achillis filii leges ſenatum magiſtratus an
nuos e politicæ uitæ formam primus inſtituit: Arianeis chathraſtes
Getis Zamolchis Pitacus Mitilenus qui ad ſexcentos elegos uerſuſ
& carptim de legibus ad ciues conſcripſit: Fuit & alter Pitacus legi
fer: cuius & Fauorinus & Demetrius meminit. Athenienſibus ue-
ro a quibus iura & leges ortæ atque in omnes terras diſtributæ pu-
tantur Tulit rigidiſſimus Draco quas et hoc ipſo mitior Solon ſa-
piens unus e ſeptem et legum ſcriptor ſeptem propter aſperitatem
magnitudinemque pœnarum abrogandas curauit: una enim fere
omnibus mors pœna prædiffinita erat ut etiam qui otii dãnati eẽnt
capite plecterentur: et eis qui olera aut fructus ſurripuiſſent idem
ſupplicium quod peculatoribus aut homicidis conſtitutum eſſet:
Ob quam cauſam illud Demadis a doctis probatur qui draconem
non attramento ſed ſanguine leges deſcripſiſſe dixit. Inter ſolonis
autem leges quas plures fuiſſe conſtat ac omnes quidem ſapientiſ
ſime latas illas præclare ſtatuit. quibus athletarum quoque premia
caſtigata moderatione correxit et ei qui olympia uiciſſet quingen-
tas drachmas: qui uero in iſthmo ei centum dari conſtituit eademq;
ratione in certaminibus et præliis qui ſuccubuiſſent præmiis eſſe
illuſtrandos: eorumque filios publice enutriendos educandoſque



quo ſane animati ſinguli fortiter ac ſtrenũe in bellis dimicabant: ſic
Polizeus: ſic Cyneagirus: ſic Callimachus: ſic omnes qui in Mara-
thonis expugnatione pugnauerunt: ſic præterea Armodius Ariſto
giton Myltiades: innumerabileſque alii: maxime autem Alexis co
micus Athenienſes inquit oportere ideo laudari q; omnium græco
rum leges cogunt parentes a liberis ali: Athenienſium non omnes
niſi eos qui liberos artibus erudiiſſent. Fuit etiam quandoq; in Ma-
cedonia lex: eum qui nullum hoſtem interfeciſſet capiſtro cingi de
bere. Et apud Scythas in bello ubi primum qui hominem deieciſ-
ſet eius ſanguinem bibere neque aliter participes prædæ fieri cõſue
uiſſe niſi ad regem necatorum omnium capita detuliſſent: quae nõ
nunquã horrendum dictu purgantes deaurantesque ad pocula de-
ferebant: Non licere etiam eorum cuiquã ſolennibus epulis paterã
circũlatam accipere niſi ei qui aliquem ex hoſtium quoq; numero
de medio ſuſtuliſſet apud Gallos ſic etiam puberes omnes & arma
tos cõmuni lege cogi ad bellum ſolere ut qui ex his nouiſſime adue
niret: in conſpectu circunfuſae multitudinis affectus omni genere
cruciatus necaretur: atque ut ab externis ad domeſtica aliquãdo re
deat oratio quis neſcit italis leges dediſſe italum quendam Oeno-
triae regem a quo mutato nomine pro Oenotris itali ſunt uocati: o-
ramq; illam maritimam europae quae eſt inter ſyllaticum & lame-
ticum ſinum italiae nomen primo cœpiſſe. Hunc ergo italum peri
ti quidam tradunt agriculturã oenotros docuiſſe quom pus eſſent
paſtores uagi ac pallantes: illiſq; cõmeſſationes inſtituiſſe primum
legeſq; poſuiſſe: quas itidem nonnulli & quidem docti non italum
italis: ſed Saturnum: romanis uero Quirinum. Nam quom agreſti
quodam more in Italia etiam uiueretur: is genus indocile & diſper
ſum montibus altis compoſuit: legeſq; dedit: latiumque uocari ma-
luit is quoniam latuiſſet tutus in oris. Hic uero quom poſt fratrẽ in
teremptum ſolus potiretur imperio iura dedit populo nec re aliqua
præterq̃ legibus coaleſcere multitudinem unum in corpus arbitra-
tus eſt populum itaq; Ro. qui noua tunc paſtorꝝ conuenarumq; om
nium colluuione collectus erat: Romulus in partes triginta diuiſit:
quibus quoque additae ſunt quinq; eaſdemque curias placuit appel
lari quod publicas curas gerebant quom in illis uniuſcuiuſq; partis
populi romani quid gereretur: ita ut in ſua quiſq; curia ſacra publi
ca faceret feriaſque obſeruaret quibus ſingulis curiis curiarum no

mina uirginum impoſita eſſe dicuntũr quas uirgines quondam ro
mani de ſabinis rapuerant:qui uero eis conſulerent ex populo no
biliſſimo centum ſenes delegit:quos ob ætatem ſenatores : ob pieta
tatem & in ſimilitudinem curæ patres nominauit:quorumꝙ filii pa
tritii ſunt appellati. Tres equitum deinde cẽturias inſtituit quas ſuo
nomine Ramnes a. T. Tacio Ticienſes a Luci cõmuniene lnceres:
quanquã huius denominatio auctore Liuio incerta eſt appellauit :
Equites item armatos trecentos:qui celeres uocarẽtur : tum pace tũ
bello ſui ad cuſtodiam corporis tribunum etiam qui eis præerat ap
pellauit. Reliqua uero multitudo regem in bellum euntem ſeque-
batur pedes:uniuerſos autem milites appellabat. Non enim uti po
ſtea atque in præſentia ornati auratis calcharibus & aureo cingulo.
Sed qui erant ĩ exercitu equites & pedites uulgo ſimul omnes ſine
diſcrimine apud ueteres ſunt milites appellati:hunc deinde Romu
lum ſecutus numma Pompilius Pomponii filiꝰ e curribus Sabino
rum oppido accitus ad regnũ qui romanum populum utpote fer-
reum religione molliuit:fidem pacis ;ac belli docens ſacris pluribꝰ
per eum inſtitutis:nam Veſtæ fecit ædẽ & portas Iano gemino ædi
ficauit augures:flammineis tres:Dialem Martialem & Quirinalẽ
& ſalios Martis ſacerdotes pontificem maximum creauit:leges plu
res tulit cerimonias cultumꝙ deorum omnium immortalium ob
quam tantam iuſticiam & religionem nemo ei bellum inferre au-
ſus eſt: Excipit Nummam Pompilium Tullus Hoſtilius Romulo
fortior:qui populum iam quieti & legibus aſſuetum ad bella & ar-
ma reduxit idem omnem militarem diſciplinam: artemꝙ bellandi
cõdidit ac debellatis etruſcis Sellam curulem lictoreſꝙ & togam pi
ctam atꝙ prætextam quæ inſignia magiſtratuum etruſcorum erãt
primus ut Romæ haberetur inſtituit:huic ſucceſſit Anchus Martiꝰ
nummæ Pompilii ex filia nepos:ac religioni Auitæ q̃ ſimilis hic ut
bella geri aliquo ritu pie ac ſancte indici uiderentur:cerimonias le
ge quadam inſtituit quibus & fecialis & pater patratus qui eſſent ad
eam rem legati hoc eſt ad res repetundas quom bellum indicerent
uterentur. Regnum tenuit poſt Anchum Tarquinus Priſcus qui
omnia quibus imperii dignitas eminet decora & inſignia ſumpſit:
ex Tuſcia inde nanꝙ aureus & triumphalis currus & equi quat-
tuor:tunicæ palmatæ faſces trabeæ currules phalere anuli ac palu-
damenta ſumpta ſunt frequentibus præliis Duodecim Etruriæ po-



pulis per eum ſubactis. Poſt hunc Seruius Tullus quanꝗ quaſi præ
cario regnare cœpiſſet imperiũ tamen recte miniſtrauit:urbe qua
drifariam diuiſa regionibus collibuſꝙ qui incoluntur & tribus eas
partes ut ego arbitror a tributo appellauit. Ab hoc claſſes cẽturiæꝙ
conſtitutæ peditum et equitum huius tompore romanorum ciuiũ
qui arma ferre poſſent cenſita eſſe octuaginta milia Fabius pictor
auctor eſt ab eodem cenſus conſtitutus. Diuiſit nanꝙ ciuitatem nõ
ſecundum regiones:uerum ſecundum cenſum unum corpus faci-
ens eorum ciuium qui cenſum habebant ſupra centum milia æris
Aliud corpus cenſum habentium a centum milibus ad ſeptuagin-
taquinꝙ. Tertium eorum qui a ſeptuagintaquinque milibus: & ita
deſcendens uſꝙ ad quinꝙ milia peruenit infra eum numerum ſine
cenſu reliquit quaſi tenues & impotentes. Ex cenſu autem quæ do-
mi & militiæ ſubeunda forent onera cõſtituit: Quia uero patrimo-
nia uel augentur uel minuuntur ſingulis quinquenniis in quinquẽ
nium recenſeri ſtatuit idꝙ quinquennium : Luſtꝝ maiores dixere
Tarquinus cui Superbo ex moribꝰ cognomen inditum eſt poſtre-
mus omnium fuit uir iniquus cruentꝰ:ad reſꝙ bellicas fortis ac præ
ſtans ut pote qui urbes euerteret & turpi arte in deditionem redi-
geret. Exactis autem regibus anno ſeptimo & quinquageſimo. Ab
urbe uero condita trecenteſimo & ultra creati ſunt uiri decem ad le
ges condendas:nouus quidem ac ſummi imperii magiſtratꝰ a qui-
bus decem tabulæ primum editæ centuriatis comitiis perlatæ ſunt : leges
ſimulque deinde duæ ſuperadditæ ut omne ius quiritum confectũ
duodecim illis tabulis ad unguem abſolueretur: ſicque a decemui-
ris leges decemuirales:quibus tabulis duodecim eſt nomen in æs ſi
ue ebur inciſas in publico propoſuerunt: Quas tanti feciſſe roma-
num populum memorant ut illis q̃diu Romæ ſtetit honor & inno-
centia pudiciciæ contentus fuerit. Sed tum creſcente improbitate in
terpretationes prudentum per conſuetudinem receptæ ſunt : quas iuris ciuilis origo
quidem ius ciuile non leges libuit appellare: Ex hoc fuerunt actio-
nes quæ ius agendi ſunt ſolenniter inſtitutæ : quibus ſicut & inter-
pretationi collegium pontificum præſidebat : Acceſſerunt ad hæc
populi placita ſenatus conſulta: ſcita plebis: edicta prætorum : reſ-
ponſa prudentum:& tranſlata demum in principes lege regia ro-
mani populi poteſtate cœpit:quod principi placuit legis habere ui-
gorem. Hoc legum progreſſu multi clariſſimi romanoꝝ conſules

tribuni aut cenſores ferendis legibus auctores fuere & a quibus le-
ges denominatæ ut conſulares:tribuniciæ:iuliæ:corneliæ . Nã ſub
Octauiano Cæſare ſuffecti conſules Papius & Pompeius legem tu
lere quæ a nominibus eoꝝ appellantur Papia & Pompeia.ſub eodẽ
quoqꝫ imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit ex cuius no
mine lex extat falcidia.Aquilinus quoqꝫ legem condidit quæ hacte
nus aquilia nuncupatur:ſic Iulia:ſic Cornelia:catoniana regula eti
am legibus ab catonibus inſerta quorum nomen quoqꝫ adeo clarũ
adeo celebre eſt ut non ſolum urbem : ſed orbem pene totum ſuis
temporibus præſentia poſtea uero memoria ſua ac ſplendore illu-
ſtrarint Nam ut Priſcum & Cenſorinum illum prætercam tanta fu
it poſterior ille uticenſis habitus reuerentia ut cum quom Cæſar a
ſubſeliis in carcerem traheret ſumma cum mœſtitia boni ciues una
cum ſenatu taciti atqꝫ afflicti omnes ſequerentur ut quæ in ſacris lu
diſqꝫ floralibus quibus uulgati corporis meretrices nudæ more ue-
terum mimaꝝ fungebantur officio & in conſpectu populi uſqꝫ ad
ſatietatem impudicoꝝ luminum cum ĩpudendis motibus detinebã
tur ueritus ſit populus ro.ſolitæ laſciuiæ ludum petere quoniã forte
tum Cato uenerat in theatꝝ unde Martialis in epigrãmatum ſuorũ
limine inquit:Noſces iocoſe dulce cum ſacrum flore feſtoſque lu-
dos & licentiã uulgi cur in theatꝝ Cato ſeuere uenisti:An ideo tan-
tum ueneras ut exires:legimus enim eum plaudẽte populo poſtea
q̃ ex Fauonio familiari & amico una ſedente præſentiam ſuam ſpe
ctaculi conſuetudini impedimento eſſe intellexit e theatro cõtinuo
abiiſſe abeuntemqꝫ populum priſcum ludendi morem in ſcænam
reuocaſſe confeſſum plus ſe honoris maieſtatis & reuerentiæ illi
uni deberi q̃ ſibi uniuerſo uendicare equeſtris autem ordinis & q
ſua litteris poſteritati demandarent inter alios iuriſconſultos pluri
mos fuiſſe conſtat:& quidem celeberrimos quoꝝ ſcripta Aufidius
Namuſa quadraginta & centum libris complexus eſt. Ex his Ofi
lius & Nerua ambo doctiſſimi & equeſtris ordinis ambo fuere.ex
his Furius Sabinus quoqꝫ fuit & publice primꝰ ſcripſit. Mitto Tibe
rium Coruncanum Labeonẽ Trebatium & Alpheum.Prætereo &
et alios innumeros q̇bus quaſi ſtellis quibuſdam leges fulgent quo
rumqꝫ conſiliis multi ſane principum ſuum imperium ad maximũ
fœlicitatis cumulum prouexere.Adrianꝰ enim Iulio Cælſo Saluio
Iuliano Priſco atque neratio uſus eſt. Antoninꝰ pius Vindio uero



Saluio Valẽte Voluxio Martiano Vlpio Marcello & Iaboleno.M
Antonius philoſophus Scæuola præcipuo iuriſperito : Alexander
ſeuerus Fabio Sabino Iuliopaulo atque Vlpiano : quem inter cæte
ros tanti feciſſe conſtat ut Helius Lampridius litteris mandauerit:
hunc principem ideo ſummum imperatorem fuiſſe ꝙ Vlpiãi præ
cipue conſiliis rem pu.rexerit . Hoꝝ ſtudiis fretus & moribꝰ iuſtiſ
ſime princeps Sigiſmunde quãtum ſemper hæc ætas noſtra tulit re
gni tui ſummam regimen curam ac gubernationẽ tanquã optimꝰ
populorum paſtor his hominibus contuliſti qui non callidi:non ſe
ditioſi:non ad malum idonei:nõ uirtutis hoſtes:non luxu perditi
non truces:non facinoroſi:non ſcelerum miniſtri:non improbum
ac prouintialium expilatores.ſed ſenes:ſed ſapientes:ſed ſobrii: ſe-
ueri:pii:ſancti:& qui habeant illud ſemper in animo uetus præce-
ptum:Deum ſequere:& qui nihil uenderent:nihil mentirentur : ni
hil fingerent deciperentque exiſtimationem de te bonam tuiqꝫ man
data more Perſarum qui internuntii ſunt aliud q̃ reſpondetur a ꝑn
cipe ſæpenumero populis referẽtes:nec parthorum regum uſũ imi
tarentur:quos non poteſt quiſquã ſine munere ſalutare:& ne poſte
ris ſilentio obruãtur quos conſiliis tuis huiuſmodi præfeceris quo
rundam nomina ac dignitates recenſere non alienum erit . Merito
itaqꝫ ante omnes præcipuum & primarium magiſtratus huius no-
ſtri decus eſt iuſtus ex antiquiſſima & præcellentiſſima comitum
urbis Romæ familia ea uitae ſanctimonia:ea integritate: ea religio
ne:ea iuris ciuilis etiam & pontificii cognitione:ea deniqꝫ eximia &
maternae & latinae eloq̃ntiae copia:ac ſuauitate præditus ut hac no-
ſtra aetate ea non niſi caelitꝰ per eum nobis tranſmiſſa merito atqꝫ
optimo iure exiſtimari poſſit.Effulſit inter hos porro quaſi matuti
num quoddam ſidus Iacobus Aneſtaxius burgenſis iuris non ſo-
lum ciuilis & pontificii ſcientia clarus:Caeterum omnium bonarũ
& optimarum artium ſtudiis periti ſſimus: ac in maximis quibuſqꝫ
gerendis rebus q̃ aptiſſimus ut pote qui uafra ducum ac principum
conſilia optime norit:& cuius ingenium & eruditionem ita laudem
ut hac laude cum eo neminem comparem ita admirer ut magnum
neſcio quid portendere in poſterum uideatur quom ad quãcunque
animo rem ſe conferat in ea facile ac breui ſui acumine ac mobilita
te caeteris antecellat.Succeſſit Deindus equeſtris ordinis ex prima
riis Peruſiae urbis uir magni ac praeſtantis ingenii : multaeque

lectionis ac litteraturæ ſic omnibus conſilioꝝ præſidiis uirtutis om
nis & eloquentiæ ſplendore conſpicuꝰ ut eo non ſolum urbs noſtra
uerum romana etiam ſi priſca illa maiorum gloria maneat non in
iuria gloriari poſſit acceſſit quarto loco ex nobiliſſima uicecomi-
tum familia Franciſcus uicecomes equeſtris et ipſe ordinis perpau
corum uir magni penſi magnoqꝫ rerum uſu attritus et experientia
multa perluſtris. Sunt et alii plures equeſtris ordinis et ſpectatæ no
bilitatis uiri doctiſſimi philoſophi et oratores ampliſſimi ex quibꝰ
ad fœliciſſimam regni tui diuturnitatem opportuna conſilia littera
tæ contiones ac docta colloquia facillime poſſint hr̄i atqꝫ componi.

## De Medicina Ca. II

EQVE tandem medicinæ rationem intactam relinque
mus tam etſi maiores noſtri uirtutum omnium cupidiſſi
mi minus q̄ par erat eam celebraſſe forſan uiſi ſunt. Eſt
enim ut doctiſſimi auctores tradunt non ſolū ob morbum ac uul-
nerum remedia quoquo modo corpora debilitari contingat: ueꝝ ſi
cubi diutius habendus eſt exercitus ob ſalubrem caſtris locum deli
gendum huius rei habenda cognitio: Veterum rationē in hæc ip̄a
tēpora reuocando. In his enim locis quibus ſuperioris ætatis homi
nes aut oppida ſtatiua aut caſtra conſtituebāt pecoribus immolatis
quæ ibi paſcebantur: iecinora inſpiciebant & ſi integram et ſolidam
eoꝝ naturam inueniebant ex aqua et pabulo ibi munitiones conſti
tuebant. ſin autem uitioſa idem in humanis corporibus ob peſtilen
tem loci cibiqꝫ copiam fieri poſſe credentes tranſmigrabant ac regi
ones mutabant quærentes omnibus ſalubritatem: quam ſi propter
locorum diſcrepantiam terrarumqꝫ diſſimiles proprietates percipe
re haud quaq̄ poterant et fama et incolentium diſpoſitione corpoꝝ
atqꝫ eorum colore facile conſequebantur: Magna dehinc etiam in-
duſtria maioꝝ inſtitutis quærēdi ſunt et deligendi fontes qui ſi nuſ
q̄ præſto et in promptu ſint pluresqꝫ dies caſtris immorandum his
ſignis hiſqꝫ notis et rationibus ubi nam lateant poterunt internoſci.
Nanqꝫ uirentium imprimis herbarum copia arborumque proceri
tas uicinitatem indicant aquarum terris enim quibus dulcis humor
non longe ſubeſt ubertas quorundam germinum ſemper arridet
ut iuncus arundo rubus ſalix alnꝰ multumque alicui loco pectore



incumbens rana. Sunt illa huiuſcæ rei inditia quom nocte adueni
ente loco in altitudinem pedū quinqꝫ defoſſo: teſtaqꝫ e figulino ope
re crudā aut peruncta pelui ærea cooperta lucernaqꝫ ardente cōcre
mata: ſine defectu olei reſtincta aut & uellus lanæ madidum repe
riatur non dubie promittunt aquas. Addunt quod certius multo eſt
ante ortum ſolis longius intuentibus ꝙ ex edito quidam ſpeculātur
in columnæ ſpeciem quandam nebuloſa exalatione tenuiſſimū fu
mum: qui quanta fuerit altitudine porrectus ad ſummum tanto in
imum humorem deliteſcere profiteatur: Orto etiam ſole intuentur
loca talium rerum curioſi: & ubi nam ſupra terram uolitare ſpiſſitu
dinem muſcarum tunc promittunt facile quod quæritur inueniri.
Eſt & peculiaris exiſtimatio peritis tantum nota quam feruentiſſi-
mo eſtu ſequuntur dieiqꝫ horis ardentiſſimis qualis ex quocunque
locorum repercuſſus ſplendeat. nam terra ſitiente humidior eſt il-
le indubitataqꝫ ſpe promittitur. Sed tanta oculorum intentione opus
eſt: ut indoleſcant quo fugiente ad alia experimenta decurrūt. Præ
dicunt etiam ſapores aquarum ut nec aſpera diſpendioſo labore de
beant quæri nec dulcis neceſſariaſqꝫ inhonora relinqui. Aquā enī
dulcem argiloſa terra limoſas exileſque ſabulum promittit. Glarea
incertas uenas ſed boni ſaporis rubra ſaxa optimas. Hanc ſcientiā
ſequentibus accuratiſſime tradidit apud latinos Marcellus: inquit
enim aquas quæ ad orientē auſtrūqꝫ ꝓrūpunt: dulces atqꝫ ꝑſpicuas
eſſe & pro ſua leuitate ſalubres. Ad ſeptentrionem uero atque oc-
cidentem quæcunqꝫ manant probari quidem nimis frigidas: Sed
grauitatis ſuae craſſitudine incommodas: His proinde reperti ut
ad humanae uitae ſalubritatem magna diligentia bonae utileſqꝫ ap
petendae ſic non minori cura earū quoqꝫ uitia repudianda. Nanqꝫ
damnantur imprimis undecunqꝫ profluxerint ſtagnantes pigræqꝫ
& amaræ: quibus odor & saporqꝫ ullus inſit præter unīꝰ in toto orbe
fontis aquæ ut equidem inuenio iocūdæ olentiſqꝫ in Meſopotamia
utiliores quae profluunt & excurrunt exiſtimantur curſu enim &
agitatione ſua extenuari atqꝫ proficere aiunt: eoqꝫ miror ciſternarū
ab aliquibus maxime probari: quom inutiles aluo duritie ac fau-
cibus conſtet: Quod ſi rationem afferunt q̄ leuiſſima ſit imbrium
ut quae ſubire in cælum potuerit ac pendere in aere: ideo & niues
praeferuntur imbribus: leuiores enim his eſſe & multo leuiorem
aqua glatiem: Cuius ac niuis peſtilentiſſimos ac inſaluberrimos

potus prædicant:Repudiantur deinde aquæ quæ cænum & limum
faciunt quæque corpora īualida malum colorem:crura uitioſa: lip
pentes oculos bibentibus reddunt.Culpantur etiam ſi uas ære co-
rinthio uel nobili ſparſæ infecerint:aut ſi legumina tarde percox-
erint decoctaque craſſis obducunt uaſa cruſtis. Non etiā ipſe aquā
quæ erit in fonte ſi fuerit limpida & lucido cælo perſimilis quoquē
peruenerit aut pfluxerit muſcus innaſcitur:aut iuncus & inquinat9
aliquo inquinamento is locus fuerit minus improbanda uidebitur
intereſt enim plurimum utrum loca ſulphure an nitro an bitumīe
plena tranſeat.grauem enim ſpiritum caloremque peſtiferum aut
nimium rigorem ex loci uitio ſaporis uarietate concipit & ſumma
celeritate corrumpit quia protinus hauſta duratur nec aliter q̄ gy-
pſum ſub humore conſtringitur & alligat uiſcera:illinc eſt illud de
quo Ouidius ait:Flumen habent cicones quod potum ſaxea reddit
Viſcera quod tactis induci marmora rebus Medicamentum eſt eti
am & eius naturæ habet limum ut corpora conglutinet & induretur
quemadmodum puteolanus puluis ſi aquam attigerit ſaxum eſt: ſi
e contrario hæc aqua ſi ſolidum quippiam attigerit hæret & affigi-
tur:Iude eſt ꝙ res abiectæ in eundem locum lapideæ ſubinde extra
huntur:Similem uim habent mero illi lacus quos quiſque faucib9
hauſit:ut idem poeta ait aut fuerit aut patitur mirum grauitate ſapo
rem.Nam quemadmodum ebrietas donec exſiccetur dementia eſt
& nimia grauitate defertur in ſomnum : Sic huius aquæ uis habet
quoddam acrius ex aere noxio uirus: quod mentem aut in furorē
mouet aut ſopore opprimit:Contingit & non ſolum confectis de in
duſtria uenenis pleroſqꝫ necari:uerum aquas quaſdam cōſueto na-
turalis ordinis curſu occultiorem in ſe peſtem ſeruare Nanque fer
tur in Armenia fons cuius piſces in cibo ſumpti mortem afferant:
in Archadia circa Nonacrina Stix ab incolis appellata mortifera ē
aduenaſque fallit:quia non colore nec odore notabilis : nec ſapore
ſuſpecta eſt qualia ſunt magnorum artificum uenena quae depre-
hendi niſi morte non poſſunt in eadem regione fontem etiam eſſe
conſtat:ut epigramma indicat lapide inſcriptum non idoneum ad
lauandum:Sed inimicum uitib9 quod apud eum Melampus ſacri
ficiis purgauiſſet rabiem proeti filiarum reſtituiſſetque earum uir
ginum mentes in priſtinam ſanitatem. Linus etiam ibi fons eſt
qui abortus fieri non patitur e diuerſo in Pyrrhea flumen:quod



affrodixum uocatur ſteriles facit.Eſt etiam noxia aqua in Theſalia
circa tempe quam fera & pecus omne deuitat per ferrum & æs exit
tam uis illi ineſt etiam duramoliendi nec arbuſta ulla quidem alit
& herbas necat:in Macedonia non procul ab Euripidis ſepulchro
dextra ac ſiniſtra monumenti aduenientes duo confluunt riui
unum accumbentes uiatores tranſire ſolent propter aquæ bonitatē
Ad riuum autem qui ex altera parte monumenti nemo accedit qđ
mortiferam aquam dicitur habere:Achaia ex ſaxo ſtillantes frigi-
diſſimos humores habet:quos neque argētum neque æneum neqꝫ
ferreum uas neque ulla alia materia quo minus corrodatur poteſt
ſuſtinere:diſſilit enim & diſſipatur conſeruare autem eam & conti-
nere nihil aliud niſi mulina uel aſinina:uel ut alii tradūt equina un
gula poteſt quæ etiam memoratur ab Antipatro in puintia ubi erat
Alexander per Iollam filium perlata eſſe & ab eo ea aqua regē nō
ſine magna Ariſtotelis infamia eſſe necatū:in Boetia ſunt duo fon
tes quorum alter memoriam:alter obliuionem affert ī cilicia apud
oppidum uiſcum riuus fluit ex quo bibentium ſubtiliores ſenſus fi
eri Varro tradit:In ea inſula fontem eſſe quo hebetes fiant:Cidnus
etiam Ciliciæ ānis podagricis medetur ſicut apparet epiſtola Caſſii
Parmenſis ad.M.Antonium in Germania trans Rhenum caſtris
a Germāico Cæſare promotis maritimo tractu fons erat aquæ dul
cis cuius hauſtu infra biennium dentes labefierent deciderentque
ac compages in genibus diſſoluerētur.uilla etiā ab Antonio lacu cā
paniæ puteolos tendentibus impoſita litori celebrata porticu ac ne-
more quam uocat.M.Cicero Achademiam ab exemplo athenaꝝ
exiguo poſt obitum ipſi9 tēpore Antiſtio uetere poſſidente erupe-
runt fontes calidi per quam ſalubres oculis celebrati laurei Tullii q
fuit ex libertis eius tali carmine ꝙ tua Romanæ uindex clariſſima
linguæ Sylua loco melius ſurgere iuſſa uiret: Atqꝫ Achademiæ ce
lebratam nomine uillam Nunc reparat cultus ſub potiore ue9:Hæ
etiam apparent lymphæ non ante reperte Languidaque infuſæ lu
mine rore leuant:Nimirum locus ipſe ſui Cicerouis honori Hæc
dedit hac fontes quom patefecit ope. et quoniam totum legitur ſine
fine per orbem Sunt plures oculis quæ medeātur aquæ:in Italiæ eti
am alpibus multis in locis eſt genus aquæ : quam qui potu aſſiduo
hauſerit:turgidis & prominentibus gutturibus efficiuntur . . Sca-
tent alibi denique in plurimis terris: alibi frigidæ:alibi calidæ: alibi

promiſcue auxilia conferentes & e cunctis animalibus hominum
tantum cauſa erumpentes feruntur aliæ quæ aluos inaniunt capiti
auribus oculiſque priuatim medentur: neruis aliæ proſunt & pedi-
bus aliæ luxatis & fractis adiumento ſunt ac uulnera ſanant. Eſt au
tem utilis ſulfurata neruis aluminata paraliticis aut ſimili modo ſo
lutis bituminata aut nitroſa maxime calens Homeꝝ calidoꝝ fontiũ
mentionem non feciſſe non demiror quom aliquos lauari calida
frequenter induceret uidelicet q̃a medicina tunc non erat hæc quæ
nunc aquarum profugio utitur. Cæterum quom ad huiuſmodi hu
manæ ĩfirmitatis remedia aquæ præſto ſemper eſſe nõ poſſint atq;
alio in loco inter ſeſe maxime diſtantes neq; ad omnia omnes uale
ant. Nunc ad reptilium fugam morſuſq; et reliqua imbecillitatis no
ſtræ auxilia ex ſimplici medicina uel compoſita congeramꝰ: quod
in promptu ſit et inuẽtũ tam ab ipſa natura q̃ ab ipſa arte ꝑfectum
q̃ facile ab ipſa natura filicem ſubſterni utile locis ſuſpectis aiunt:
quoniam ſerpentem experientia comprobante non recipit uſtaque
fugat nidore: experti quoque prodidere: Si ſerpens ignibus et fra-
xini frondibus concludatur in gyro in ignem potius q̃ in fraxinũ
fugere: et quod magis eſt nec matutini quidem occidentiſue ſolis
umbras quãuis longiſſime ſint ullo pacto uelle contingere uerum
ſi ex arte ut ſæpe fit & Maro inquit ſub immotis præſepibꝰ aut ma
la tactu uipera delituit cælumq; exterrita fugit: aut tecto aſſuetus co
luber ſuccedere et umbræ Peſtis acerba boum: pecorique aſperge-
re uirus Diſce et odoratam ſtabulis accendere cedrum Galbaneoq;
agitare graues nidore chelidros. uel plenius et uberius Pharſaliæ
auctor expreſſit Vltima caſtrorũ meditatus circuit ignis Hic ebu-
lum ſtridet peregrinaque galbana ſudant: Et tarix non læta comis
eoaq; coſtꝰ Et Panacea potens et theſala centaurea pheucedanumq;
ſudat flammis ericinaque tixus Et larices fumoque grauem ſerpen
tibus urunt Abrotanum et longe naſcentis cornua cerui: Percuſſis
quorundam hominum tota corpora ſiue partes proſunt ut Ophio
genes olim in inſula paro marſi quæ alibi in italia ſiue quondam in
terra Aphrica ſi modo durent pſili qui uocantur a Pſillo rege ut A
garchides tradit dicti: Lucanus Nam primum tacta deſignant mẽ
bra ſaliua: Quæ cohibet uirus retinetque in uulnere peſtem Nec
marſorum ſolum ac pſillorum ſed ieiunam cuiuſq; hominis ſaliuã
contra ſerpentum ictus præſidio eſſe non dubium eſt. Silerem in



proferẽdo percuſſorum remedia niſi. M: Varronem ſcirem lxxx
uitæ annum agentem. M.q; Catonem Portium prodidiſſe aſpidum
ſerpentum ictus hauſta a percuſſis urina: uel Melantio in uini uete
ris emina contrito & in nares infuſo appoſitoq; ad morſum ſterco-
re ſuillo efficaciſſime curari: horum etiam & ſcorpionum ictibꝰ ipſi
medentur ſi mortui & attriti illico ſuperimponantur. Viperam eũ
ferunt exuſtam in cineremq; dilapſam mederi eiuſdẽ beſtiæ mor-
ſui. Ad huiuſmodi etiam ſerpentum morſus Nigidius de animali-
bus libro ſecundo teſtis eſt: Gallinamq; q̃primum deligi opponiq;
debere: ex arte quoq; ea maxime probantur quæ in edis Eſculapii
dei limine contra animalia uirulenta ea compoſitiõe clariſſima ſcri
pta lapide fuiſſe inueniuntur: Serpilli uidelicet duum denariorum
pondus oppomacis ac milei tantundem ſinguloꝝ trifolii pondꝰ de
narii aneti & fœniculi ſeminis & aneſi & opii duum denarioꝝ ſemi
ex ſingulis generibus erui farinæ. xii. quæ tuſa et cribata ac uino ex
cellenti digeſta dari in uini ciatis tribus conſueuere: Quo genere
anthidoti Antiochus magnus rex aduerſus omnia uenenata uſus
perhibetur in ſanctuariis mytridatis maximi etiã regis inuentã an-
thidoti quoq; cõpoſitionem ipſius manu conſcriptam legimus: & a
Galieno etiam & Diaſcoride celebratam e duabus ſcilicet nucibus:
Siccis ficis totidẽ: foliis rutæ. xx. ſimul tritis addito ſalis grano: hoc
effectu deniq; ut qui hoc ſumeret ieiunus nullum ueneni genus ꝑ-
fecto ſciret illo ſibi die nociturum. Porro uulnerum remedia ĩ præ
ſentiarum attingere nec abſurdum nec inutile erit uerũ quoniam
uulnus nec quicquã conglutationem admittit ſi ferrum intus mane
at infixa & corpori adhærentia quonammodo abſtrahi poſſint pri
mum docebimus prompta & pauca quædam remedia proſeq̃ntes
infixa quæq; cinis abſtrahit hyrũdinis in olla cõbuſtæ cum aceto
Mus ſimiliter diſſectus & ſuperimpoſitꝰ farina e ſemine lini cũ ra-
dice cucumeris ſyluestris fractis oſſibus præſentaneus: Maxillarũ
apri cinis coſtis quoque fractis laudatur unice caprinum fimũ ex
uino uetere aperit enim & extrahit atq; ſanat: Sanguinem porro ex
uulnere fluentem ſiſtit puluis olibani cum pillis leporis & albumi-
ne oui facto emplaſtro & impoſito donec cadat. Aloes etiam puluis
per ſe uel aceto undecunq; fluat ſanguis eum ſiſtit uulnera recentia
et uetera ſi braſicæ decoctione foueantur et ea trita imponantur:
mire ſanat uermes qui in ligno ulcera ſanant omnia: uulnera uero

recentia terreni adeo conglutinant ut neruos quoq; præciſos illiti ſo
lidari intra ſeptimum diem Democritꝰ perſuaſerit itaq; in melle ſer
uandos cenſuit:inflaturam ex ictu cicuta trita impoſita ſanat Achil
lea quæ millefolium maius uocatur cū aceto bibita ad plurima quō
ualeat ad ſuſpiria præcipue confert præcipitatis ex alto eiuſmodi re
mediis clara Eſculapii opera fuere troianis temporibus Podalyrius
deinde & Machaon ex eo geniti ſucceſſere:qui & bello troiano du
cem inclytum Agamēnonem ſecuti non mediocrem opem uulne
ribus tantum medendo commilitonibus ſuis attulere adhibitos ī ex
ercitu ſuo a Cyro medicos Xenophontis tradit hiſtoria. Scimus &
Xerſem Perſarum regem a Soſtene comitatū eſſe bello quod græ
cis intulit:Itemque Alexandrum a Soſtene ſecundo nec niſi cura
artis huius ope atq; præſtantia quam ab inuictiſſimis maiorum no
ſtrorum ducibus celebratam nouimus. Hanc enim apud noſtros
M.Cato magiſter primus ſoluſq; diu paucis duntaxat attigit ad ar
mentarios morbos medicaminibus haud quaquā omiſſis quæ per
alios denique diffuſius pertractanda ſunt:poſt hunc illuſtriū & cla
rorum uirorum unus tentauit.C.Eualgius litterarū eruditione ſpe
ctatus uolumine ad.D.Cæſarem Auguſtum de ea edito uerum enī
uero ante condiderat ſolus apud noſtros ut equidem inuenio Pom
peii magni libertus Leucus nomine:quo primum tempore hāc ſci
entiam ad noſtros animaduerſum eſt perueniſſe. Nāque ut ad ex
ternos redeam qui huiꝰ diſciplinæ multarum rerum inuentiōe glo
riantur:Mytridates maximus ſua ætate rex & imperator quem de
bellauit Pompeius omnium ante ſe genitorum curioſiſſimus me
dicinæ remediorum indagator tam argumentis q̄ fama nuntia ha
bitus eſt cui uni cum ueneno ſæpe tentaretur excogitatum quotidie
uenenum bibere præſumptis remediis ut conſuetudine ipſa inno
xium redderetur:ſicq; in hūc uſq; diem Anthidotum eius nomine
celebratiſſimum extat:quod mytridaticos uocatur:alterum Anthi
doti genus Zopirus regi Ptolomæo dicitur compoſuiſſe atq; Am
broſiam nominaſſe.Præter hunc inuenit Iuba rex Ptolomæi pater
ſtudioꝝ claritate admirabilior q̄ regni quanquā primus utriq; mau
ritaniæ imperio præfuerit euforbiam herbam quam medici ſui fra
tris nomine appellauit:edito de ea uolumine claro præconio: cētau
rea a Cētauro chyrone dicta inuētore qua curatus chyron quō her
culis exceptus hoſpitio pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedē



Achillis quoq; Chyronis diſcipuli Achillea perhibetur inuentum
qua uulneribus mederetur:quae ob id adachilleos uocatur hanc a
pud nos millefolium uocant.Alii primum eruginem inueniſſe uti
liſſimam in plaſtris: ideoq; depingitur ex cuſpide decutiens eam
gladio in uulnus Telephi.Comperiſſe etiam dicitur theucer eadē
ætate theucrion quam quidam iermineam uocant:Gentianā quoq;
reperiſſe aiunt gentium illiricoꝝ regem ubiq; naſcentem illirico ta
men ad plura præſtantiſſimam. Sunt & alia medicamentoꝝ gene
ra quæ diuino quaſi quodam numine tactu ipſo fiant atque leuētur
ut Veſpaſiano principi & epyrotharum regi Pyrrho contigit: il
lum enim publice ſedentem audientemq; quom e uulgo captus q̄
piam luminibus alter quoq; cruris debilitate pariter adirent opem
implorantes a ſe rapide demonſtratam illis per quietem redditurꝰq;
alteri lumen profiteretur ſi oculos inſpueret: confirmaturūque alte
ri crus ſi dignaretur calce cōtingere quom ridiculares primum pu
taretur nihil pendereturque tandem familiarium interuentu & cir
cunſtantiam quorundam ſuaſione utrunque tentatum eſt: nec op
tatæ ſalutis ambobus defuit euentus. Hūc autem lienoſis hoc ē ſple
ne laborantibus reſupineque iacentibus dextri pedis pollice preſſiſ
medentem accepimus:Galli ſacrificio albi facto neque quempiam
abiectum ab eo fuiſſe cui huiuſmodi genus medicaminis poſcenti
abnegaret.Magnam etiam medendo uim uerboꝝ ineſſe infirmita
tibus hominum animalibus languentibus claudicantibuſq; uel etiā
moribundis ſunt qui putent:& quanquā litteræ id noſtræ reſpuant
ad ſalutis remedium nihil conferre autument : profluuium tamen
ſanguinis uulnerato Vlixem inhibuiſſe carmine teſtis eſt Homerꝰ
Theophraſtus etiam ſciaticis prodidit:Cato luxatis mēbris: Var
ro podagris carmen auxiliari:Cæſarem quoq; dictatorem poſt ue
hiculi caſum unum ferunt ſemper ut primum conſcendiſſet: id qd̄
pleriq; ea tempeſtate facere norant carmine ter repetito itineꝝ ſecu
ritatem aucupari ſolitum īfinita eiuſmodi exemploꝝ copia ſuper
eſt:quæ libens ponerem niſi ad gymnaſticam & exercitationem re
liquam quæ maximum ſuſcepti muneris officium eſt ac bellicas ra
tiones feſtinaret oratio. De bonarum igitur artium ſtudiis hæc exa
rata ſint:Gymnaſticam & reliquam huiuſmodi militarem exerci
tationem nunc ordine ſuo proſequemur

Verbis medendi uirtutē ineſſe antiquiſſimi hoīes crediderunt

## De Gymnaſtica equeſtriq; exercitatione Ca.III.

AETERVM quom plurima ſint exercitationum genera probanda quidem ſolum illa nobis erunt quæ ſecundum naturæ uim ac ætatis rationem ſuſcipientur quo & ualitudo bona ſeruetur & ad labores militares perferendos robuſtiora deinde membra reddantur Vtrinque enim primis ab annis nō parum referre putandum eſt quaſi quiſque alimoniæ aſſuefiat: quibuſque exercitiis durioribus uel mitioribus aſſuefaciēdo urgeatur ueluti ea quæ in Lacedæmoniorum ciuitate uel ſola uel cum paucis cura a legum latoribus circa educationem & exercitationem publice uidetur adhibita:& cæteris etiam animalibus & gentibus apparet quibus cura eſt aſſidua bellicæ habitudinis nutrimentum lactis fōtiumque liquorem ad ualitudinem roburque maxime propriū eſſe corporibus:ut Lucanorum & alioꝝ plurimoꝝ.ad utrunq; etiam cōfert & utile putatur a pueritia frigori aſſuefacere. Quapropter ad amicum ſcribens monet Flaccus ut anguſtam pauperiem pati robuſtus acri militia puer condiſcat & parthos feroces uexet eques metuendus haſta uitamq; ſub diuo & trepidis agat in rebus & quom procliuis puerorum etiam natura ſit ad omnia opera & ad oēs actꝰ illi ea ætate maxime ſuſcipiendi ſunt qui per ludos fiunt: Ludi uero ipſi neq; illiberales neq; illaborioſi eſſe debent neq; remiſſi: Sed quales Lycurgum ī ſpartiatarum filiis īſtituiſſe ferunt:ipſe enim q̄ primum ſeptimum ætatis annum exegiſſent aſſumēs diſtribuebat in claſſes:eoſque una ſotios atque contubernales conſuefaciebat inuicem ſimul legere & ſimul exercere quo per dimicationes mutuas & promiſcuas contemptiones diſceret quale cuiuſque ingenium eſſet qui auderet neque in certaminibus pugnam detractaret. Mirides quoq; Aegypti rex poſt ortum filii Seſooſis ex omni ægypto oībus qui eadem die quo filius nati erant infantibus congregatis nutriri educariq; ac ſingulos eadem diſciplina exercitioq; erudiri fecit exiſtimans hoc pacto ſimul educatos atque inſtructos meliores in bello fore hos continuo uſu ad maloꝝ patiētiam exercebat: nō enī licebat alicui cibum priuſq̄ curſu centumoctuaginta ſtadia confeciſſet capere quo exercitio omnes uiri euaſerant & robuſto corpore & animo præſtantes primum Seſooſis in Arabiam cum eorum qui ſimul nutriti erāt exercitu a patre miſſus aſſuetuſq; uenatui : ac



cibi potuſq; abſtinentia omnemq; eam gentem ſubiecit liberam antea & ſeruitio inſuetam. Deinde in Libyam profectus maiorem eiꝰ partem in deditionē adhuc adoleſcentior redegit. Simili modo Alexander.xxx.milibus barbaroꝝ pueroꝝ delectis græcis eos litteris & Macedonico more armorum exercitationumq; uſibus uerſari præcepit pluribus ad eam rem inſtitutis magiſtris ſicque præter litteras quas ꝑ neceſſitate diſcebant:reliqua omnis exercitatio & diſciplina ad recte obtemperandum armorumque laborē tolerandum & prælio uincendum parabatur:hac ī re lacones quoq; quom efferatos laboribus perſæpe redderent adoleſcētes quaſi hoc eſſet utile ad fortitudinem maxime fallebantur. Non enim id conſequebātur quod intendebant neq; in aliis animalibus neq; in gentibus uidemus fortitudinem adeſſe maxime efferatis:ſed potius manſuetioribus & leoninis moribus multæq; ſunt gentes quæ ad cædes hominum & ad eorum comeſtionem inſultant ut circa pontum Achei & Agniochi & ex mediterraneis Aſiæ gentes quæ quidem clanculum per inſidias latrocinantur:ad bellica tamen opera nihil ualent. Omnes enim iſtæ feritate liberæ gētes luporum ritu ut ſeruire nō poſſunt ita nec imperare.non enim humani uim ingenii habēt ſed feri & intractabilis lacones præterea ſcimus dum ipſi exercebantur præſtitiſſe cæteris:poſtea uero fuiſſe aliis inferiores Non enim ob id ſolum præſtabant ꝗ iuuentutem exercerent ſed ꝗ ipſi exercitati contra non exercitatos pugnarent. Romanæ ſimiliter legiones niſi fuiſſent primum aſſidua exercitatione attritæ. Ab exercendo enim exercitꝰ ꝗ exercendo fit melior dictus nullo pacto in pubertate ante uel poſt pubertatis tempora pedibus agmen præire : ſubire pondera: arma deferre:nec præclarum ac memoratu dignū aliquid reddere potuiſſent huius rei ætatiſque huiꝰ ſi alia nobis deeſſent Scipionis Aphricani ſuperioris & Aemilii quoq; Lepidi conſtare pōt exemplis : ille enī dum prætextatus eſſet ut Floro placet & Senecæ pubeſcens autē ut Liuio eo prælio quo in romanos Hannibal ad Ticinū ualido ſtatim fragore detonuit patrē ciuem cōſulem belliq; ducem affectum graui uulnere & ab hoſtibus circūuentum periculo mortis exemit ſeruatiq; parentis cumulatam ſuis laudem retulit. Hic uero puer ꝑductus in pugnam eodem congreſſu & hoſtem occidit & ciuē ſeruauit in cuius memoriam rei ſtatua illi prætextata ex .S.C. in capitolio poſita eſt ut & cæteri exemplo eiuſmodi accenderentur: Sed

neq; & tu quoq; hoc in loco niſi tibi tuas laudes inuiderimus Sigiſ-
munde Pandulphe ſilentio obruēdus es aut ullo pacto his duobus
inferior habendus quom tertiumdecimum aetatis annū pene agēs
ſub. Diuo frē tuo Roberto in illa peſtifera atq; funeſta tumultuātiū
patricidarū conſpirationis eruptiōe conſternatis tuorū iam omnium
animis ſuborta de tota malateſtarū familia omniumq; ciuium ſtatu
actum eſſet niſi protinus hinc te rapiēns q; ſurripiens in legiōis uni9
numerum: conuocatis undecunque ſubditorum populorum auxili
is tectum una die confluentibus ferro ui armis cōtra q̃ plurimos for
tiſſimos & ad ſubuerſionem urbis noſtræ immitiſſimos uiros cum
maximo capitis tui periculo dimicaſſes: niſi tu tibi ac fratribus pa-
triam rerum fortunarumq; ſuarum pariter ac tuarum incolumita-
tem deperditam & pene reſtinctam uindicaſſes illa peſte illo mon
ſtro ac portento ſeditionis auctore atque flabello a ciuitate reiecto:
profligatis cæteris deinde factionis & tumultus illius primoribus atq;
complicibus & quae ad tertium uſque lapidem in eorum auxilium
prouenerant: Piſaurienſium copiis: plurimis inſuper ad cuſtodiam
tutelam firmitatēq; ciuitatis noſtræ per te accitis præfectiſq; cohorti
bus: Sicque mirabile dictu in illa perditorum hominum colluuiōe
unde ueterano armorum & equitandi totiuſque rei militaris peritiſ
ſimo euaſiſſe ſatisfuiſſet. Tu id ætatis ob tuam uigilantiam ingenii
uiuacitatem animique præſtantiam utriuſque fratris ſeruati & pa-
triae publicae ſcilicet ac priuatae pietatis triplicem meruiſti coronā.
Clariſſimum inuictiſſimi futuri ducis initium. Quid enim fuit pu
elpem in ſuae adoleſcentiae limine inſpicere tam maximū facinus
committere audere: quid eoipſo magnificentius: quid fortius: quid
glorioſius & laudabilius: quid in antiquis maiorum tuorū monumē
tis præclarius: quid famoſius tuis potuiſſes poſteris relinquere q̃ una
ſere ac omnium uoce dici: hanc urbem nobiliſſimam uniuerſū po
pulum: ius: æquitatem: leges: mores: per te uno tempore cōſeruatos
fuiſſe. Neque id ſane cuiquā incredibile de te uideri debet qui an
nos ſemper tuos longe anteceſſeris & omnes uirtutum omnium ab
ineunte anno numeros ita colueris ut in te ante claruerint q̃ perſpe-
ctæ intellectæque ab aliis fuerint. Spretis nanq; ſolitis pueriliis ætatis
illecebris magna ui aſtrorum fortuna tuas res maximas ad imperi
um diſponente didiciſti: non ignauia: non quiete: non otio: non de
ſidia: non uoluptate torpere: Sed membra durare militares labores



perferre: uigilare: eſurire: ſitire: algere: æſtuare: & cum ultimis mi-
litum & equitum dura & aſpera quæq; aggredi. Doctus etiam præ
cæteris tui temporis regi pariter & regere: exercitus ducere: caſtra
metari: acies inſtruere: præſidia agitare: hoſtes ferire: machinas eri
gere: firmare aggeres: pila torquere: haſtilia iaculari: clypeis intona
re: enſem uibrando incredibilia penetrare: in ſcandendis equis non
perſico more iuuari: Sed inſtituto ſine ſcanſilis ferri adminiculo le
niter facileq; eos inſilire ac reflexis ī tergum manibus uelociſſimis
curſibus ad exemplum ducendi frequenter concitare nunc item fle
xis habenis in medio curſu leui momento præuertere nunc mōtes
cōſcendere: nunc foſſas ſaltu traiicere: & ita demum ad omnia rei
militaris munia percallere ut non facile quiſquā poſſit elicere miles
ne an eques: tribunus uel īperator maior & inſtructior accedas uel
habearis pluribus deinde quom adoleueris rerum eiuſmodi p uni
uerſam Italiam inductoribus accitis qui neq; prius a te dimiſſi q̃ in
cæteris quæ modo diximus exercendo eos aut æquaris gloria: aut
ſuperaris diuitiis plurimis & honoribus auctos Alexandrum Seue
rum credo imitatus: quem poſt litterarum ſtudia paleſtræ operā de
diſſe ferunt: uel potius. P. Rutilum qui armorum agitatione uitan-
dorum inferendorumque ictuum diſciplinam primus miles iuſſit
accipere & in caſtra penetrare ut nedum uiribus & audacia quibus
antea ſolis initebatur: ſed etiam arte induſtriaq; ualeret iſdem ſtu-
diis initentem Paulum Aemilium legimus: qui & filios quorū inſti
tutiōi freq̄nter intererat erudiri cenſuit: ac uoluit egregiis taliū rerū
ſelectis præceptoribus. Marius autem iſdem nec dum ſtudiis uerū
quom eſſet annis cōfectus & multa corporis egritudine grauis quo
filium militaribus officiis obeundis per reliquum ætatis illuſtrem
redderet quotidie cum adoleſcentibus foras prodibat in mediū una
decertans: non neſcius quanti hoc in pace imaginariæ militiæ ge-
nus a teneris annis imbibitæ ad maxima poſterorum diſcrimina ac
uera belli prælia ineunda conferret. Et licet hoc militiæ genus quod
in eiuſmodi exercitationibus quæritur longe impar ſit ei quod īter
bellorum tumultus per indigētiam rerum omnium omneſque ter
rores diſcitur: mirum tamen in modum equitatu facile & armatura
leuiſſimum corpus reddit. Idem expeditionem agēs copias ſuas aſ
ſiduis laboribus curſu & longo itinere exercuit: eoſque ſæpenume
ro onera iubebat ferre & uaſa & cibaria illis in faſciculos coeuntia

furcis imponit:sub quibus & habile onus & requies facilis esset: unde
in prouerbium postea uenit ut qui difficultate nulla īfractus miles
laborum esset patiens eorūq; non aspernator:sed studiosus ardēsq;
imperatoris sui iussa tacite agēs Marianus mulus appellaretur. Ca
to etiam Censorinus filio suo magistrum se præbuit:quippe qui ex
ercendi corporis non modo iaculandi tractandi ut arma uerum e
quum defricandi equitandiq; & pugno dimicandi:calorem & fri
gus tolerandi ac rapidos gurgites & asperrimos fluuios ui tranandi
artes instruxit: Vticensis autem ille posterior Cato ī Gymnasiis se
exercens laboris ita patiēs fuisse dicitur ut detecto capite seu sol seu
imber esset eum amicis qui una iter faciebant equisque ueherētur
singulos sæpe adiens & pariter cum singulis ambulans loqueretur
pedibus ipse proficiscens.Magnum & præclarum quoq; erat ad ani
morum fiduciam maximum ducem aspicere Pompeium duo de se
xaginta annos natum saltu & cursu pedites primum equites armis
deinde exercere:nudare ensem & currēte equo uectum peroppor
tune recondere:in iaculatu præterea non agilitate modo sed pro tē
pore robur ostendere:quem talibus insidentem ex iunioribus ple
risq; haud quaquā facile superabant Neque enim ille potuisset par
esse Sertorio nisi se militesq; suos frequētib⁹ exercitiis præparasset
ad prælia quom ad difficultates ille maximas ad longas itineratiōes
per aspera quæq; & inuia assuefactus ex quibuscunq; locis intraden
di euadendique ac exercitum ducendi peritiam quandam & sum
mam haberet.Masinissa numidarum rex nonaginta annos natus
præ cæteris hominibus hac in parte admirabilis fuit:adeo quemad
modum Cicero refert ut nullo unquā imbre nullo frigore caput su
um ueste tegeret.Eundem constat aliquot horis in eodem uestigio
perstare solitū nec ante moto pede q̄ consimili labore iuuenes fati
gasset ac si quid agi ut sæpe solet a sedēte oporteret toto die sæpenu
mero nullam in partem conuerso corpore in solio durasset & quō
ingressus iter pedibus esset in equum omnino non ascendere cum
equo ex equo non descendere:quinimo noctem diei sic plerunque
iungendo ducere ut nihil ex his quæ adolescentes solent omittere
uideretur.P.Scipio contra numantiā missus corruptū secordia du
cens exercitum:exercitatione correxit cogens niues & frigora pati
uada fluminū pedibus traiicere timidos subinde exprobando & ig
nauos frangendoque delicatioris lasciuiorisque uitæ usus & parum



necessaria expeditioni uasa.Curauit præterea Cyrus ut nemoq̄ mili
tes nisi sudore præuio prandium sumerent aut cœnam:idq; aut ue
natione fiebat aut alio īiuncto opere quod egens festinatione sudo
rem eliceret.Mythridates rex Ponti per hyemem otio marcere mili
tes nunquam passus est eos nanq; ac se ipsum continuo tectis haud
quaquā urbanis:sed castrensibus tenuit neq; uero ludis nisi acerri
mis mēbra indies exercuit assuetus feras cursu persequi & uiribus
nō nunquā congredi ne Zephiro ad bella uocante uires per blādi
menta languescerēt:a C.quoq; Cæsare quē ultra q̄ credibile cuiq̄
uideatur laboris patientē fuisse constat:Tyrones domi per equites
perq; etiam senatores armorū peritos instructos legimus:ad eosque
scripsisse persæpe quo singulorū curam disciplinamq; susciperent nec
tyronibus solum sed militibus etiam suis ac uniuerso exercitui die
noctuque subtrahebat:augebatque iter quo per segnitiē & tertiam
subsequentes defatigaret:quæ omnia silentibus bellis animaduertēs
probus Aurelius in negotio uersari milites suos q̄ in otio ne langue
rent:satius fore duxit fabricis nunc urgendo nouis:altas nūc extru
endo turres:nunc aquosa desiccando loca:nūc templa quæ uetusta
te corruissent restaurando:aut noua & pulcherrima constituendo
atque colendo:saltationem quoq; domi a Lacedæmoniis admissam
inter exercitationes ad bella utiles fuisse memoriæ proditur:quam
Socrates apud græcos probat & maiores nostri nec inhonestā:sed
necessariam simili modo putant quom apud eos saltationem in ar
mis habitam & ab ipso tripudio saltatorios alios denominatos con
stet:Et quanquā uno eodemq; tempore tribus nobilissimis ciuibus
non modo studium saltandi sed etiam peritiam qua gloriarētur fu
isse non dubium sit:Gabinio scilicet consulari Ciceronis inimico:
quod ei etiam Cicero non dissimulanter obiecit:& M.Cælio noto
in turbas uiro:quē idem Cicero defendit & Licinio Crasso Crassi
eius qui apud parthos extinctus est filio:Crispus tamen Salustius
spectata ueritate historicus Semproniam nobilissimam fœminam
reprehendit:non q; saltu ualeret sed q; eiusce rei singularem quan
dam peritiam & eruditionē habuerit:& Sci.ut Senecæ uerbis utar:
eo in libro qui de animi tranquillitate īscribitur: Triumphale illud
& militare corpus mouet ad numeros non molliter sed infringens
ut nunc mos est etiam incessu ipso ultra muliebrem mollitiē fluen
te.Sed ut illi antiqui uiri solebant interlusum ac festa tēpora uirilē

ius modum tripudiare non facturi detrimentum etiam ſi ab hoſti
bus ſuis ſpectarentur. Nec tibi Sigiſmunde huius & illoꝝ ſaltationis
ſtudium turpitudini fuit ſimili modo exercere prodireq; in mediũ
ac modo aperta fronte modo perſonata nõnunquã populo eſſe ſpe
ctaculo hac ratione tua ꝙ nulla pars corporis in ſaltatione uti ſæpe
& phyſice quidem dicere ſoles otioſa ſit: ſed collum una & crura &
manus exerceantur exercerique debeant per eum qui ſit corpus agi
lius & ad omnem militarem motum ac celeritatem promptius ha
biturus. Præter hoc Nembroth uel ut alii perhibent Apollinis Dia
næq; inuentum uenandi ſtudium ſummopere probare etiam ſoles
quod parum tibi quid a iuſto differre bello uideatur: Quom opus
ſit feras inſequi fugientes locorum aſperitatibus abruptis & inuiis
moueri maximos labores capiendi ſtudio ſubire: abſtinere a mul
tis: æſtus & algores pati: ſitim ac inediam tolerare: commoueri de
niq; animo quom ſint manus conſerendæ cum feris cominuſq; cõ
grediendum his cauſis honeſtiſſimis nec ad illecebras tantũ & ani
moꝝ relaxationes antiquoꝝ plurimos ac quidem grauiſſimos ihæ
ſiſſe percelebre eſt: nam fixerit ceruam licet: aut erimanti nemora
placarit uictor Alcides: Aprum Calydonis regionis uaſtatorẽ ſtra
uerit Meleager fuderit auctor romani generis ceruoꝝ corpora nõ
uoluptati ſuæ ſed publicæ utilitati proſpexere: Cyrꝰ ſimili modo pu
blicæ utilitatis militariſq; diſciplinæ gratia eos ipſos qui aptiores bel
lis uidebantur uenationi aſſuefaciebat propterea ꝙ id genus exerci
tii plurimum bellicæ rei conducere ad exploranda itinera & diuer
ſoꝝ locorum anfractus non dubium ſit. Prætereo Alexandrũ Ser
torium. M. Antonium Alexandrum item Seuerum Hadrianũ Ta
citum pluresq; alios ſuperioris temporis imperatores ac duces ma
ximos hoc exercitii genus ſummo quodam ſtudio ꝓſecutos: quos
uero ſpecies illa uenationis oblectat ut aues auibus inſequatur: ſi ta
men hoc genus aucupii uenationi cenſeas annectendum mitiori q
dem ſtudio exercentur. Sed non impari leuitate ac uoluptate. Huiꝰ
autem exercitationis auctorem ſunt qui Machabeum egregiũ bel
li ducem fuiſſe confirment. Ab antiquis autem ſecularium hiſtori
arum ſcriptoribus fidem ſumentes Vlyxem perhibent qui primus
excifa Troia armatas aues attulit græciæ: quas ſua ui quadã & gra
ta intuentium admiratione duce natura incognati generis exitum
animauit. Nam quom accipitres paſſim auibus inſidientur eaſq; ra



piant: alii ex terra ſolum: alii non niſi circa arbores uoliẽtes: alii ſe
dentes in ſublimi: aliqui uolantes in aperto in Thraciæ parte ſuper
Amphypolim homines & accipitres ſocietate quadam aucupantur
Hi enim ex ſyluis & arundinetis excitant aues: Illi ſuperuolante de
primunt rurſus captas aues diuidũt cum his: traditumque ẽ miſſas
in ſublime ibi accipere eos & quom tempus ſit capturæ clangore &
uolatus genere inuitare ad occiſionẽ. Piſcationis autem uſus & mo
deſtior eſt quem nec aſpernati ſunt plures & quidẽ magni uiri Au
guſtus præcipue & M. Antonius qui ob laxandum animum piſca
ri ſæpius hamo ſolitos feruntur: quanquã & honeſtior forte & pro
banda magis illoꝝ uita fuerit de qua inquit Naſo: Piſcis adhuc illis
populis ſine fraude natabat: Hoſtreaq; in cõchis tuta fuere ſuis: nec
latium norat quam præbet Ionia diues: nec quæ pygmeo ſanguine
gaudet auis Natandi peritia propter maritima etiam bella his adhi
benda uidetur quom & periculis liberare milites ac duces plerunq;
ſoleat & ad quæq; clariſſima faciora audaciores reddere: ideoq; ma
iores noſtros campum martium Tyberi finitimum delegere quo
& milites tabem omnem ſudoremq; illũ Martium atq; ſqualorẽ ar
moꝝ exercitio contractum diluerent ac natando labore deponerẽt
Huius rei peritia Sertorius romanis aduerſus Cymbros male pu
gnantibus amiſſo equo & uulnere iſuper accepto Rhodanum am
nem cum thorace & ſcuto per aduerſos fluctus & fluminis uortices
toto corpore atq; omnibus ungulis ut dicitur plurimum initẽdo tra
iecit. Simili modo Iulius Cæſar quom Alexandriæ circa oppugna
tionem irrumpentiſq; multitudĩs impetum preſſus ſcapham cõſcẽ
diſſet: mox pondere ſequentium præſſam ac porro merſam ꝑ du
centos paſſus ad nauem una manu elata qua litteras deferebat natã
do peruenit: ſicq; ut ſint qui paludamento in fluctibus dimiſſo ena
taſſe illum dicant: idq; ſeu fortuito ſeu conſulto ut hoſtes in illud ſa
gittis ac lapidibus intentos faceret: ſintq; qui paludamentum mor
dicus trahentem ne hanc quidem gloriandi materiam hoſtibus re
liquiſſet cõfirment: hæc tamen uulgatior & certioribus teſtibus ſuf
fulta ſententia eſt: nam de eo nulla eſt controuerſia eleuata illum ſi
niſtra manu natauiſſe ne libellos quos ea geſtabat maris aqua per
tunderet huius diſcriminis forte memor Auguſtus ea in re nepo
tes ſuos ita ſtuduit erudiri ut & ipſe plerunq; per ſeſe doceret: talia
porro exercicia recipienda ſunt quae ad imitationes eorum quae

poſtea feriis omnē facienda accommodari poſſint nec faciat exercē
tem: habentēque uilis exercitii operatorem: uilis autem exercitium
putandum eſt quodcunque corpus aut animum ſiue mentem dete
rius diſponunt ut mercenarioꝝ turba plurima & quæ ſordida nun
cupamus: mentē enim non expeditam nec ad opera bellica utilem
ſed uilibus occupatam reddunt. Illud ſimili modo unum nec præ-
tereundum tanquā omnium utiliſſimum equos ſcilicet ad equitan
dum idoneos: Sed inexpertos laboris celeriter confici necarique ſo
lere: ꝓinde equitem oportere frequenter eos agitare & quoniā fræ
na & faleræ ex loris confecta maxime uſui ſunt nunquā ſine illis in
cedere: ſicque parua impenſa per magnum ſibi præſidium compa
rare poterit & glorioſius in omni bellico certamine uictor euadere

## De otio militari Ca. IIII.

ERVM quoniam clarorum uiroꝝ atque magnoꝝ non
minus otii q̄ negotii rationē extare oportet quom nihil
pene ſit in opere naturæ quod non exemplo dieꝝ ac no-
ctium aliquas uices feriarum uelut huic ipſi modum finemq̄ præ-
ſcribamus. Primum itaq̄ quom permultæ ſint animoꝝ huiuſmodi
relaxationes quæ aliquo ſtudio feſſos leuare poſſint uigoremq̄ ani
mi ab omni triſticia & pertinaci laboris continuatione feriarum il-
lariter diſcutere in otio & ceſſatione id potiſſimum erit: ne quid illi
beraliter: ne quid petulanter: ne quid flagitioſe: ne q̄d obſcene mol
liter impudenter ac improbe ſuſcipiatur. Sed quicquid id erit ſit ur
banum: ſit ingenuum: ſit facetum: & eiuſmodi deniq̄ in quo aliq̄d
ꝓbi & generoſi animi lumen eluceat ut quæ apothegmata & ſcō-
mata uocant quibus Auguſtus. C. Adrianus aliiq̄ permulti ferociſ
ſimi & bellicoſiſſimi uiri maxime Lacedæmonii uſi perhibentur.
Apud hos enim inter cætera exactæ uitæ inſtituta hoc iocandi ge
nus a Lycurgo inſtitutum ē ut adoleſcentes & ſcōmata ſine morſu
dicere & ab aliis in ſe dicta perpeti diſcerēt: unde ſi quis eoꝝ ī indi
gnationē ob tale delictum prolapſus fuiſſet ulterius ei in alteꝝ dice
re non liceret: quæ res quantum utilitatis ſit allatura q̄ Lycurgi ui-
tam legerit facile inueniet: licebit etiam uarium uitæ genus habere
modo ruri eſſe modo in urbe ſæpius ī agro quieſcere ac deābula
re ut Scipio ille qui ꝓmus Aphricani nomē geſtis rebus & uirtute



meruit. Quippe qui ſpiritum domitorem gentium & aures caſtro
rum ſtrepitu & tubaꝝ fragoribus oppletas huc referre cōſueuerat:
non ut uirtus otio langueret: ſed ut ſeſe mens uarietate negotioꝝ di
ſcreta colligeret: Quamobrē nec ſibi unquā otioſus neq̄ ſibi ſolus
unquā uidebatur. Huius nepos & ipſe Aphricanus Scipio ſicut la-
boris & exercitii ſupra fidē patiens: ſic otii & ſolitudinis cupidus ſo
lus ſæpe cum Lælio ruſticari peregrinariq̄ ſolitus interdumq̄ litto-
ribus uagabundus expugnatricem illā Carthaginis Numātiæq̄ de
xtrā ad marinas conchulas calculoſq̄ interlegendos īclinaſſe eoſq̄
ut Ciceronis uerbo utar incredibiliter repueriſcere eſſe ſolitos quō
rus ex urbe tanquā e uinculis euolaſſent. Q. Mutius Scæuola diui
ni pariter & humani iuris illa ætate conſultiſſimus a ꝓcellis fori fu-
giens in otium et aleæ et calculorum ludo fertur operam dediſſe ea
que uiciſſitudine rerum mole prægrauatum ingenium releuaſſe:
quanq̄ eo in genere probandi forſan magis ſint idem. Q. Mutius
Scæuola augur et Lycon philoſophus qui optime pila luſiſſe dicun
tur: quod forenſibus cauſis interpretandique iuris ac rerum natura
lium labore fatigati ad hoc præcipuum otii genus recreandarum
uirium confirmandorumque laterum gratia ſeſe conferebant: Dio
nyſium quoque ſiracuſiū hoc etiam ludo delectari ſolitum accepi-
mus: & diuum Auguſtum poſt finē ciuilium belloꝝ ab exercitiis
campeſtribus ad pilam tranſiſſe &. M: Antonium uerū Auguſtum
M. que Aurelium Antonium qui ut de eo ſcriptum ē pila quoq̄ lu
ſit apprime: calculorum quoque luſus quorundā iudicio nec inde
cens habēdus: quom & pugnæ bellique ſpeciē præferat hoſtiliſque
certaminis dicente Ouidio Diſcolor ut recto graſſetur limite mileſ
quom medius gemino calculus hoſte perit. ut mage uelle ſequi ſci
at & reuocare priorem ne cito fugiens incomitatꝯ eat qui ludus ꝓin
de ꝙ pauculis lignis ſit uagis ac furtim inſidiātibus atque latrocinā
tibus latruncularius ludus apud ueteres dicebatur. Vnde Martialis
inſidioſorum ſi ludi bella latronum: Geminus iſte tibi miles & ho-
ſtis erit. Et quanq̄ ꝓbent hoc alii ex eo ꝙ ingenii multa meditatiōe
excitare acumen uideatur. Ex eo mihi quidem uidetur magis īpro
bandus quom nihil ſit temporis amiſſione infœlicius: nihil deteri
us eo in quo minimum proficias plurimum cum labores. Poſſet enī
motus animi & mentis agitatio illa quae ibi fruſtra diſtrahitur re-
bus magnis feriis & melioribus accomodari: unde nō ab re præter

Antonium longe prudentiſſimum [illegible] phyſicum malu-
it q̄ Cæſareum [illegible] Pœnus Hāni-
bal & Ponticus Mitridates. Et hæc quidem prudentiæ uirtus in tres
partes diſtributa eſt: memoriam enim intelligentiam ac prouiden
tiam affert quæ tres oculos in totidem quoque tēpora mira reꝝ di-
ſtantium connexione deſiguit; in memoria quæ reꝝ geſtaꝝ locorum
tēpoꝝ ac perſonaꝝ meminit: qui præter cæteros fiunt inſignis haud
facile dixerim permultis gloriā eius adeptis Diuo Iulio Cæſari hoc
imprimis ab hoſtibus datum ſcio ut memoria polleret eximia de q̄
inquit Cicero ꝙ nihil ſoleret præter iniurias obliuiſci. quippe qui
hui9 rei quoq; beneficio & legere ſimul & ſcribere & audire & epi
ſtolas ex tempore tantarum rerum duobus librariis & pluribus ut
Oppius ut alius hiſtoricus quidem & orator inſignis inquit: Qua-
ternas uel ubi nil aliud ageret ſeptenas dictare ſolitus ſit: mirifica ꝑ
fecto res tam facile ſingulis adeſſe tam fideliter omnium reminiſci
Nec ſum neſcius huius quoq; rei ſingularem. Q. Fabio Max. lau
dem contigiſſe inter multa nimirum quæ uiri illius gloriam extol-
lunt hoc non in ultimis poſuerim ꝙ ingenti quadam fuit notitia ue
tuſtatis de quo eſt apud Ciceronem ꝙ omnia non domeſtica ſolū
ſed etiam externa bella memoria complectebatur: itaq; minime mi
ror ꝙ bello punico ſecundo dicta eius conſiliaq; tum in populo tū
inter primores patrum pro oraculis habebatur. uere enim mihi ui-
deor dicturus qui multa ſuperioris temporis memoria tenuerit fo-
re quodam modo futurorum uatem. Sed quoniā duplex ſit memo-
ria altera rerum: uerborum altera primam qualem in Fabio modo
rettuli: talem i L. Lucullo ampliſſimo & imperatore & philoſopho
admirabiliter uiguiſſe comperio. Alteram atq; ſecundam habuiſſe
uidetur Scipio. Ex omnibus enim gentibus ac ſæculis nullum i hac
re facile ſibi prætulerim ſi modo ueꝝ eſt quod tradunt ipſum etiam
populo ro: nomina reddidiſſe: quæ res quidem pene incredibilis ē
niſi eam permulti clari auctores inter quos Plinius ſecundus in na
turali hiſtoria id proprio teſtimonio confirmaſſet. fuit & Adrian9
ingentis & mirificæ memoriæ quippe qui & libros ſtatim lectos &
ignotos plurimis memoriter redderet uno q; tēpore cōfabularetur
ſcriberet dictaret audiret. Ab occaſu ad orientem uerſo Themiſto
cles Graiæ gentis primus occurrit: qui inter grauiſſimas occupa-
tiones publicas & priuatas cunctorum ſuorum ciuium nomina &

erat Athenis natus memoria tenebat ſtupendum profecto negotiū
hiſi. L. Scipionis mentio præfeciſſet: Cynneas quoque Pyrrhi regis
nuntius clariſſimam excellentiæ huius gloriam cōſecutus eſt: lega
tus enim ſenatui Ro. poſtero ingreſſus eſt urbem die nouus ho-
mo & ab ea patria alienus uniuerſum propriis ſenatum nominibus
ſalutauit. Sunt qui equeſtrem ordinē: ſunt qui urbanam omnē cir
cunfuſam ſenatui plebem adiiciant: Præclaꝝ ſane facinus operoſū
ac diligens etiam ſi ob aliud Romam non ueniſſet Cyrus porro ꝑ
ſaꝝ rex etſi maximis exercitibus præeſſet omnium tamē militum
nomina meminerat Mitridates deniq; ut auctori noctiū atticarum
A. Gellio quinque & uiginti ut Plinio duarum & uiginti ut uero ne
poti eius eo libro qui de uiris illuſtribus inſcribitur quinquaginta
gentium quæ ſub imperio eius erant linguarum notitiam habuiſſe
perhibetur & iura cuilibet patrio ſermone reddidiſſe & in contioni
bus ſingularum nationum interpretē haud quaquā illi fuiſſe: quae
res & illum militibus & hunc populis ſuis acceptiſſimum fecit intel
ligentia in rerum præſentium cognitione ſita eſt: hac qui fuerit præ
ditus imperator is non aliena ſed uera & immortali mihi laude pro
bandus uidebitur cui conſentaneū illud erit quod Actius Vlyxem
probans in philocteta ſuo & in eius tragœdiæ ꝑncipio inquit: Incly
te parua prædite patria nomine celebri claroque potēs pectore achi
uis claſſibus auctor Grauis dardanis gentibus ultor: laerciade no
uiſſime patrem memorat: ueꝝ omnes laudes eius uiri non laertes:
nec quiſquā alius ſibi uendicat: ſed uirtus eius ducis ſotia nec aliud
in eodem Vlyxe monet Homerus qui ſemper ei comitem uoluit
eſſe prudentiam quam poetico more Mineruam appellauit: q̄ ꝙ ea
comite Vlyxes horrenda quæq; ſubiit: aduerſiſq; omnibus præfuit
ea nanq; adiutrice Cyclopis antrum introiit uerum egreſſus eſt Ca
rybdim & Scyllam præternauigans nec retentus nec ereptus eſt ad
lothofagos profectus eſt nec remāſit: ſyrenum cātus audiit & Cyr-
ces nouit pocula: quæ ſi cum ſotiis delinitus ſtultus cupiduſq; bibiſ-
ſet ſub domina meretrice fuiſſet turpis & excors uixiſſet canis im-
mundus & amica luto ſus: ut Flaccus inquit. Sic Homeri in cunctis
imitator Maro uirum inſignem armis & pietate deſcribens & quē
dignum cenſuit ut patrem faceret romanorum in recte gerendis
omnibus ei Achatem ſotiauit ut circunſpecto duci ſic negotia pro
cedant: ut nullus inſidiarum dolis præpediatur & quaſi inuiſibilis

partis ſit a ſe & a recto rationis tramite non diſcedere nec in rebus
aſperis perturbari ac deiici : ſed perſiſtere fortitudinem aſſerentes
non umbratilem eam eſſe quæ contra naturam mōſtri uice nititur
ultraq; modum eius egreditur aut ſtupore animi aut īmanitate aut
inſania qualem fuiſſe accepimus ferum quendam in ludo Cæſaris
gladiatorem:qui quom uulnera eius a medicis execabantur eo fuit
habitu oris ut ſuperante lætitia dolores ridentis etiam ſpeciem præ
buerit:Sed eam ueram & probam quā Socrates & maiores noſtri
ſcientiam eſſe dixerunt tolerandaꝝ rerum & non tolerandarum ꝑ
quod apparet eſſe quædam intolerabilia quibus fortes uiri aut obe
undis abhorrent aut ſuſtinendis. In hac etiam ex noſtris Iulius Cæ
ſar a nobis ſæpe dictus dicenduſq; nobis occurrit. Occurrūt Aphri
cani duo Pauli totidem Macedonicus & Cannenſis Claudius Mar
cellus Claudiꝰ Nero Tib. Graccus. C. Marius Druſus & Germāni
cus cæſares titꝰ & Traianus principes. Ex uetuſtiſſimis autem pri-
mus & tertius romani reges:nec nō ex equeſtri ordine Oratius co
cles. L. Siccius dentatus tribunus plebeius. M. Sergius innumerabi
leſq; alii. Si ſingulos quoſq; proſequi libeat quom plures una gens
in quocunq; genere eximios tulerit q̃ cæteræ terræ Externi uero la
cedæmonius Leonidas athenieſis Myltiades ſupraq; nominati The
miſtocles atq; Epaminūdas & ex antiquioribus:liber hercules The
ſeus Achilles Hector Tydeus Diomedes Aiax & uirgilianus Ae
neas Hannibal quoq; genitorq; Amilchar & germanus Haſdrubal
Alexander Macedo & huius genitor Philippus & Auunculus Ale
xander Epirenſis et Pyrrhus etiam ipſe epyrothaꝝ rex de quo ſu-
pra diximus. Hebræoꝝ inſuper & imprimis Dauid Ioſue deinde
& Iudas porro. nec me fallit eam licet uirtutem Ariſtoteles ipſe per
tulerit quibuſdā uideri poſſe ethicum me uirtutum perturbaſſe or
dinem non ſolum prudentiam his annumerando ueꝝ etiam forti-
tudinem iuſtitiæ præferendo militarem:Quom ſæpenumero iuſti
tia longe præfulgens:perfectaque uirtus ad alium maxime cenſea
tur:quod nō ab re ſed de induſtria quoq; factum eſſe ſcito. Eſt enī
uiri ꝓpria maxime fortitudo ſola inter cæteras maſcula plena ſpiri
tus:plena uigoris & animi:honoratiſſimam uero eā eſſe omnium
uirtutum Ariſtotelis ſentētia ex eo patet nō quia optima ſit ueꝝ pro
pterea quæ in ea ſunt optima & utilia quas ob res imperatoꝝ ſimu
lacra defunctoꝝ militari fere habitu inſigniri obeliſcos columnas



& Pyrhamides arcuſq; triumphales erigi & poſteritati conſecrari
uidemus quaſi præcellentiſſimum ſit ī eo genere laudis ac uirtutis
potiſſimum claruiſſe. Et quanquā fortitudo hominū cætus maxi
me ꝓtegat nō minus & iuſtitia una omnium domina & regina uir
tutum etiam ducum ꝓpria cenſeri poteſt ꝙ ſola hominum conuen
tus regit:ꝙ fœdera ſocietatis humanæ continet:ꝙ ſeruare nō amicis
modo ſed hoſtibus fidem monet: Quomq; nihil fraude utilius nec
dolo efficacius in his quæ in bellis proſpere atque ex ſentētia geſta
ſunt quæ plurima ac maxima eſſe comperies & quorum gratia aut
repudiāda imperia ſunt aut una cum ſuis artibus obeūda ſunt qui
hac Xenophontis ſententia freti in eo libro qui equitum præfectus
inſcribitur licere ſibi extſtiment hoſtem ne dum bello fallere ſed a
diis īmortalibus ipſis ut poſſe contingat precandum omnique ſtu
dio fraude uel uirtute innitendum:iuxta illud Corebi apud Maro
nem in illa turbulentiſſima nocte troianæ captiuitatis poſt Andro
gei mortē inquiētis:mutemus clypeos Danaumque inſignia nobis
aptemus:dolus an uirtus quis in hoſte requiret: Sint licet qui dete
ſtandū id omni tēpore putent mutationē illam clypeorum & reliq̃
non grauiſſimi poetæ ſed adoleſcentis ore dictum cenſeri debere:
aſſerentes quod malum & antiquum & noſtri temporis eſt ſeu illa
ignauia eſt ducū ſeu militum inſolētia:auaritiæque rabies utraque
ſententia militantium ducumque animis extirpanda ē ut hoſtibus
ſeruetur fides:amicis humanitas:utriſque iuſtitia ut & illis non niſi
ſeruato decore noceas & his nullo penitus noceas modo. Nā quid
turpius aut quid uſquā ſceleratius q̃ nocumento his eſſe quorum
tutelæ ac præſidio euocatus ſis q̃ ex cuſtode raptorem ex cane lupū
fieri Huius gloriæ prima in parte clariſſima habentur Fabricius &
Camillus & Regulus:quoꝝ primi duo quom poſſētdolo uincere
noluerunt:tertius ne aut dāmnoſus eſſet patriæ aut infidus hoſtibꝰ
crudeliſſime mori elegit:interque hoſtibus præſtitæ fidei ſeruato
res haud prætereundus eſt caſſius:in altera autem hi ſunt quibus
modicum fuit a ſuorum iniuriis abſtinere niſi ultro pro eis more
rentur. Ex his romæ curius & duo Decii:athenis autem codrus car
thagini philenes fratres ſeſe ante alios offerunt:quorum primus ut
terrorem publicum ſedaret:ſecundi ut uictoriam labentemq; aciē
firmarent:tertius patriam inſtanti excidio eriperet: quarti ut fines
patrios prorogarent ad mortem uoluntariam ſunt profecti utque

ciuibus ſuis bene eſſet ipſi eſſe noluerunt: in utraq uero magnꝰ pō
peius & ſi adhuc unum Cicero omnes bellicas laudes & quæcunq
de his quibus egēt duces ut ſummi ſint aut diximus aut dicturi ſu
mus cumulatiſſime comparat: iure id quidem meritoq. Sed ſi cui
maxime ſuum tribuitur uere magni Pompeii laus eſt bellica iuſti
tia ſimulque & cognita inter uictorias & triumphos cōtinētia quae
ad eam de qua hic aggrediar dicere uirtutem referenda eſt ſi unū
quod nunc ad iuſtitiam ſpectat adiecero eſſe beneficentiam ac libe
ralitatem pulcherrimas ducum & imperatorum ueſtes quibus ide
cora plurima tegi poſſunt: hac Iul. Cæſar præit cunctos gloria neq
enim quiſquā ſi Senecæ uerba teneo liberalius uictoria uſus eſt ex
qua nihil niſi diſpenſandi poteſtatem ſibi uīdicauit: Apud exteros
Alexander primum locum tenet ut græci uolunt neq noſtri obſtāt
quanquā Philippus pater in Alexandro qui largitiore beniuolentī
am macedonum ſectabatur profuſionem illam pecuniaꝝ his uer
bis inſecutus eſt. Quod te malum rationis inquit in iſtam ſpem
īduxit ut eos tibi fideles putes quos pecunia corrupiſſes an tu ideo
agis ut macedones non te regem ſuum ſed miniſtꝝ & præbitorem
putent: quod quidem regi ſordidum eſſe non ambigis & corrupte
lam q̄ largitionē potius dici: fit enim deterior qui accipit atque ad
idē ſemper expectandum paratior. Quid autem eſt ſtultius q̄ q
facias libenter curare ut id diutius facere non poſſis: largitiōes īmo
deratas rapinæ ſequuntur: quom enī dādo egere cœperis bonis ali
enis manus cogeris inferre: itaque quom beniuolentiæ comparan
dæ cauſā ſis ꝓdigus nō tanta ſtudia aſſequeris eoꝝ quibus dederis
quanta eoꝝ odia quibus exemeris: quamobrē nec ita claudenda eſt
res familiaris ut eam benignitas aperire non poſſit nec ita reſeran
da ut omnibus pateat: ſed utrinq modus adhibeatur: iſq referatur
ad facultates. Quarta nunc mihi ſupereſt modeſtia quam tempe-
rantiam uocant: cui adiacet ipſa quam paulo ante dicebam cōtinen
tia ſine qua non dicam dux: ſed nec quidem uir bonus uſq̄ fuit:
Quia uero nunc de ducibus ſermo eſt: quid oro perita litteraꝝq
cognitio: quid magnanimitas: quidue omnes aliæ imperatoriæ ar-
tes profuerint: ſi auaritiæ: ſi libidinis aut gulæ imperio dux uictus
abiecto fræno quo exercitum regat ſe ſuaſq legiones præcipitet &
in peſtem trahat quo ſæpe multi cum omnibus copiis periere Hæc
igitur ſingularis & propria uirtus eſt Pompeii in qua ſi imitari eū



[illegible] Craſſum [illegible] numquam ipſā [illegible]
[illegible] imperii [illegible]
[illegible] Sed [illegible]
[illegible] pars ī
uerbis Ciceronis apparet quæ mox inſeram. Accedit his [illegible]
do quædam & ſuauitas facilitaſq animi in quā Aphricanum & Iuliꝰ
Cæſar excelluit hāc ad conciliandos aīos hominum nihil efficatiꝰ
Eſt huic confinis æqualitas quædā familiaritaſque cū exercitu quæ
res maximo milites ducū amātiſſimos effecit ī qua notꝰ Valeriꝰ Cor
uus & Marius ex noſtris: ex externis Hānibal & hæ quidem artes
beniuolētia & amore ſicut obiectæ ſeueritas atque imperioſitas ex-
ercitum ac ſubiectos metu frænāt. His artibus Mar. Curius & Q.
Cincinatus & Papyrius curſor & Fabius Max. notiſſimi: ſed nullus
in ea re Iunio Bruto Manlioque par Torquato: quoꝝ primum pu
blicæ libertatis amor impulit ut proprios filios a ſe depulſæ tyranni
di fauentes ſeruiliter uirgis cæſos ſecuri percuſſos ad mortē ageret
Secundum uero caſtrenſis diſciplinæ ſtudium coegit ut præclara ī
dole adoleſcētem filium q iniuſſu eius in hoſtē pugnaſſet q̄nquā
uictorem & uictorem. Additur huic ſeueriſſimi facti comes. Poſtu
mius Tiburtus cuius ego ne prætermiſiſſe potius q̄ ut aſſeruiſſe rē
tantam uidear ineptionem fecerim: apud quoſdam enim ſcriptorū
certa res apud alios facti eius in ambiguo fama eſt: his tam multis
& patientia iungitur ea quæ multiplex hæc dolores corporis æqua
nimiter perfert illa quaſi quoddam uulnus aurium atq animi cōtu
melias fert uerborum: utraq ducibus & militaribus curis accomo-
data: prima quidem fortitudinem: ſecūda uero ciuilitatem reſpicit
atq modeſtiam ipſam de qua ſermo eſt: in prima Mutius & Mari-
us & Pompeius clari habentur: & Acilius quidam Cæſaris miles
Maſſiliæ ſpectatus & M. Sergius cum eiſdem quibus ſupra comi-
tibus. Ex externis uero Cynegirus athenienſis græcis hiſtoriis ce-
lebratus ī altera uerō ro. īperii Iulius & Auguſtus ex noſtris: ex ex
ternis Philippus & Antigonus macedonum reges & Pyſiſtratus
Athenienſis tyrannus: deniq noſtros atq externos magnus ille Pō
peius omnes ſuperat aut æquat quo admoneor ut ex oratione quæ
de eius imperio habita eſt ac de imperatorum ſeu ducum cōtinen
tia: deniq his quatuor quae in duce requirimus, M. T. Ciceronis uer
ba paulo āte ꝓmiſſa ſubiiciam: quæ clementiſſime atq iuſtiſſime

in Scythiam pertexiſſet & carthagirienſium dux Hannibal ſi aſſo Maharbali credidiſſet aut paulo maturius diem obiiſſet

Imperatoꝝ conſilia quæ græci ſtrategemata appellāt: & quæ ante bellum in bello & poſt bellum ſapienter lepide facete ac moderatius dicta ſunt Cap. II

Oſt haſce uirtutum ſpecies & imperatoria munera quorum illuſtrem eſſe conſtat effectum ut præclare factoꝝ ita dictoꝝ quæ ducem moneant: rationes etiam & exempla promiſſa ſubiiciemus: quibus egregium primo ac ſane præcellēs ſit illud quod ab Heſiodo uſurpauit Ariſtoteles: ab Heſiodo uel Ariſtotele: Liuius dum ſalutē ſuam exercituſq; ſui. M. Rufus Minutius beneficio. Q. Fabii Max. cognouiſſet eum uidelicet optimū & primum eſſe uiꝝ qui quæ gerenda ſunt conſpicetur & cōſulat: ſequenti aūt gradu eum qui alioꝝ bene mouentium conſilia ſequatur. Extremi autem ingenii & penitus inutilis illum eſſe qui cōſulere neſciat alteri nec parere

Gymnoſophiſta quiſpiam acri & perſpicaci ingenio ad ſuccincte reſpondendum ab Alexandro interrogatus quonā pacto quis late imperitans magnam ſibi beniuolentiam cōparare poſſet ne ſit terribilis inquit ab eodē interrogatus item quomodo mortalis quiſpiam ſe in deorum numerum reciperet ſi humanis ſubiunxit maiora uiribus opera geſſerit.

Agis rex quom Atticus quidā in laconicos enſes cauillaretur q; parui eſſent diceretq; facile eos abſorberi a circulatoribꝰ in theatris poſſe: & tamē uix nos inquit attingimur hoſtiū gladiis longioribꝰ. Ego uero & laconicam orationem intueor quæ breuis uidetur eſſe maximas res complecti & auditorum mentem attingere.

Cyrus conſpecto Cēturione ꝓpe ſe diſcūbente graui turpiq; corpore iocandi gratia adoleſcentem ne pone aſſidentem ob pulchritudinē more græco ſecum duceret rogauit annuente illo dicenteq; ſe aſpectu eiꝰ oblectari ad modum cōiecere in eum oculos qui una cœnabant: uiſaq; uiri inhoneſta nimium facie riſere omnes ſubīde quærentes qua ſibi in re uſui talis uir eſſet is Centurio quotiēs die noctuq; ab ſe appellaretur: ait nulla unquā excuſatiōe uſū cito ſemper obtemperaſſe quom quid ei demandaſſet nunq̄ abſq; ſudore mādata executū reddidiſſe quoq; cōmilitones ſuo exēplo ſolicitos



Idē quoq; ad imperii magnitudinem hoc adiecit inuentum ut quicquid etiam in remotiſſimis ageretur locis q̄primum ſciret: cognito nanq; quantum die noctuq; eques itineris conficere poſſet diſpoſitis in loco equitibus ut recens litteris receptis ſuccederet feſſo uelociter quid ubiq; accideret noui percipiebat prouidebatq; prout neceſſarium eſſe uidebatur: hæcq; cauſa extitit quāuis procul abſit a uero ut uelocius q̄ grues iter facere putarentur idq; propter uelocitatem euntium creditum eſt.

Eſchilus in Iſthmo certamē ſpectaris ubi altero uulnerato theatrum exclamauit Ionē Chium tangens: uides ne inquit quid exercitatio ſit uulneratus enim tacet ſpectantes uero clamant.

Ageſilaus interrogatꝰ quid facturi Lacedæmonii uictores eēnt ſi prudētiſſimus inquit imperator rē gereret hcc item præſente duce quom quiſpiam Lacedæmonii muros deeſſe queſtus eſſet dic inquit meliora ciuitas enī ipſa noſtræ urbis munitiſſima mœnia ſunt par ſi quidē eſt non lignis aut lateribꝰ: ſed uirtute patriā deos penates: aras: focos: parentes: coniuges: liberos tueri atq; defendere.

Bhraſidas quom in charicis murē cōprehendiſſet morſus eū dimiſit: deinde ad aſtantes cōuerſus inquit: o Hercules nihil eſt tā paruū neq; tam imbecillū quod ſi auſit ulciſci & inuadētibus repugnare non ſe incolumem ſeruet.

Chabridas dicere cōſueuit formidabilius eſſe ceruoꝝ agmē ductu leonis q̄ leonum ceruo duce. idem eos dicebat pulcherrime officio imperatoris fungi qui res hoſtiū maxime noſceret.

Seſoſtris ægyptioꝝ rex quom eos qui iuxta mare rubꝝ ſunt homines claſſe ſubdidiſſet & in ægyptum rediens per terram omnes gentes quæ ſibi īpedimento erant expugnaſſet harum quæcunque ſibi fortis & liberis cupida uiſa eſt in eorum regione columnas erigens in eis & nomen eius & patriæ hominiſque uerēda incidit & ut ſua potentia eos uicerat quos autem ſine prælio & facile ſuperaſſet ibi columnis poſitis ea ſcripſit nomina addēs ad ea mulieris pudibunda inciſa.

Q. Mutius legatus a romanis ad pœnos duabus teſſeris poſitis: altera pacis: altera belli optione ſibi collata utrā. S. P. Q. R. referri mallet utraque ſublata: Pœnorum inquit non romanorū utrā uellent eſſe debere.

Q. Fabiꝰ romanorū īpator e cōtra ſimili mō ad carthagineſe

miſit epiſtolam in qua utriuſq; populi ſententia par uigor amplitudoq; quondam fuiſſe deprehendi poteſt: ibi enim ſcriptum quom eſſet porro miſiſſe ad eos haſtam & caduceum ſigna duo belli aut pacis ex quis utrū uellent eligerent: quodq; elegiſſent id unū ut eſſe miſſum exiſtimarent: Carthaginienſes reſponderunt ſeſe neutrum uelle eligere: ſed poſſe cogere qui attuliſſent utrum mallent relinquere: quodq; reliquiſſent id ſibi profecto futurum: hæc tamen & ſi ab elegantiſſimis rerum geſtarum ſcriptoribus dicta ſint. M. tamen Varro certiſſimus auctor nō haſtam ipſam neq; ipſum caduceum miſſa dicit: uerum duas teſſerulas in quarum altera caducei in altera haſtae ſimulacra fuerint inciſa.

Carthaginienſes quia ſpartum & nerui diffidebant ad ſagittas īmittendas tonſarum crinibus mulierum ad funes efficiendos uſi ſūt quod aliquando & apud maſſilienſes & rhodios & aquilegiēſes & romanos in capitolio obſeſſos urbe a gallis occupata factum ē: unde & ī honorē matronarum templū Veneri caluæ ſenatus decreuit

Tarquinius Priſcus quiritibus operis tædium periculūq; fugientibus nouum & inexcogitatum antea poſteaq; remedium inuenit: Sex enim hominum uita defunctorum figere crucibus corpora ſpectanda ciuibus ſimul ā feris uolucribuſq; laceranda iuſſit: Quāobrem pudor romani nominis qui prius res ſæpe perditas ſeruauit in præliis tunc quoq; ſubuenit iam erubeſcens cum puderet ſic uiros tanquam puditorum eſſet extinctos

Caecilius Metellus pius pconſul Trebiam urbē Hiſpaniæ pmariam quom ſubigere nequiret: ac uagantē fluctuantēque exercitū duceret: hoſque modo adoriretur modo ad illos ſe trāſferret: & iunior quidam tribunus militum quid ſibi uellet tam crebra locorum mutatio peteret: ſi hanc reſpondit interiorē tunicam exiſtimarem mētis meæ conſciam eſſe: exutus eam in ignē continuo mitterē: ſicque fœlicibus cœptis poſt tam longa itinera tam uaria peragrata municipia ad Trebiam inopinatam denuo conuerſus eam oppreſſit: & non ſine omnium admiratione uoti ſui compos factus eſt.

Scipio cui pmum Aphricano cognomentum extitit ut Valerio maximo uel Fabius ut Senecæ placet turpiſſimā aiebat & ignauiæ plenam imperatori excuſationem eſſe nō putaui: cōſulte enī quæ armis geruntur tractar debere opinabatur: quom præterita præcipitataq; magis rephendi q̄ reuocari ulla ui humana uel ratione in



i[illegible] reſtitui [illegible] poſſint. [illegible] Scipio [illegible] tari atque turba [illegible] eueniret: dicebat quod otioſus eſſet plura [illegible] negotia a ſe geri. Idem ubi Carthaginem [illegible] ditionē ui accepiſſet [illegible] quidem quos [illegible] cepiſſent captiuā præſtanti forma ac [illegible] adducerent atque illi darent: libenter [illegible] [illegible] haud quaquā imperator eſſem. De eodē itidem licet inuulgatum ſit in aciē nunquā deſcendere imperatorē debere niſi aut occaſione ſe præbente aut neceſſitate impellente: ex Sempronii tamen Aſellionis ueteris ſcriptoris quarto hiſtoriarū libro de P. Aphricano Pauli filio ita proditum eſt: Se. S. patrem ſuū audiſſe dicere: L. Aemilium Pau. nimis bonū imperatorem ſignis collatis nō decertare niſi ſumma neceſſitudo aut ſumma ei occaſio data eſſet & ſapienter quidem utrunq;. Nam ad totius exercitus ſalubritatem nihil efficacius q̄ quod uiri & ducis eſt non deeſſe fortunæ præbenti ſe: ſed oblata caſu ad cōſilium flectere: nihil pernitioſius q̄ in anguſtam rei bellicæ cōpulſum imbellē fieri quod nec euentus modo docet qui ſtultorum magiſter eſt: ſed eadem ratio quæ ſæpe numero fuit futuraq; eſt. [illegible]

Auguſtus quom decimum octauum annū agens hoſtiliter urbem inuaderet ex ipſius exercitu legatis qui ſibi eius nomine conſulatū expoſcerent cunctante ſenatu Cornelius Centurio legationis princeps reiecto ſagulo enſis capulum detegens: haud quaquā dubitauit in curia dicere: hic faciet ſi uos non feceritis. Idem Auguſtus ſaxo in expeditione percuſſum ac notabili cicatrice in fronte deformem nimium tamen ſua opera iactantem ſic leuiter caſtigauit. At tu cum fugies inquit nunquā poſt te reſpexeris: ad eum item ueteranus quiſpiam quom die ſibi dicto periclitaretur acceſſit in publicum: rogauitq; ut ſibi adeſſet. Auguſtus aduocatū quem ex comitatu ſuo elegerat ſine mora dedit: cōmendauitq; ei litigatorē exclamauit ingenti uoce ueteranus. At non ego Cæſar periclitante te actiaco bello uicarium quæſiui ſed pro te ipſe pugnaui: detexitque impreſſas cicatrices quibus erubuit Cæſar uenitque in aduocationem ut qui uereretur ne ſuperbus tantum ſed etiam ingratus uideri poſſet: imperatori quoq; bono inſuper neq; quicquā minus q̄ temeritatē congruere arbitratus eſt: ſatiſq; celeriter fieri quicquid cōmode gereretur: quod a Catone licet prius dictum ſit: crebro tamen & familiari tanquā ſuum ſolitus erat uſurpare ſermone: Occurrit illud

eiuſdem Aug. [illegible] qui quom Alexandriæ eſſet & antrū
ubi Aegypti regum cineres pretioſis in pyramidibus ſeruabantur in
greſſus eſſet corpus quidem Alexandri macedonis libēter aſpexit
interrogatus uero nū & Ptolomæi reliquias uellet inſpicere: Reges
ſe inquit uelle uidere nō mortuos atqui rex fuerat Ptolomæus: ſed
[illegible] inter ueros reges [illegible] quos regum nomine uulgꝰ appel
lat [illegible] Eulogio ſapientiſſimus imperator.

Scipio iunior Pollibii præceptum obſeruans ſtudebat non ptius
e foro abire q̄ aliquem ex abeuntibus familiarem ſibi atq; amicum
quouis pacto effeciſſet. Idem quom pulcherrime ornatum quiſpiā
ſcutum oſtentaret: heus inquit adoleſcens ſcutum certe pulchrū eſt
uerum decet romanum uirum in dextra potius ſpes ſuas q̄ in ſini
ſtra collocet.

Sciluruis quom relictis maribus filiis octuagintā diem eſſet obi
turus haſtarum faſcem cuiq; oſtendens ut illum confringeret iude
bat: id autem ſingulis ſe poſſe negantibus ſigillatim haſtas eductas
facile omnes confregit: ita docens illos ubi una eſſe pſeuerarent fir
mos ac potētes fore imbecillos uero ſi ſeperarētur ac diſſiderent

Tigranes urbanum facetumque quippiam in romanorum ex
ercitum afferre cupiens uulgatiſſimum illud dixiſſe fertur eos ſi le
gati uenirent ſatis multos quidem: ſi uero pugnaturi perpaucos ad
modum eſſe:

Amaſis ægyptiorum rex quom cōtemneretur ab ægyptiis q̄ ob
ſcuro loco natus & paulo ante regno potitus uas aureum quod ha
bebat lauandi gratia ad turpeſq; uſus fregit: deiq; ſimulacrum ex eo
confecit: idque ī celeberrimo urbis loco ſtatuit quomq; religioſe co
leretur ab ægyptiis huius rei certior factus eos conuocauit: reīq; do
cuit ut ex eo uaſe ſimulacrum erat ī quod prius Aegyptii uomebāt
meiebātque & pedes lauabant: nunc uero uenerabantur eodem ſi
bi modo eueniſſe ſi quidem prius plebeius erat nunc eorum rex p
inde ſibi honores haberi iuſſit: ſic Aegyptios induxit ad ſui uene
rationem.

Agatocles Figuli fuit filius qui Siciliæ dominationē adeptꝰ rexq;
appellatus fictilia pocula conſueuit inter aurea ponere eaq; iuniori
bus oſtendens dicere Ego quom huiuſmodi pocula conſueſſem in
præſentiarum quoniam diligentiæ ac fortitudini ſtuduerim hæc fa
cio: inſup quom urbē obſideret & quidā e mœnibus per cōuitium



dicerent: o figule quo pacto militibus ſtipē ſolues: manſuete is atq;
ſubridens ait quom hanc cœpero quom autem uiribus in ſuam egiſ
ſet ditionem: captiuos uenundabat inquiens ſi conuitio me rurſus
affeceritis querar apud dominos ueſtros

Antigonus quom milites quoſdam eſſet intuitus qui thoracibus
& galeis ad pilam luderent gauiſus eſt eorꝫq; duces accerſiuit quos
laudaret: ut autem audiuit eos bibere illorꝫ ducatus militibus dedit.
Is etiam poſteaq̄ longam ægrotationem euaſiſſet cōualeſceretque
nihil aliud deterius accidat. hæc enim aduerſa ualitudo nos monu
it uehementius nobis efferendum non eſſe quoniam mortales ſu
mus. Idem nocte quadam quom nonnullos ex militibus ſuis exau
diſſet oīa mala imprecātes regi qui ipſos in illud iter īextricabileq;
lutum deduxiſſet: acceſſit ad eos qui maxime laborabant & quom
ignorantes a quo adiuuarentur explicuiſſet: nunc inquit maledici
te Antigono cuius ultio in has miſerias incidiſtis: ei autē bene op
tate qui uos ex hac uoragine eduxit: inſuper tā miti aīo hoſtiū ma
ledicta q̄ ciuium tulit. Itaq; quom in paruulo quodam caſtello græ
ci obſiderētur & fiducia loci contēnentes hoſtem multa ī deformi
tatem Antigoni iocarētur & nunc ſtaturā humilem nunc naſū colli
ſum deriderent: gaudio inquit bene ſpero ſi in caſtris meis ſilentiū
habeo quom hos dicaces fame domuiſſet: captis ſic uſus eſt ut eos
qui militiæ utiles erāt in cohortes deſcriberet: cæteros præconi ſub
iiceret idq; ſe negauit facturꝫ fuiſſe niſi expediret his dominum ha
bere qui tam petulantem linguam haberent. Rurſus quom ſæua tē
peſtate iactaretur ac in eadem naui ſecum ſuos oīs habuiſſet præce
piſſe liberis dicitur ut & ipſi meminiſſent & ita poſteris proderent
ne quis cum tota gente ſimul in rebus dubiis periclitari auderet: cu
ius præcepti memor Philippus quom duos ſimul filios ſecum ha
beret ambos ſe non cōmiſſurꝫ in alcā eius qui præponeretur caſus:
& quoniam maiorem filium ſecum duceret: minorem ad ſubſidia
ſpei & cuſtodiam regni remiſſurꝫ in Macedoniam eſſe.

Dū Antagoras poeta congrꝫ elixaret ideq; patellam q̄tereret: Anti
gonus qui poſt eū ſtaret Homerꝫ ne ait putas Antagora quom Aga
mennonis res geſtas ſcriberet congrꝫ elixaſſe: & Antagoras tu aūt
rex ait exiſtimas Agamēnonem quom illas res gereret curioſum
adeo extitiſſe ſi quis in caſtris congrum elixaret.

Lamachus quom manipularē præfectū quēdam reprehēderet

quoniam deliquiſſet:iſqꝫ diceret nunquā fore ut id amplius faceret
bello enim bis errare non licet.

Memnon qui contra Alexandꝝ pro rege Dario bellum gereret
quendā qui ſub ſe merens multa de Alexandro maledice petulan
terqꝫ loqueretur ubi lancea percuſſiſſet:Ego te īquit alo ut pugnes
non ut Alexandro maledicas.

Dum Medis irruentibus Perſaꝝ acies pulſata ī fugam ageretur
ac omnino deficiens nec uictorem aſpicere auderet matreſfamili
as eoꝝ & uxores paſſim obuiam fugiētibus occurrerunt & earum
denſata acie orant ut eiuſcæ fugæ notam haud quaquā ſubeant:ſed
fortiter in prælium reuertantur nolentibus ſublata ueſte obſcœna
corporis oſtendunt:rogantes ne in uteros matrum uel uxoꝝ uelint
refugere:hac repreſſi caſtigatione in prælium redeunt & facta im
preſſione quos fugiebant fugere compulerunt.

Themiſtocles adhuc iuuenis quom marathōis uictoriā & Mil
ciadis imperiū animo celebratum repeteret atqꝫ uerſaret: inſōneſqꝫ
noctes proinde duceret & ſolita reſpueret conuiuia interrogantibꝰ
admirantibuſqꝫ uitæ mutationē eum dicere ſolitum ferunt ꝙ Milci
adis uictoria ſibi ſomnos eriperet:interrogatus etiam utꝝ Achilles
mallet an homerus eſſe:Tu autem ipſe inquit utꝝ uictor in olym
pia eſſe malles an uictoꝝ præco:Rurſus quom Adimāthus qui na
uale prælium formidaret diceret aduerſus eū qui ad id græcos ad
hortaretur ſuadendoqꝫ incitaret:o Themiſtocles:eos qui ī certami
nibus primi irruperint cedunt ſemper ita eſt inquit Adimanthe ue
rum eos qui manſerint haud coronant:Quom item ad interfecto
rum cadauera ad mare uiſenda ſe contuliſſe:ut armillas paſſim &
torques abiectas aſpexit præteriens ipſe amico qui eum ſequebatur
Collige tibi inquit tu enim nequaquā Themiſtocles es: eundē etiā
dicere ſolitum ferunt ſe neqꝫ honoribus ab athenieſibus afuci neqꝫ
apud eos in admiratione eſſe:Sed procella uexatos imminēte peri
culo ſe ueluti platanum ſubterfugere:reddita autem ſerenitate euel
lere atque deiicere

Cum Antiochus rex poſteaꝗ romani aduerſus eū traieciſſent
in Aſiā pro ſoluendo bello ad Scipionē miſiſſet eiuſmodi reſpōſū
accepiſſe fertur:Prius enī oportuit non nunc quom frænū & ſeſſo
rē ſuſceperis idē cum ingenti exercitu græciam petiturus eſſet con
ctis ob militum multitudinē & armorum uarietatem quæ paulo āte



iactabantur perterritis huiuſcemodi ad Acheos dictione eſt uſus.
Quom enim apud Calchidenſem bonum quidem hoſpitē & Sci
tum conuiuatorem ſolſtitiali tempore comiter accepti miraremur
unde illi eo tempore anni tam uaria & multa uenatio homo glorio
ſus renidens uarietatem ait illam & ſpeciem ferinæ carnis ex man
ſueto ſuefactam:ſed condimentis & apparatibus ſolum differre:ꝓ
inde nec uos ulla teneat admiratio circa hæc uaria nomina gentiū
inauditarum Dacas & Caduſios & Elimeos & multa genera armo
rum haſtatos cathafractos & pezeteros hoc ē pedeſtres ſotios cūqꝫ
pedeſtribus ſagittarios auditis:nam homines omnes eſſe armis in
uicem differentes aut paulo mancipiorum melius propter ſeruilia
ingenia ꝗ militum genus.

Lucullus in Armenia quom cathafractos tygrānis maxime mi
lites ſui metuerent bono animo eſſe iuſſit:futuꝝ enim plus laboris
in illis ſpoliandis ꝗ in uincendis.

Lucius Sylla qui præneſte obſidebantur occiſoꝝ in prælio ducū
capita haſtis infixa oſtendit atqꝫ ita obſtinatoꝝ peruicaciam fregit.
Sylla item cognomento fœlix inter ſuas maximas fœlicitates duas
exiſtimabat:Pii Metelli amicitiam & ꝙ urbem Athenaꝝ nō æquaſ
ſet ſolo ſed ſeruaſſet potius.

Eumenes quom in caſtra reuerteretur et epiſtolæ paſſim ī ipſis
caſtris abiectæ inuenirētur quibus his qui eius caput ad Antigonū
detuliſſent magna præmia diffinirentur uocatis ad contionem mili
tibus gratias primo egit ꝙ nemo inuētus eſſet qui ſpem crueti præ
mii fidei ſacramentis anteponeret tum deinde ſubiecit callide confi
ctas has a ſe litteras ad experiendos ſuorum animos eſſe:Cæteꝝ ſa
lutem ſuam in omnium poteſtate eſſe nec Antigonum nec quēquā
ducum ſic uelle uincere ut ipſe in ſe exemplum peſſimum ſtatuat.
hoc facto in præſenti labantium animos concernit et in futuꝝ ꝓui
dit ut ſi quid ſimile accidiſſet non ſe ab hoſte corrumpi.ſed a duce
tentari milites arbitrarentur:inſuper quom ītelligeret ſi copiæ ſuæ
cognoſcerent aduerſus quos ducerentur nō modo non ituras ſed ſi
mul cum nuntio dilapſuras hoc eius fuiſſe prudentiſſimum fertur
ut deuiis itineribus milites duceret in quibus uera audire non poſ
ſent & his perſuaderet ſe cōtra quoſdam barbaros proficiſci:itaqꝫ te
nuit hoc propoſitum & prius in aciem exercitum duxit præliumqꝫ
commiſit ꝗ milites ſui ſcirent cum quibus arma conferrent: Effecit

etiam illud locoꝝ præoccupatione ut equitatu potius dimicaret quo plus ualebat q̃ peditatu quo erat deterior hunc item Eumenem perſequens Antigonus cum omni genere copiarum ſæpe abundaret neqꝫ unquã ad manus accedere liceret niſi his locis qbꝰ pauci multitis poſſent referre extremo tempore cum conſilio capi non poſſet multitudine circuitus eſt: hinc tamen multis ſuis amiſſis ſe expediuit & in caſtellum Phrygiæ quod Nora appellatur confugit: ubi cũ uideret ſe fortunam obſidionis ſubituꝝ: maiorem exercitus partẽ dimiſit ne aut cõſenſu multitudinis hoſti traderetur aut obſidio ĩpa multitudine grauaretur: in hiſqꝫ qui remanſerant quom uereretur ne uno loco manens equos militares perderet ꝙ ſpatium non eſſet agitandi: Callidum fuit eius inuentum quemadmodũ ſtans iumentum concaleſieri exerceriqꝫ poſſet quo libẽtius & cibo uteretur & a corporis motu remoueretur: ſubſtringebat caput loro altius q̃ ut ꝑoribus pedibus plane terram poſſet attingere: deinde poſterioribꝰ cogebat exultare & calces remittere qui motus non modo minꝰ ſudorem excutiebat q̃ ſi ſpatio decurreret: quo factum eſt quod omnibus mirabile eſt uiſum ut æque iumenta nitida ex caſtello educeret quom compluꝛes menſes in obſidione fuiſſent ac ſi ĩ campeſtribus ea lociſ is habuiſſet  Demades poſteaq̃ ex hac luce migraſſet Alexander aiebat uidere ſe macedonũ exercitum excæcato ciclopi ꝑſimilem quoniam tali principe eſſet orbatꝰ  Arctaxerſes quem aliquando fugiens comeatu impedimentiſqꝫ direptis ſiccis ficis ueſceretur ac pane ordeaceo cuiuſ modi inquit uoluptatis rudis eram.

Aurelianum imperatorem ne uti ſtatuerat in urbem Thianã deſæuiret Placauit Apollonius maximæ famæ & auctoritatis homo quippe ſi uis o imperator inquit uincere nihil eſt cur ſæuias ĩ ciues iſtos ſi uis ĩmperare abſtineas a cruore innocentũ oportet: ſi uis uiuere clæmenter age: idem thianam quidem rebellem urbẽ obſidẽs iurauit ſe neque canẽ in ea ullum ſi caperet relictuꝝ ac ꝓbe id quidem: ea namque res militibꝰ prædæ auidis ſpem dedit & animũ capiẽdi: obſeſſis uero deſperationem fecit. At uero ui capta urbe quom milites iuxta illud dictum quo canem ſe relictuꝝ apud thianos negarat euerſionem urbis expoſcerẽt reſpondit his canem inquit ne grani in hac urbe me relicturum canes ergo omnes occidite: quod dictũ quo præda negabatur ciuitaſqꝫ ſeruabatur: totus exercitꝰ quaſi dictaretur accepit. Inſuper Malio chiloni cuipiam forſan iurgãti



hominem ab eo de medio ſublatum quo perſuadente urbis ſuæ cõſilio uſus maxime fuerat in hunc modum reſpondiſſe fertur: Occidi paſſus ſum cuius quaſi beneficio thianam recepi ego uero proditorem amare non potui & libenter tuli ꝙ eum milites occiderunt neqꝫ enim mihi fidem ſeruare potuiſſet qui patriæ non pepercit

Exercitum ducẽs in Perſas Iulianus apoſtota quem occuparet pontem quom trãſiſſent copiæ omnes igne combuſſit ut pugnaretur fortius militeſqꝫ in hoſtium terra aut mori aut uĩcere oportere

Lacedæmonii magna bellicæ rei gloria cæteris præſtantes natorum ſuoꝝ uerberibus publice admotis experiebantur indolem exhortabanturqꝫ ut flagelloꝝ ictus fortiter ferrent & laceros & ſemianimes rogabant perſeueranter uulnera præbere uulneribus. Nec aliter matres pugnam mituros filios admonebant q̃ ut eam minus detractantes aut ſuperſtites armatiqꝫ corã reuerterentur aut exanimes una quom armis referẽtur: ut enĩ eoꝝ epygrama oſtendit & uiuendum libenter & moriendũ: ſed utrũqꝫ cum uirtute cenſebant lacedæmonioꝝ etiã quiſpiã quom ꝑſens hoſtis interloq̃ndum gloriabundꝰ aſſereret ſolẽ teloꝝ copia ſuoꝝ & ſagittaꝝ multitudĩe ſpartiatas non uiſuros in umbra ĩmo inquit melius pugnabimus.

Cymbroꝝ probanda etiam ac celtiberoꝝ animi præſtantia qui inter arma ſanguinẽ & uulnera exultabant tanquã beati uitam relicturi egre ferebant: ut cæteri mortalium aliquo morbi genere confici tanquã turpiſſimum id eſſet & miſeriæ plenum: hi etiam ignominiæ non paruæ eſſe putabant præliis ſupereſſe quom is oppetiſſet ꝓ cuius ſalute ſe deuouiſſent: proinde quod mirum dictu eſt læti ferebant uulnera: enumerabant cicatrices & telis traiecti morientes etiam amabant pro quo caderent imperatorem

Alexander animo ſemper ingenti quanquã matris legiſſet epiſtolam qua admonebatur ut a ueneno Philippi medici præcaueret acceptam potionẽ tamẽ bibit non deterritꝰ. & quia plus ſibi de amico ſuo credidit dignꝰ fuit qui innocentẽ haberet: dignꝰ qui faceret is etiam inſtructo exercitu quom militem quendam ĩtueretur qui iaculum amentaret ex acie ut inutilem repulit: quippe qui nunc inſtrueretur quom iam armis utendum eſſet inſuper quõ ad Arbelas aduerſus decies cẽtena hominum milia de ſumma reꝝ acie dimicaturꝰ eſſet & amici eum adirent qui milites ſubaccuſarent ꝙ intra tabernacula interloquẽdum paciſcerẽtur ut nihil omnino ſpolioꝝ

in regiam relaturi forent ſed ſibi ipſis cōparaturi: At ille ſubridēs
bona inquit nuntiatis oīa.audio enim his uiris uincendi non fugi
endi conſultationes eſſe:ſagittæ quoqꝫ ictu ī crure uulneratꝰ ut eoꝝ
multi concurriſſent qui eum appellare deū conſueſcēt læta hilariqꝫ
facie:hic quidē ſanguis eſt ait ut uidetis & non cruor cælicolæ quā
lem diui miſere fluentē:idē præceptorem ſuum credo ſecutus Ari-
ſtotelem:ænea concha ſuppoſita brachio extra cubile ꝓtento pilā
tenebat argenteam ut quom neruoꝝ uigorem ſopor laxaſſet infu
ſus geſtaminis lapſi tinitus ſomnum abrumperet.Rurſus qui inter
indos optimus arcu uideretur diceretur qꝫ per anulum ſagittā emit
tere eum quom haberet captiuum ut id oſtenderet iuſſit:quod quō
ille nollet iratus Alexander hominem imperauit interimi : ille ue
ro quom ageretur ubi ad eos a quibus agebatur conuerſus diceret
multos ſē dies ei rei non ſtuduiſſe:proptereaqꝫ ne aberraret timuiſ
ſe id poſtquam Alexander audiſſet & miratum eſſe & muneribus
donatum hominem liberaſſe:laboranti item ob ſitim macedonum
manus aquam utribus ferens impletam galeæ aquam obtulit: quā
accipiens ſitientemque exercitum circūſpiciēs demiſſo capite & fi
xis in potum oculis inguſtatam hiſce probandis uerbis reddidit:
Si bibero inquit hos meror īſtigabit:quo audito milites adeſſe eū
cernentes magna cum uoce ingentique ſpe certatim acclamauere.
Non enim laborem perferre:non morti ſe obnoxios putare donec
talem eis regem ac ducem adeſſe contingeret.Cuidam etiam ciui-
tati partem agrorum ac dimidium omnium rerum pollicenti:eo ī
quit Alexander propoſito in Aſiam ueni ut non id acciperē quod
dediſſetis:ſed ut id haberetis quod reliquiſſem:illud etiam eiuſdē
regis dictu ſane ac factu memorabile qui quom Darii filias capti
uas haberet & mirum in modum forma præſtantes nec aſpicere q̄
dem uoluit indignum ac turpe regi ac duci eſſe ratꝰ eos qui uiros
uincerent a mulieribus uinci:hoc loco deniqꝫ non uidetur prætere
undum Sigiſmunde conſilium tuum Alexandri conſilio q̄ſimil
limum qui nō ſolum ultro oblatas hoſtium epiſtolas Cæſaris mo
re non combuſſit:ſed ſuorum callide perquiſiuit:quanquā q̄d Ale
xandrum teqꝫ nomino quom omnium pene hominū conſilia hac
de re paria & Alexandrea Sigiſmundeaqꝫ potius q̄ Cæſarea uel pō
peiana eſſe conſpiciantur.

Gaius Pōpilius ut fere omnes tradunt ut Plinius. P. Octauius



coſ.legatus a romanis miſſus ad Antiochum regem qui abſtinere
illum ægypti & ab alexandria diſcederet quam obſidebat ut Ptolo-
mæi filiorum qui pupilli eſſent regnū occuparet aut ſi iam cœpiſ
ſet excedere iuberet.Quom in ægypto Pompilium per caſtra ad-
uenientē eminus Antiochus q̄ humaniſſime ſalutaſſet:oſculumqꝫ
ei poſtea rex obtuliſſet non ſeruata ſalutandi uice:nam coluerat ī
ter cæteros Antiochus multum Pompilium quom obſes Romæ fu
iſſet: Tū Pompilius faceſcere interim priuatā amicitiam iubet quō
mandata patriæ intercedant prolatoqꝫ ſenatus decreto & tradito ac
perlecto quom rex dixiſſet conſultaturꝝ daturꝝqꝫ reſponſum Pom
pilius rege in gyrum uirga circūſcripto:hic ergo ſtans inquit con-
ſulta & reſponde:Cunctis autem uiri grauitatem atqꝫ animi magni
tudinem admirantibus ſtupentibuſqꝫ & Antiochum ſe ſenatui pa-
rituꝝ reſpondit:& ita Pompilius & ſalutauit eum & gratiſſimis ul-
nis complexus eſt.

Hadrianus qui reges omnes muneribus ſuis pene uicit quom
quodam tempore ueteranum quempiam notum ſibi in militia dor
ſum & reliquum corporis in balneis uidiſſet atterere percunctatus
cur ſe marmoribus detergendum daret:ubi audiuit hoc iccirco fie
ri ꝙ ſeruum non haberet & ſeruis eum donauit & ſumptibus uerū
poſtridie quom plures ſenes ad ꝓuocandam liberalitatem ꝑncipis
parieti ſe ſimili modo atterrerēt euocari eos iuſſit & alium ab alio
inuicem defricari:idem familiaribus quibuſdam facilitatem comi
tatemque ſuam nimiam in omnes obiurgantibꝰ eiuſmodi ſubiecit
imperatorem ſingulis eſſe debere cuiuſmodi eſſe ſibi ſingulos im
perator optaret.

Fauorinus philoſophus quom ꝓ uerbo quopiam quod elegan-
tiſſime protulerat ab Hadriano inepte reprehenderetur atqꝫ ceſſiſ
ſet arguentibus ac egreferētibus ob id illum familiaribus ſuis ſub
ridens non recte quidem ſuadetis inquit qui non patimini me illū
doctiorem omnibus credere qui habet.xxx.legiones.

Antonius poſt mutinenſem obſidionem fugiens ſeu ꝙ naturali
more ſui corporis laboribus exhauſtis creberrime bibebat ubi bi
bēdi facultas afforet per ſinguloſqꝫ paſſus ſuſſiſtebat e ueſtigio de-
inde fugā præcipiti conſternatiōe reaſſumebat:interrogatus ex fa
miliaribꝰ eius quiſpiam quid nam Antonius ageret:ſubiecit quod
canis in ægypto:bibit enim & fugit:memoriæ enim ꝓditū eſt canes

ægyptiacos cocodrillorum cõtactu anxios atque lunaticos bibere
& fugere.
Theocritus ille non ſyracuſius ſed chius ad infenſum ſibi regẽ
Antigonum altero captum oculo quom traheretur ſpem præbenti
bus ſuis fore ut quom ad oculos regis peruenisſet misericordiam
inueniret: reſpondit impoſſibilis ergo eſt iſta conditio actum eſt:
perii: uerumenimuero hæc intempeſtiua mordacitas & Theocri-
to mortis & Antigono homicidii ſimul ac periurii cauſa fuit iura-
uerat enĩ ſibi parcere: ſed ioci aſperitate motus non pepercit
Mytridates ponti rex Ariaracti regi Capadocũ ſub ſimulatiõe
colloquii inſidias tendens gladium ſub faſciis abdiderat: crudelis li
cet adoleſcens & ad interitum deſtinatus: regio tamen illorum mo
re temporum ſcrutatorem permiſit: qui dũ Mytridati curioſus ma
num in ſecretiores partes corporis ĩmittit iocabundus ille: caue ait
ne aliud telum q̃ ꝙ quæris inuenias: eoꝗ modo ſuſpitione detracta
iocis texit inſidias euocatumꝗ regem ab amicis uelut ad ſecretũ
ſermonem utroꝗ inſpectante peremit exercitu.
Cicero quom diutius ad caſtra Pompeii aduenisſet in primor-
dio ciuilis belli reprehendẽtibꝰ amicis ꝙ nimis diſtuliſſet: minime ĩ
quit ſerius adueni: nam nihil hic paratum uideo Pompeii tardita-
tem in apparatibus belloꝝ ludens Idem Cicero cum poſt farſalicũ
prælium fugiente pompeio Nonius quiſpiam dixiſſet adhuc a-
quilas ſeptem apud ipſos eſſe & ob id ut bono animo eſſet hortare
tur: recte inquit moneres ſi cum graculis nobis pugnandum eſſet
M. Craſſus perquirenti cuipiam quo tempore moturꝰ eſſet ex-
ercitum: reſpondit uereris ne tubam non audias.
P. autẽ Licinius Craſſus coſ. & pon. max. aduerſus Ariſtonicũ
Athali fratrem cum inſtructiſſimo miſſus exercitu maximis inſu
per copiis & regum præſidiis fultus conſerto tamen bello uictus ẽ
iſꝗ ne ſeruiret barbaro uictori uirgã qua uſus fuerat ad equum re
gendum impedit ad oculum tracis cuiuſpiam ut ipſum in necẽ ſuã
irritaret: quo ita ſibi adueniente morte ſua dignitatem rei pu. & li-
bertatem ſuam ſeruauit
Pelopidas domum egrediens lachrymante uxore & exhortan
te ac rogante ſeipſum ſaluum redderet inquit: o mulier priuatorũ
ſemper ẽ admonere: ducũ autem ac imperatoꝝ alios ſaluos facere.
Idem cum primum cognitum eſt per difficilia arctaque loca iter



habiturus eſſe aduerſarios & accelerans quidam o Pelopida inquit
incidimus in hoſtes quid in illos nos magis incidimus q̃ in nos illi
quibus dictis tanquã futuri belli præludium equam a cauda impel
li iuſſit: rurſus quom in pharſalum ueniſſent aduerſus Alexandꝝ
dicenti cuidam tyrannum cum ingentibus copiis aduentare eo me
lius inquit nam plurium uictoria nobis aderit.
M. portiꝰ Cato coſ. quom celtiberos domuiſſet compertumꝗ ha
beret experientia reꝝ magiſtra & illuſtrium auctoꝝ ſentẽtiis eam
gentem locoꝝ natura & hominum ingeniis ad rebellandum nõ ſo
lum omnibus aliis prouintiis: ſed ipſa etiam Italia aptiorẽ eſſe quo
minus id facere poſſet litteras ad ſingulas ciuitates dedit ut muros
diruerent: quod præceptum tam immite ad rebellionẽ hortari po-
tuiſſet potius q̃ ad eam ſedãdam ſi generale id quidem eſſe cogno
uiſſent: ueꝝ quõ quælibet ſibi ſoli imperari non aliis putaret metu
omnes imperii paruere: hæc & Plinii & hiſtoricoꝝ pene omnium
habet aſſertio. Apud hiſtoriæ autem romanæ patrem. T. Liuiũ cõ
uocaſſe Catonem conſtat omnium urbium legatos atque eis oſten
diſſe eorum rebelliones romanis q̃ laborioſas hiſpanis diſcriminũ
plenas peſtiferas atque funeſtas eſſe: hortatum deinde ut rebelliõi
bus abſtinerent: utꝗ quonam id modo fieri melius quiret in com
mune conſulerent: nil reſpondentibus illis aliquod dieꝝ ſpatiũ de-
diſſe: quo exacto reuocatis iterumꝗ ſilentibus ipſum cõſilio quod
ab illis quæſiuerat in ſe aſſumpto miſiſſe per uniuerſum nuntios e
dictaꝗ ut uno die romanis qui in urbium præſidiis erant muri oẽs
euerterentur: quo facto ipſi illico ad eos qui adhuc rebellarent cũ
exercitu ſe conferens omnes ferme metu territos in deditionem ac
cepit. Idem quom Eumenes rex Romam profectus eſſet & a ſena
tu comiter & honorifice ſuſceptus & clariſſimoꝝ circa eum ciuiũ
frequentia certatim uerſaretur: Cato non obſcure tantum erga re-
gem ſtudium ſuſpectum habens eum declinabat uerum quom ipſi
diceretur Eumenem frugi uirum amiciſſimo animo in rem pu. ro
mam ueniſſe: Eſto inquit. Cæterum hæc ipſa Bellua rex ſcilicet na
tura uorax canis eſt. Rurſus quom animaduertiſſet ĩ Hiſpania po
tiri ſe quodam oppido poſſe ſi inopinatos inuaderet: quatridui iter
biduo per confragoſa & deſerta emenſus nihil tale metuentes op-
preſſit hoſtes uictoribus deinde ſuis cauſam tam facilis euentus re
quirentibus dixit tum illos uictoriam adeptos quom quatridui iter

bidno confeciſſet.

Epaminundas uxorẽ quom nunquã nouiſſet reprehenderetur[illegible] ꝙ liberos non relinqueret a Pelopida qui filium haberet infamem maleq̃ eum in eo patriæ conſulere diceret: uide ĩquit ne tu peius cõſulas qui talem ex te natum relicturus ſis. Neq̃ uero ſtirps põt mihi deeſſe: nanq̃ ex me natam relinquo pugnam leutricam quæ nõ modo mihi ſuperſtes ſed etiam immortalis ſit neceſſe eſt.

Pomponius uir inſignis cum in romanorum congreſſu acceptis uulneribus ad Mytridatem ductus fuiſſet rogareturque ab eo ſi curatus ſibi foret amicus: ſi tu ĩquit Pomponius romanis amicus fueris: ſin autem me quoque inimicum habebis: Mytridates clariſſimam uiri conſtantiam admiratus ab omni penitus in eum ĩiuria temperauit.

Lycurgi exemplis huiuſmodi ad ciues reſpõſa feruntur quonã pacto hoſtium impetum repellere poſſent poſtulãtes. Si pauperes inquit manſeritis & contemptiões mutuas omiſeritis: & rurſum de muris nequaquã ea urbs minus circũdata muro fuerit ſi quis eam uiris fortibus non lateribus cinxerit.

Paulus Aemilius coſ. quom in lucanis iuxta littus anguſto itinere exercitum duceret & tarentini agmen eius ſcorpionibus adorirẽtur captiuis euntium latera prætexuit: quorum prætextu hoſtes tela ĩhibuere idẽ nocturnas excubias iuſſit ſine haſta & ſine enſe aſſeruirent: quo deſperantes qui hoſtibus repugnarent magis ſomno reſiſterent

Tiberius Graccus luſitanis aſſerentibus in decenne tempus alimoniam ſe habere & obſidionis incommoda non reformidare: undecimo inquit ãno uos capiam: quo dicto perterriti luſitani tam & ſi cõmeatu muniti ſe dediderunt.

Lyſander poſtquã incũbentibꝯ corinthiis mœnia prætergrediẽs languidiores ad inuadendũ Lacedæmonios cernit & interim lepus foſſam tranſilire uiſus eſſet: Nõ pudet uos ait eius generis hoſtes ꝑtimeſcere quorꝝ mœnibus per ſecordiam lepores indormiunt.

Pompeius Luculli facta detractans illũ dicebat tragicum & umbratile quoddã bellum cum regibus geſſiſſe: ſibi uero certam atq̃ ſobriam hoſtium uim ad expugnationem reſeruatã eſſe quom Mitridates ad enſes & equos confugiſſet: Ad quæ Lucullus ſimulacra & umbras belli ĩmo Pompeium acceſſiſſe expugnatũ aiebat ſuetũ



[illegible] reliquiis belli [illegible]. Sic [illegible] Sertorio & lepido & Spartanis inſurexiſſe eum dicebant [illegible] Craſſum alia Metello alia Lepidus bella ſtrenue geſſiſſet. Ad hæc Sertorii ſcripturia ĩ Hiberna potitus inter q̃ erant multorũ ducum epiſtolæ quibus ad mutandam perturbandã [illegible] Sertorium Romã accerſebant: illas omnes concremauit facultatem his quidem præbens ut mali ad ſanitatem redirẽt ac meliores fierent. Idem quoq̃ Põpeius quom omnis factionis ſuæ uno pene ore tanquã diuino quodam oraculo moniti ad furentem Cæſaris inuaſionem pronuntiarent nulla rõne poſſe concipere quo ſe modo tueri poſſet cum tanta ueniẽte belli tempeſtate delectum ad reſiſtendum neq̃ haberet ullum neq̃ pararet reſpondiſſe fertur fore quom Italiæ ſolum pede q̃reret ut pedeſtres copiæq̃ equeſtreſq̃ ſcaterent: paulo uero poſt fama increbreſcente & nuntiis quom percepiſſet Rubiconem flumen tranſiuiſſe Cæſarem Ariminumq̃ egregiam tunc & amplam urbem illico ſubegiſſe: ac palam magiſq̃ ac magis in dies increbeſceret rumor Cæſarem iratum & ĩfenſum Pompeio & patribus eſſe atq̃ eo aĩo aduentare ut conſulatum aut ſponte datum acciperet aut negatum ui armis arriperet: ꝑindeq̃ copias quæ Picenum quæ Vmbrꝝ quæ Hetruſcum agrum occuparẽt omnẽmq̃ exercitum ſuum Romã traiicere: q̃q̃ id falſum erat quõ maiorẽ non haberet manum q̃ trecentorꝝ equitum & quinq̃ miliũ peditum metu tumultuque huiuſmodi præuio qualis nunquã ante urbem inuaſerat ita ſunt Pompeianæ factionis omniũ deterriti animi ut ciuitas tota trepidaret nec uenire ad urbẽ Iul. cæſar Ro. ciuis ac legiones romanæ: ſed pœnus ille feruſq̃ hoſtis hannibal ac omnis barbaries uideretur futurus quidem ſi uinceret Cæſar nec Cinna clæmentior in principum cæde nec Sylla moderatior in diripiẽdis expilandiſq̃ locupletum fortunis coniectura & opinione omnium putabatur.

Aulo Torquato græcã urbẽ oppugnanti quom diceretur iuuẽtutẽ ibi iaculis ac ſagittis ſtudioſe exerceri pluris eam inquit uẽdã.

Iugurta Numidarꝝ rex corrupta muneribus ſenatꝯ parte atq̃ auro uictis belli ducibus ſæpe uotorꝝ iniquiſſimorꝝ compos quom tandem pecuniæ & artibꝯ ſuis fidens Romam ſub fide publica ueniſſet atq̃ inde præter ſpem uerecundia uincente cupidinẽ iuſſus excederet: portas urbis egreſſus crebroque tacitus ſubſiſtens & in tergum

uerſus in fine dixiſſe traditur O urbem uenalem & mature peritu
ram ſi emptorem inuenerit:quod uerbum ab hoſte prolatum dictu
mirum eſt q̄ late ad infamiam romanorum innulgatum eſt.

Philippus Alexandri pater quom munitiſſimum caſtellum quo
dam capere uellet ubi exploratores retuliſſent q̄ difficillimum eſſe
& nullo modo capi poſſe:rogauit ita ne difficile eſſet quo ne aſinus
quidem auro honuſtus quiret accedere.

Cleomenes Athenienſis trecentos qui præſidium cratericum te
nebant aggreſſus tela quædam in quibus ſcriptum erat uéniſſe ſe
ad liberandam eorum rē pu.inter muros iecit & eodem tempore
captiuos quoſdam cōciliatos ſibi remiſit:quorum conſilio ſeditiōe
inteſtinā apud obſeſſos conciliata admoto exercitu ciuitate potitus
eſt:Idem quom quis ſe gallos ei daturum polliceretur qui pugnan
do interirent: iſtos mihi des inquit nolim : ſed illos potius qui pu
gnando interimant.

Lycenes Sicionius ductum aquarum in oppidum Chryſeorū
labentem rupit mox factis ſuis reſtituit aquam eleboro corruptam
qua utentes profluuio uentris correptos cœpit.

Pyrrhus quom ex Antigona quidem Ptolomæum ex lanoſſa
uero Alexandrū ex Tircenna Helenum filios ſuſcepiſſet oēs ma
nu promptos & bello feroces ſtatim a pueritia ad hoc ipſum innu
tritos dicitur cuidam ex filiis puero patrem roganti cuinam regnū
relinqueret:reſpondiſſe ei ex uobis qui gladium acutiorem habe
bit.Sed hoc nihil differt ab illa tragica deteſtatiōe acuto ferro diui
dant fratres domum.Idem ex ambrachia ut quendam maledicū
pelleret precantibus reſpondit potius apud paucos illic manens q̄
currens apud multos de nobis obloquatur.

Darius ut Scythas diſceſſu falleret aſinos caneſq; in caſtris reli
quit:quos quom rudentes latranteſque hoſtes audirent remanere
darium credidere.Eodem modo ligures per diuerſa loca bucculas
laqueis ad arbores alligauere qui deducti frequentiore mugitu ſpē
remanentium præbuerunt hoſtium.

Leonidas rex intēpeſtiue quodam de rebus militibus uerba fa
ciente : O hoſpes inquit non opportune quod oportet uteris: eius
quoque ducis contra Perſarum exercitum q̄ fortiter commilitones
ſuos hortantis eulogium eſt ut non aliter pranderent q̄ ſi apud in
feros cœnaturi eſſent:mirum dictu non in ore crenit cibus:non he



ſit faucibus:non elapſus eſt manibus:Cæterum alacres & ad prān
dium illi promiſerunt & ad cœnam.

Periandri conſilium Thraſibulo datum eſt ſuperuminētes ſpi
cas decerpere tanquā opportunum fuerit eminentiores ciuium de
medio tollere.Itidem Tarquinus Superbus pater apud noſtros Sa
binorum principes necandos cenſuit.

Theopompi regis dictum probari etiam ſolet qui dicente quo
dam eo ſeruari ſpartā q reges imperare didicerint : Quin ꝑpterea
inquit potius q ciues imperio parent:non enim parere illis patiun
tur qui neſciunt imperare:ſed ſubiectorum obædientia diſciplina
eſt principis:nam qui recte ducit ut recte ſequatur efficit . At qui
ſicut equeſtris artis eſt manſuetum præſtare & obſequentem equū
ſic & regiæ diſciplinæ munus obædientes efficere.

Helius Cōmodus Cæſ.curſoribus ſuis exemplo cupidinū alas
frequenter appoſuit:eoſque a uētorum nominibus ſæpe uocitauit:
Boream notum alium & item Aquilonem aut cirtium cæteriſq; no
minibus appellans & indefeſſe atq; inclæmenter faciens curſitare.

M.ſertorius acie decertantem barbarum qui ei nuntiauerat hyr
culegium periiſſe pugione traiecit ne in aliorum notitiam perueni
ret:& ob hoc animi ſuorum infirmarentur.

Antoninus Pius pacem adeo eo uſque dilexit ut Scipionis ſentē
tiā uſurpare ſæpe ſolitus ſit qua ille profitebatur male ſe unum ſer
uare ciuē q̄ mille hoſtes occidere.

Hannibalē uenientem in Italiam cum tria milia carpētanoꝝ reli
querent callidiſſimo ille aſtu ne & cæteri mouerētur edixit a ſe eē
dimiſſos & inſuper in fidem eius rei paucos letiſſimæ operæ do
mos remiſit:eiuſdē quoq; ducis clæmentiſſimum ſane ſalubreq; in
ſuos conſiliū.Nā quom milites eius gelu ac frigore torperent igni
bus ante tentoria factis ut epularentur edixit:oleumq; per manipu
los impartiendum ut ungerentur molirentque artus miſit: & ſcite
id quidem ac ſapienter.Nam ut phyſicis placet oleo nihil ſi corpo
ribus exterius admoueatur ſalutarius:ſi interius nihil pernitioſius
eſt.Rurſus quom apud Aufidum fluuium prope cannas caſtra ha
beret & orto die extēplo belli ſignum extuliſſet: Nam erat rubra
quædam ueſtis ſupra conſulis tentorium ꝑtenſa:Carthaginēſes ꝑ
ſpecta imperatoris romani audacia & copiarum hoſtiliū multitu
dine quom ipſi haud mediū numeꝝ attingerent principio ingenti

trepidatione perculſi ſunt: Hannibal iubens exercitum caſtra capere eques ipſe cum paucis ex quodam humili tumulo hoſtem qui iam legionum acies ſtruxerant ſpeculatur quomque quidam ex his qui circa ipſum erant uir haud inglorius Giſgo diceret admirabilē ſibi hoſtium multitudinem uideri contrahens faciem Hannibal inquit: Alterum uidiſſe te puto hoc admirabilius quod e memoria tua excidit interrogante Giſgone quidnam illud eſſet reſpondit Hannibal ꝗ inter hos tot homines nemo praeter te ſit qui Giſgo appelletur haec ſcomata praeter opinionem accidentia oēs in riſum milites coniecerunt & qui ex colle digrediebantur & qui circa eum erāt quare quom carthaginenſes proſpicerent imperatorē eorꝫ ī periculo iocari & rem paruifacere in conſerendo bello audentiores facti ſunt

Claudius Nero uictis penis quos haſdrubale duce ī Italiam ex hiſpania traiicientes exceperat caput haſdrubalis in caſtra hānibalis eiecit: quo factum eſt ut hannibal nam frater occiſus erat exercitus deſperatione aduentantis praeſidii affligeretur.

Camillus diſceptātibus romanis obſeſſis cum gallis de pecunia pendenda interueniens quom optimatibꝰ aurum arripiēs miniſtris dedit truitnam reddidit hoſtibus abire iubens proprium inquiens eſſe romanis ferro non auro patriam ſeruare.

Domitius Corbulo quom Cretam obſideret & armeni pertinaciter uiderentur tollerare obſidionem inuaduadum ex megeſtanis quos ceperat animaduertit: caputque eius ī baliſta excuſſum ītra munimenta hoſtium miſit: id forte decidit in medium conſiliū quod tum maxime habebant barbari: ad cuius conſpectum uelut oſtēto conſternati ad deditionem feſtinauerunt.

Galloꝝ equites pectoribus equorum ad terrorē ſuſpenſa romanoꝝ geſtarunt capita & lanceis infixa ouanteſque moris ſui carmine quanquā ſint qui umbros fuiſſe non gallos tradant.

Appius Claudius in omni ſermone negotiū romanoꝝ otio praeferre ſolitus fertur: at qui nemo tam demens eſt qui otii dulcedinē negotiorum curis ſi ſecuritas cum otio contingat non praeferendā cenſeat: ſed in anteriora proſpiciens uir cautiſſimus uidebat id qđ exitus approbauit: romanam uirtutem negotiis aliſ ſegniciēque marceſcere.

Q. Metellꝰ bello punico ſecūdo pulſo tādē ex italia hannibale



ac ſubacta Carthagine cunctis gaudio exultantibus ſolus in ſenatu graui ac circūſpecta ſententia uſus ē: ignorare ſe aſſerens ea uictoria ne laetabilior an formidabilior eſſet res pu. Sicut enim Hannibal alpes ingenti ſtrepitu tranſgreſſus cōcuſſa Italia dormitantem populum ro. excitaſſet ſecurus torpor opprimeret.

Scipio Naſica uir optimus a ſenatu iudicatus tertio bello punico dum a ſententia Catonis cenſorii qui uir omnium ſapientiſſimꝰ habebatur acerrime conſtanterque diſſenſit: & illo cenſente inexorabiliter delendam eſſe Carthaginem aduerſatus eſt. nō ꝙ urbem infeſtiſſimam partius odiſſet: ſed ꝙ patriam diligeret cuius mores praeuidere ſe dicebat in luxuriam habituros ammoto emulae urbis ſtimulo atque utinam eius tunc conſilium ualuiſſet longioris aeui forſā romana foelicitas fuiſſet: nec uitiis propellētibus corruiſſet pace belloꝝ gloriam inquinante atque orbem domitum uindicante luxuria

Melanchus athenienſium dux quom ꝓuocatus a rege hoſtium Xanto Boetio deſcēdiſſet ad pugnam ut primum cominꝰ ſtetit: iniꝗ inquit Xante & cōtra pactum pacis aduerſus enim unum quom altero ꝓceſſiſti: quomque admiratus ille quiſnam ſe concomitaretur reſpexit adhortus hominem uno ictu confecit

Dionyſius ſenior cum forte contionatores pro litterarum ordīe traherentur ubi. D. littera forte ipſi obueniſſet ad eum qui dixiſſet deliras Dionyſi: dominabitur immo reſpondit: atque ubi contionem habuiſſet continuo a ſyracuſanis praetor deſignatus eſt: accuſantibus uero quibuſdam hominem a ſe honorari & ad dignitatem prouehi: qui & improbus foret & moleſtus ciuibus: at uolo inquit eum eſſe quem magis ꝗ̄ me oderint.

Leon Bizantius gibboſo ſibi oculorum uitium obiicienti: humanum inquit malum reprehendis quom ipſe tergo ſupplitium luas

Hermocrates ſyracuſanus ſuperatis acie certhaginenſibus ueritus ne captiui quoꝝ ingentem manum in poteſtate redegerat parū diligenter cuſtodirentur: quia ueritas euentus dimicationis in epulas in ſecuritatemque compellere uictores poterat finxit ꝓxima nocte equitatum hoſtilem uentuꝝ: qua expectatione aſſecutus ē ut ſolito attentius accuratiuſque uigiliae agerentur.

Caius Pōtius ſamnitū imp. ambos cōſſ. atque omnem exercitum ro. forte praeruptis & anguſtis locis īcluſerat: miſerabile ſpectaculū

tot fortiſſimos uiros adepta pugnæ copia & armatos ſimul & capti
nos cernere: quom interuentus noctis animos ab operibus in curas
traduxiſſet: nec minus lætitia uictoribus q̃ incluſis dolor cōſilium
ademiſſet: uiſum eſt Herēnium uictoris patrem uirum & ætate &
ſapientia prouectum conſulere. Neꝗ enim aberrat ſenex audito re
rum ſtatu conſilium dedit ut abire permitteret inſuper honorificis
uerbis & oī obſequiorum genere proſequeretur: quod ubi in con-
cilio caſtrenſi apud feroces aīos iuuenū agitari cœpit nimis molle
ac ꝓrſus ſenile conſilium de tam infeſtis hoſtibus & indignū om
nibus uideri: ꝓinde iuſſus nuntius reuerti ac uirilius reſponſum pe
tere. At ille omnes ad unum occidendos cenſuit romanos: enimue
ro tum cuncti præcipue īperator delirare iam ſenem arbitrati ſunt
quippe qui de eadem re tam pugnantia ſuaderet quia tamen fama
hominis præclara erat placuit rurſum exquirere: ſi quod forte me
dium conſilium haberet. tum uero ſenior ſtratis ſeſe iuſſit attolli &
uehiculo impoſitum ſe ad caſtra filii perferri cuius aduentum cir
cūfuſis omnibus nihil inquit noui conſilii daturus uenio: ſed eorū
quæ dedi dicturus rationem. Primum quidem eſt romanos bello
clariſſimos & optimos mortalium uiros grandi & inſperato benefi
cio aſtrictos ex inimicitiis ad amicitiam attrahere & uobis ac poſte
ris ueſtris tam ualidæ gentis præſidium ꝑmereri quonā enim mo
do unquā odiſſe poterunt aut eos aut eoꝝ ſobolem qui ab eis naſcē
tur ꝑ quos ſe meminerīt uita ac libertate donatos. Secūdū ſi hoc uo
bis diſplicet reor uti præſenti fortuna & gentem inimicam extirpa
re funditus placeat: Sic enim in longum non tantum uobis conſuli
tis ſed natoꝝ natis & qui naſcentur ab illis. Tertium ſane quod ex
me petiſtis conſilium nullum eſt. nam quos inquit in manibus ha
betis dimittere contumeliis affectos: ea demum ſumma dementia ē
quæ nec hoſtem tollit nec amicum parat: uerum tamen cecus & in-
ſolens uictoris animus utroque conſilio deſpecto: Tertio quod il-
le damnauerat amplexus exercitum & conſules exarmatos & ſub
iugum actos relaxauit armis etiam ueſtimentiſque ſublatis tantum
ſingulis uilioribus operimentis ob pudibunda corporis tegenda cō
ceſſit: quod quom nuntiatum eſſet Herennio ut audiuit eos mœ-
ſtiſſimos abire nec amicum nec hoſtem poſſe a quoquā romano
uerbum extorquere: Ei inquit miſero q̃ graues minæ ſub hoc ſilē
tio præmuntur: id quoque q̃ uere prodiderit ſubſecuta Samnitum



ſtrage duce papyrio curſore repoſitumꝗ iugum pontio & legionī
bus teſtatur. Eiuſdem etiam Caii pontii Samnitum imperatoris di
ctum illud memorabile fuiſſe aiunt: utinam inquit ad id tēpus me
fata reſeruaſſent quo romani dona accipere cœpiſſent: non eſſem
paſſus eos diutiꝰ regnare. Sapienter id quidē hoſtis optabat: uide-
bat enī imperium donis corruptibile diuturnum eſſe non poſſe

Xerſi quom exercitus ſui magnitudine multa undiꝗ iactarētur
quæ hominem nimia exiſtimatione ſuī furentē concitarēt: aliuſꝗ
diceret græcos quibus bellum illaturus eſſet: non laturos nuntium
belli & ad primam aduentus famam terga uerſuros: alius nihil eē
dubii quin illa multitudine nō uinci ſolum græciā ſed obrui poſſe
alius uir illi reꝝ naturam ſufficere āguſta eſſe claſſibus maria mi
liti caſtra explicandis equeſtribus copiis campeſtria uix patere: cæ
lumꝗ haud ſatis ad emittenda omnium manu tela multaꝗ in hunc
modum Demaratus lacedæmonius ſolus dixit ipſam illam quæ ſi-
bi placeret multitudinem indigeſtam & grauem metuendam eſſe
ducenti. non enī uires habere ſed pondus ueꝝꝗ eſſe quod dicere-
tur maiorem belli apparatum eſſe q̃ qui recipi ab his regiōibꝰ poſ
ſit quas oppugnare conſtituiſſet: quæ res contra te eſt ob hoc ipſū
te Græcia uincet quia non capiet & uti toto te nō poterit. Præterea
quæ una rebus ſalus eſt occurrere ad primos rerum impetus & in
clinatis opem ferre non poteris nec fulcire aut firmare labētia mul
to ante uinceris q̃ uictum eē te ſentias: ſic deniꝗ ut Demaratus præ
dixerat ſtratus per totam paſſim græciam Xerſes intellexit quan-
tum ab exercitu turba diſtaret.

Hanno carthaginenſis uir apud ſuos ſpectatæ ꝓuidentiæ ꝑfer-
uidum Hannibalis ingenium ab infantia cōtemplatus ſemper ſua-
ſit continendum domi ſub legibus docēdum ex æquo cum ciuibꝰ
ſuis uiuere abſtrahendum ab exercitibus ne intempeſtiuo aſſuefa
ctus imperio poſtquā ceruicē dediſſet tyrannum ageret id ſalubri
ter ne præmoneret declarauit exitus: quanta enī cum Aphricæ hiſ
paniæꝗ & italiæ ruina quantoque populorum cum gemitu ac ſan-
guine īperitandi dulcedinē ſemel deguſtatā perpetuā reddere pu-
er ille nixus ſit tam notum eſt ut commemoratione non egeat.

Periclem athenienſium ducē quem uirum cautiſſimum fuiſſe
cōſtabat Ariſtophanes comicꝰ ab inferis reuertentē finxit: cōciues
ſuos monentem non oportere in ciuitate leonem educari: uerum ſi

educatus fuerit obſequi oportere perſuadere uolens hinc figmēto
adoleſcentibus generoſis ac præferocibus habenas ſubſtringi de-
bere poſtquā laxatæ ſint ſero contrahi īmodica frænum recuſante
licentia. Poſſe igitur inimicum libertati nimium fauorem petenti-
bus negare cōſecutꝰ uero eripi nō poſſe. Idē Pericles cū a Themi
ſtocle uehementer diſſideret: multæqꝫ inter ipſos & graues eſſent
& diſſonæ cōtentiones dicere in contiōe ſolitꝰ fertur nunquā ſalutē
athenienſiū rebus fore niſi ſe ac Themiſtoclē in baratꝝ coniiceret

Cimon athenienſis peloponenſiaci belli temporibus qui fuiſſe
dicitur inhumanus admodū & hominum cōgreſſus fugiēs & col
loquia omnia præter unius Alcybiadis qui ea tempeſtate adoleſcēs
erat & præſtanti forma & lingua maxime ꝓmptus quom eum libē
tiſſime amplectaretur oſculareturqꝫ: interrogatus ab Epemāto q̄d
ita faceret: ideo ſe adoleſcentem amare reſpondit ꝙ intelligeret il-
lum multoꝝ malorum cauſam athenienſibus fore

Iulius Cæſar ciuili uictoria clæmētiſſime uſus quom ſcrinia de
prehendiſſet epiſtolaꝝ ad Pompeium miſſarum ab his qui uide-
bantur aut in diuerſis aut in neutris fuiſſe partibus igni tradidit &
quanuis moderate ſoleret iraſci: maluit tamen non poſſe maximū
putauit genus ueniæ neſcire quid quiſqꝫ peccaſſet: ſatiuſqꝫ eſſe ratꝰ
in quibuſdam rebus decipi q̃ fallaciſſimis ſuſpitionis & cōiecturæ
irritamētis poſſe decipere: idem Pōponio oſtēdenti uulnus ore ex
ceptum in ſeditione ſulpitiana quod ipſe paſſum pro eo pugnante
gloriabatur: nunquā fugiēs reſpexeris inquit huius paterni uerbi
etiam poſtea forte memor Auguſtus in quempiam ſimili modo ia
ctitantem & cicatrices oſtentantem inuectus eſt.

Antigonus ſecundus Demetrii filius quom bello nauali aduer
ſus Ptolomæi prætores pugnaturus eſſet gubernatorqꝫ dixiſſet ho
ſtium nauis multo pluris eſſe. At me inquit præſentem aduerſus
quot naues opponis inuadentibus uero hoſtibus quom aliquando
ceſſiſſet ait nequaquā ſe fugere ſed ipſum utile quod retro poſitū
eſſet inſequi.

Alcybiades canem quom haberet optimum quem nummum
ſeptem milibus emerat ei caudam abſcidit: dicentibuſqꝫ id uile īcly
ti du:is miniſterium fuiſſe hoc ideo feci inquiens quo athenienſes
hac de re loquentes de me aliud nihil curioſius quærerent

Tymoleon quom demenatus in contiōe populi de rebus geſtis



eius detrahere cœpiſſet ac nonnulla inueheretur in eūm dixit nūc
demum ſe uoti factum compotem nanqꝫ hoc a diis immortalibus
ſemper precatum ut talem libertatem reſtitueret ſyracuſanus i qua
cui uis liceret de quo uellet impune dicere.

M. Bruto quom ſe pene tota Luſitania dedidiſſet ac ſola gentis
huius Citania ciuitas pertinaciter inſtaret tentata redemptiōe ꝓpe
modum uno ore legatus eius reſpondit ferrum uidelicet ſibi a ma
ioribus quo urbem tuerentur non aurum libertatem quo ab impe
ratore auaro emerent relictum

Thimotheus fortunatus imperator quom putaretur atqꝫ qui ei
inuiderent pingerent urbes quæ illo dormiente ad rete ultro ſe im
plicarent: itaqꝫ dicebat Thimotheꝰ ſi huiuſcemodi urbes capio dor
miens: quid me facturum arbitramini quom uigilauero. Ad haec
quom ex audacibus prætoribus quidam athenieſibus uulnus oſtē
deret: at me inquit puduit quod me prætore ueſtro in ſamo catapul
ta prope concidit.

Liſimachus in Tracia ſuperatus a Dromachea quom & ſeſe
& exercitū ſuum præſidi dedidiſſet ubi bibiſſet in captiuitate poſi
tus: o dii inqt ut paruæ uoluptatis gratia memet ſeruū ex rege feci

P. Syllanus quom maxima apud hoſtes dignitate ac potentia
præſtans Mario in bello ciuili foſſa circundato & obſeſſo occaſio
nem & tempus operiens dixiſſet o Mari ſi magnus imperator es
deſcende in aciem & pugna: reſpondiſſe Marium ferunt: At tu ſi
clarus imperator es certare me nolentē coge. Iteꝝ quom aliquādo
hoſtes ſibi congrediendi præbuiſſent cauſam romanuſqꝫ certamē
detractauiſſet ut abiere utrinqꝫ militibus in contione habitis: ambi
go inquit an hoſtes: an uos magis eneruatos appellē. non enim ue
ſtra illi nec uos eorum terga intueri poteſtis.

Laberius quom uitam omnem honeſta militia exegiſſet ſexa-
geſimum uitæ annum agēs ad extremum Iul. Cæſaris blāditiis ac
precibus quæ de ore principum armatæ ꝓdeunt ꝓductꝰ in ſcenā
de romano equite factus eſt minimꝰ: quam iniuriam ipſe quidem
non tacitus tulit īmo multis & inter cætera his queſtus eſt uerbis:
Ego bis tricenis annis actis ſine nota eques romanus lare egreſſus
meo domū reuertar minimuſqꝫ nimiꝝ hoc die uno plus uixi q̃ mi
hi uiuendum fuit idē diu ante clariſſimus & inuictus: tandē a Pu-
blio uictus extitit quippe a quo ea tēpeſtate nemo nō uictus extitit

quod & Iul. Cæſar diffinivit his uerbis fauente tibi me uictus es la
beri & Laberius ipſe tam æquo tulit annimo ut uictum ſe ſine alter
catione fateretur: his ſapientiæ plenis & memoratu dignis uerſibus
non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore ſummum ad gra
dum quom claritatis ueneris conſiſtes egre & citius q̄ deſcēdas de
cides cecidi ego: cadet qui ſequitur laus eſt publica

Athenodor9 ſingularis & uita & doctrina philoſophus quom ali
quādiu in inſtruendo Auguſto dediſſet operam & urgēte ſenectu
te facultatem in patriam redeundi ab imperatore oraret ac tandem
impetraret diſceſſurus ut aliquod quaſi pignus & perpetuū ſui re
ceſſus monumentum relinqueret in extremo abeūdi gratificādiq
officio quom iraſci inquit Cæſar tibi contigerit nihil prius dixeris
feceriſue q̄ quattuor & uiginti litteras mente percurras: quod a phi
loſopho ſummo inuentum proinde puto quo concitatio illa uehe
mens animi alio traducta parui temporis momēto langueſceret ſa
piens profecto præceptoris dictum. Non min9 benignū illud octa
uiani Cæſaris factum: apprehenſa enim Athenodori dextra tua mi
hi & adhuc opus eſt præſentia dixit: hominemq apud ſe annū po
ſtea tenuit: præfatus taciturnitatis quia ſine periculo ſit tutū nec me
diocre premium fore.

Belli gerendi indigendiq aut feriendi fœderis anti
quorum rationes. Cap. I.

## LIBER SEXTVS

Vnt aliæ bellorum rationes atque conſilia permul
ta Sigiſmunde Pandulphe quæ tradere ardua res
quidem erit & operoſa nimis quoniam quod uti
le quiſque probat dux & imperator id & ſequitur
& quanquā nouis ingeniorum inuentis occurrere
difficillimum etiām ſit quō non præmeditata ſæpenumero caſus af
ferat: dabimus tamen operam ex his quæ priorib9 ad gloriam ſuc
ceſſerit uiam aperire poſteris ut ex ſimilibus elicere ſimilia queant
conſilia inſtituti namque ueteris ac probati q̄diu fuiſſe legimus nul
lum bellum geri neq indici debere neq ſolere niſi quicquā prius
hoſtibus a ſacerdotibus fœcialibus denuntiatum eēt apud quos bel
li æquitas paciſque ſanctiſſimo ro. populi iure perſcripta erat. For
mula autem indicendi belli aut feriendi fœderis per fœcialem hu



iuſmodi erat: & quia nulla ut Liuio placet uetuſtior eſſe memora
tur: Fœcialis inquit regem Tullum ita rogauit: Iubes ne me rex cū
patre patrato populi Albani fœdus ferire iubente rege. Saginia in
quit a te rex poſco: Rex ait puram tollito: Fœcialis ex arce gramis
herbam puram attulit: poſtea regem ita rogauit Rex facis mene tu
regium nuntium populi romani uos comiteſque meos. Rex reſpō
dit: quod ſine fraude mea populique romani Quiritum fiat facio
multiſque id uerbis quæ longo affata carmine non operepreciū eſt
referre: peragit legibus deinde recitatis. Audi inquit iuppiter audi
paterpatrate populi Albani: audi tu popule albane ut illā palam pri
ma poſtremaue ex illis tabulis cera ue recitata ſunt ſine dolo malo
utique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt illis legibus populus
romanus prior non deficiet. Si prior defecerit publico conſilio do
lo malo: tu illo die Iuppiter populum romanū ſic ferito ut ego hūc
porcum hodie feriam tantoq magis ferito quanto magis potes pol
leſque: id ubi dixit porcum ſaxo ſilice percuſſit. Sua item carmina
Albani ſuumque iuſiurandum per ſuum dictatorem ſuoſq ſacer
dotes peregerunt. Ancus autem Martius Nummæ Pompilii ex fi
lia nepos æquitate ac religione aui perſimilis qui latinos bello do
muit: ius fœciale quo legati ad res repetendas uterentur ab equicu
lis tranſtulit: quod prius Heſus fertur excogitaſſe patriſpatrati uſus
eodem tempore quo Fœcialis apud Ro. prodiit. Nam & in feriēdis
a fœcialibus fœderibus patriſpatrati opera auctoritaſque exigeba
tur: Legatus igitur idemque patriſpatratus ubi ad fines eorum ue
nit unde res repetuntur: Capite uelato filo lanæ uelamen eſt. Audi
Iuppiter inquit: audi fines cuiuſque gentis ſunt numina audiant faſ
Ego ſum publicus nuntius populi romani iuſte pieque legatus ue
nio uerbiſque meis fides ſit. Peragit deinde poſtulata inde Iouem
teſtem facit: Si ego iniuſte impieq illos homines illaſque res dede
rit populo Romano mihique expoſco tu patriæ compotem nunq̄
me ſinas eſſe: hæc quom finiit ſupra ſcandit. Hæc quicunque p̄m9
uir ei obuius fuerit hæc portam ingrediens hæc forum ingreſſus
paucis uerbis carminis concipiendique iuſiurandi mutatis peragit
Si non deduntur quæ expoſcit diebus tribus & triginta tot enim ſo
lennes ſunt peractis bellum ita indicit: Audi Iuppiter & tu Iuno q
rine: diique omnes cæleſtes uoſque terreſtres uoſque inferni audi
te: Ego uos teſtor populum illum quicunque eſt nominat iniuſtum

eſſe neqꝫ ius pſoluere:Sed de iſtis rebꝰ ĩ patriã maiores natu cõſule
mꝰ quo pacto ius noſtꝝ adipiſcamur:Quõ is nuntius Romã ad cõ
ſulem dum rediit confeſtim rex ex his ferme uerbis patres conſu-
lebat quarum rerum litium cauſaꝝ condixit paterpatratus po.ro.
quiritium patripatrato priſcorum latinorum hominibuſqꝫ priſcis
latinis quas res dari fieri:ſolui oportuit quas res non dederunt nec
ſoluerunt nec fecerunt:Dic inquit ei qui primum ſententiam roga
bat.Quid cenſes:Tum ille puro pioqꝫ duello quærendas cenſeo ita
que conſenſio:conſiſtoque indeqꝫ ordine alii rogabantur:Quan-
doque pars maior eorum qui aderant in eandem ſententiam ibat:
bellum erat conſenſu fieri ſolitum ut Fœcialis haſtam ferratã aut
ſudem præuſtam ad fines eorum ferret:& non minus tribus pube
ribus præſentibus diceret ꝙ populi priſcorum latinorum homines
ue priſci latini aduerſus populum romanum quiritium fecerunt de
liquerunt ꝙ populus romanus quiritium bellum cum priſcis lati-
nis iuſſit eſſe ſenatus ue po.ro. Quiritium fecerunt deliquerunt
ꝙ populus romanus quirtium cenſuit:conſenſit:conſciuit ut bellũ
cum priſcis latinis fieret ob eam rem:Ego populuſqꝫ romanus po-
pulis priſcorum latinorum hominibuſque priſcis latinis bellum in
dico facioque id ubi clara uoce denuntiaſſet:quam clarigationem
quaſi claram actionem ueteres dixere haſtam in fines eorũ emitte
bat:quæ ſic deniqꝫ miſſa belli principiũ erat:quod nec diſſimulaſſe
uiſus eſt Maro:quom inquit:Et iaculum torquens emittit in auras
principium pugnæ erat.Et ante Bellonæ templum bellica colũnæ
id nomen eſt:ſupra quam haſtam etiam iaciebant bellum indictu
ri.Ouidius ĩ faſtis:Proſpicit a tergo ſummum breuis area circum
Eſt ubi nõ paruæ parua columna notæ:Hinc ſolet haſta manu bel
li prænuntia mitti In regem & gentes quom placet arma capi.hoc
itaque tum modo repetitæ primum res a romanis ac bellum indi-
ctum moremqꝫ eum poſteri & ſi abſoluerit acceperunt.

## De euocationis & deuotionis formula Ca.II.

Elebres deinde auctores habemꝰ quæ uel ui:uel arte ex
cogitari ac machinari poſſunt ad capiendum opprimen
dumque hoſtem nutu deorum & auſpicio fieri ſolere ut
his propitiis & auctoribus ars efficatior eſſet:ſimili modo in oppu



gnationibus urbium ante omnia ſolitum a romanis ſacerdotibus e
uocari deum conſtat:in cuius tutela id oppidum ſit promittique il
li eundem aut ampliorem honorem apud romanos cultum ue:qđ
haud aliter urbem capi poſſe non crederent:aut etiam ſi poſſe ne-
fas exiſtimarent deos habere captiuos:Propterea durauit in ponti-
ficum diſciplina quãdiu id ſacrum conſtatque ideo occultũ & mul
tis ſæculis ignotum urbis latinum nomen tutæ lariſ ue dei:Sed dei
quidem nomen nonnullis antiquorum inter ſe diſſidentium libris
inſitum eſt.Alii enim Iouem crediderunt:alii lunam:alii opem cõ
ſciniam:& horum quidem fides firmior uidetur quibuſdam.Sunt
qui Angeronam inter antiquiſſimas ſane religiones huius deæ ſa-
cellum colitur:cui ſacrificatur ante diem.xii.Kl.ianuarii:quæ Di-
ua præſul ſilentii ipſius prænexo ore digitoque ad id admoto ſimu
lacrum habet quod ſilentium denuntiat:ipſius deinde uerum ur-
bis nomen & unde deductum ſit inter doctiſſimos non ſatis con-
ſtat.Vt enim Varroni placet & Liuio potitus imperio Romulus ſi
ue Remus condita urbs eſt & conditoris ſui appellatione nomina-
ta.Alii ſunt qui uideri uelint Romæ uocabulum ab Euandro pri-
mum datum quom oppidum ubi ſita nunc urbs eſt ibi offendiſſet:
ꝙ extructum antea latino nomine Valentia decebatur:cuius uoca
bulum Archades uertente in græcum iuxta prioris uerbi ſignifica
tionem Rhomen pro Valentia uocauere Heraclidi placet Troia ca
pta quoſdam ex Achiuis in ea loca per Tyberim deueniſſe:deĩde
ſuadente Roma nobiliſſima captiuaꝝ quæ his comes erat incenſis
nauibus poſuiſſe ſedes:ſtruxiſſe mœnia & oppidũ ab eius nomine
uocauiſſe.Agathocles ſcribit Romam non captiuam fuiſſe:ſed Aſ
canio natam Aeneæ neptẽ eiuſce denominationis cauſam extitiſſe
tradit & Romæ nomen ueꝝ uetitum tamen publicari quo minꝰ an
nuntiarẽtur cerimoniaꝝ archana neque ꝙ ſæpe aduerſus urbes ho
ſtium feciſſe ſe nouerant.Idem ipſi quoque hoſtili euocatiõe pate
rẽtur.Sed uidendũ ne qđ nõnulli exiſtimauerunt:nos quoque cõ
fundat opinantes uno carmine & euocari ex urbe aliq̃ deos & ipſã
deuotam fieri ciuitatem Eſt autem carmen huiuſmodi quo dii euo
cantur quom oppugnatione aliqua ciuitas cingitur:Si deus ſi dea ẽ
cui populus ciuitaſque Carthaginenſis ẽ in tutela teqꝫ maxime qui
urbis huius populiqꝫ tutelam recepiſti precor uenerorqꝫ ueniamqꝫ
a uobis peto ut uos populum ciuitatemqꝫ carthaginenſiũ deſeratis

loca:templa:ſacra:urbem eorũ relinquatis abſꝗ his abeatis eiꝗ
populo ciuitati metum formidinem obliuionem iniitiatis proditiꝗ
Romam ad me meoſꝗ ueniatis:noſtraque uobis loca templa ſacra
urbs acceptiora probatioraque ſint:mihi quoque populoque roma
no militibuſque meis præpoſiti ſitis ut ſciamꝰintelligamuſque ſi ita
feceritis uoueo uobis templa ludoſque factuꝝ in eadẽ uerba hoſti
as fieri oportet:auctoritatẽque uideri extorum ut ea ꝓmittant futu
ra:urbes uero exercituſque numinibus iam euocatis his uerbis ſic
deuouentur:Dis pater ue Iouis manes ſiue quo alio nomine fas ẽ
nominare oro ut oẽs illa urbẽ carthaginem exercitumque quẽ ego
me ſentio dicere fuga:formidine:terrore cõpleatis : quiꝗ aduerſus
legiones exercitumꝗ noſtrum arma telaque ferent uti uos eũ exer
citum eos hoſtes eoſque hoĩes urbes agroſque eoꝝ & qui in his lo
cis regionibuſque agris urbibuſque habitant abducatis lumine ſu
pero ꝓuetis:exercitumque hoſtium:urbes agroſque eoꝝ quos me
ſentio dicere uti uos eas urbes:agroſque capita: ætatẽſque eoꝝ de-
uotas conſecrataſque habeatis ollis legibus quibus quandoque ſũt
maxime hoſtes deuoti:eoſque ego uicarios ꝓ mea fide magiſtra-
tuque meo po.ro.exercitibꝰ legiõibuſque Do deuoueo ut me meã
que fidẽ iperiũque legiones exercitũque noſtꝝ qui in his rebus ge
rendis ſunt bene ſaluos nos iri ſinetis eſſe: Si hæc ita faxitis ut ego
ſciam ſentiã intelligãque tum qſqs uotum hoc faxit ut ubi faxit re
cte factum eſto ouibus atris tellꝰmater teꝗ iuppiter obteſtor quom
tellurẽ dicit manibus terram tangit quom iouem dicit manus ad cæ
lum tollit quom uotum recipere dicit manibus pectus tangit : hæc
eſt euocationiſ deuotioniſque forma ex libro rerum reconditarum
v.ſamonici ſerani utꝝque carmẽ hoc continẽtis:qđ etiam ille in cu
iuſdã furii uetuſtiſſimo libro ſe repperiſſe ꝓfeſſus ẽ. Liuius autẽ li
bro octauo ab urbe condita trepidationem Detii conſulis ſe deuo-
uentis aliam deuotionis formam his uerbis expreſſit.Agedum põ
tifex publicus populi ro.prei uerba quibus me pro legionibus de-
uoueam pontifex eum togam prætextam ſumere iuſſit & uelato ca
pite manu ſubter togam ad mentum exerta ſuper telum ſubiectum
pedibus ſtantẽ ſic dicere:Iane Iuppiter Mars pater Quirine Bel-
lona lares diui nomen ſimiles dii indigetes:Diui quorum eſt pote
ſtas noſtroꝝ hoſtiumque diique manes uos precor ueneror ueniã
peto feroque ut po.ro.Quiritium uim uictoriamque proſperetis



hoſteſꝗ po.ro.Quiritium terrore formidĩe morteꝗ afficiatis ſicut
uerbis nuncupaui ita ꝓ ro.po.Quiritium exercitu legiõibus auxi
liis po.romani Quiritium legiões:auxiliaꝗ hoſtium mecum deis
manibus tellurięꝗ deuoueo.Hæc ita precatus lictores ire ad.T.Ma
lium iubet matureꝗ collegæ ſe deuotum pro exercitu nuntiare ipſe
incinctus cinctuꝗ gabino armatus in equum inſiluit:ac ſe in medi
os hoſtes immiſit:conſpectus ab utraque acie aliquanto anguſtior
humão iuſſu ſicut a cælo miſſus piaculum omnes deorum ire qui
peſtem a ſuis aduerſam in hoſtes ferret:ita oĩs terror pauorque cũ
illo latus ſigna prima latinorum turbauit: deinde in totam penitus
aciem perſuaſit:euidẽtiſſimum id fuit ꝙ quocunque equo inuectꝰ
eſt:ibi haud ſecus ꝗ̃ peſtifero ſidere icti pauebant:ubi uero corru
it obrutus telis:inde iam haud dubie conſternatæ cohortes latinoꝝ
fugam ac uaſtitatem late fecerunt illud etiam adiiciendum uidetur
licere conſuli dictatorique & prætori quom legiones hoſtium de-
uouerit non utique ſe:ſed quom uelit ex legione romana ſcripta ci
uem deuouere.

De religione antiquoꝝ ducum Ca.III.

Eque etiam ſermo ille quem de Zaleuci Minois Lycur-
gi Nummæ aliorumque ſimilium uirorũ religione deo
rum narrant hiſtoriæ ineptũ quicꝗ̃ habet qui ut infreneſ
difficileſꝗ multitudines gubernarent cõponerẽt:caperẽt:magnaſꝗ
rebus publicis nouitates afferrẽt:deorũ opinionẽ cõmenti ſũt quae
ipſis illis quorum gratia fingebantur ſaluti eſſant:in qua re præter
hos quos modo diximꝰnec externorum nec noſtrorum ſimilium
uirorum deſunt exempla.Nanꝗ Epaminundas ille thebanus non
aliter aduerſus lacedæmonios ꝗ̃ religione fidutiã ſuorum adiuuan
dã cenſuit:e ueſtigio enĩ arma quæ in tẽplis ornamẽtis affixa erãt
nocte ſubtraxit:perſuaſitꝗ militibus deos iter ſuum ſequi & præliã
tibus ipſis adiumento fore.Pericles athenienſium quoque dux ini
turus prælium quom aĩaduertiſſet:locum ex quo utraque acies cõ
ſpici poterat denſiſſimæ opacitatis uaſtum alioquin & Diti patri ſa-
crum ingentis illic ſtaturæ hominem altiſſimis Cothurnis & ueſte
purpura uenerabilem in curru conſtituit:Qui dato pugnæ ſignoꝓ
ueheretur & uoce Periclem nomine appellãs cohortaretur eum di
ceretꝗ deos atheniẽſes adeſſe:quare ſubito demiſſis ac cõſternatis

animis hoſtes in fugam uerſi ſunt: Thimolion Chorinthiꝰ magnꝰ
etiã omnium iudicio uir & dux humanarum rerum nihil qd̕ fau-
ſtum: fœlix: fortunatumqꝫ eſſet ſine deorum numine geri poſſe pu
tabat: ꝑinde ſuæ domi ſacellum conſtituerat idque ſanctiſſime co-
lebat: ad hanc quam hominis excellentem probitatem & religionē
mirabiles acceſſerãt caſus: nam prælia maxima natali ſuo die fecit
omnia quo factum eſt ut eiuſdiem natalē feſtum haberet uniuer-
ſa Sicilia: Syrus noīe quiſpiã Eunus fanatico furore ſimulato dū ſy
riæ deæ comas iactaret ad libertatē & arma ſeruoſ quaſi numinum
imperio concitauit: idque ut diuinitus fieri probaret in ore abdita
nuce quam ſulphure & igne ſtipauerat leuiter inſpirans flammam
inter uerba fundebat hoc miraculum primo. IIM. ex obulis mox
iure belli refractis ergaſtulis. lx. amplius milium fecit exercitū re-
giis ne quid maliſ deeſſet: decoratus inſignibus: caſtella: uicos: op-
pidaque miſerabili direptiōe uaſtauit. Vtque ad noſtros unde pau
lulum diſceſſit redeat oratio: Scipio maior clariſſimum hac in re
præ cæteris ſibi locum uendicat. Quippe qui ab adoleſcentia ſupra
quam credi poſſet mira quadam arte in oſtentationem uirtutis ac
ſanctimoniæ inſtructus erat: præcrebuerat enim fama ſeu conſul
to ſeu temere incertum non humana ſed diuina eum ſtirpe proge
nitum: cui quidē in tali re uſu euenit & fabularum ambages aderãt
uiſum ſerpentem inſuetæ magnitudinis in lecto matris ſibi infanti
draconē circunfuſū nihil nocuiſſe: multa id genꝰ uulgꝰ īdoctū ma
tura: hanc de ſe opinionem hominum tali ingenio nutriuit ut de o
rigine quidem ſua nihil ſponte loqueretur: & interrogatus an uera
eſſent quæ paſſim ferebantur nec affirmaret ne quam exinde uani
tatis notam incurreret: nec negaret quod credi ab omnibus gratula
batur: hac taciturnitate plus aſſecutus q̃ ſi palam iouis ſe filium præ
dicaſſet. Addidit etiam aliud religionis genus per ſingulos dies an
tequam quicquã publici priuatique muneris ageret in capitolium
aſcendēs cellã iouis ſolus intrabat ibique aliquãdiu perſtans ueluti
diuino colloqo frueretur: uulgo perſuaſerat inde ſpei plenus ad ge
rēdas res digrediebatur: idqꝫ in multis bellis repletis ſuperſtitiōe ac
ſæpe militum animis quaſi e cælo promiſſis proſperis euentibꝰ ad
uictoriam eos contuliſſe certum eſt. L. Sylla quo paratiorem mili-
tem ad pugnãdum haberet prædici ſibi a diis futura ſimulauit. Po
ſtremo etiam in conſpectu exercitus priuſquã in aciem deſcēderet



ſignum amplitudinis quod delphis ſuſtulerat orabat petebatque ꝓ
miſſam uictoriam maturaret. C. Marius mulierem quandam Sy
ram no mine Martam habuit: uaticinii ut dicebatur gnaram quam
lecticæ incubantem compoſitæ ornatæqꝫ circunducebat a qua ſe
dimicationum euentum prædiſcere inſimulabat. Q. Sertorius cū
barbaro & rationis & conſilii exercitu in religionem tamen pronoꝝ Hec Plutarchus
uteretur: ceruam candidi coloris per luſitaniam ducebat tanquã do
num id eſſet dianæ ſibi tranſmiſſum & ab ea quæ agenda quæ ue-
uitanda erant pernoſcere ſe aſſeuerabat: nam quotiens hoſtium co
pias fines ingreſſos aut oppidum aliquod cœpiſſe occulte perſenſe
rat in ſomnis ſibi dictum a cerua inſimulabat ut ſuos in armis ha-
beret. Rurſum uero ſi uictoria aliq̃ ducū ſuoꝝ deferebatur occul
tato nuntio ceruam coronabat: ſibiqꝫ ab ea quoqꝫ fauſte nuntiatū &
ob id diis ſupplicandum eſſe dicebat quaſi aliquid fœliciter geſtū
audituros hac ratione illos ſibi magis ac magis parere compellebat
ueluti non hominis alienigenæ: ſed dei conſiliis ac religione ſūma
ducerentur: poſt hos deniqꝫ intueri ſi libet. M. Furium Camillum
uirum religione pace ac bello uere unicum: cæteroſqꝫ romanoꝝ &
exterarum gentiū illuſtres ab ætatis noſtræ memoria remotos: ma
ximaꝝ profecto uictoriarum & optatæ gloriæ compotes fuiſſe eos
ſemper inuenies: qui res præ cæteris exactiſſimo deorum cultu au
ſpicioqꝫ geſſiſſent.

Quod religioſa uſqꝫ adeo res militia erat ut non niſi ſacramen
to miles fieret Ca. IIII.

Sque etiam adeo religioſa res militia fuit ut nō niſi ſacra
mento fieret miles & qui miles non eſſet ei militare mu-
nus obire non liceret: cuius rei fidē ſi quæris in ꝑmo of-
fi. libro. M. T. Cicero ɔpulētiſſimus teſtis eſt Popilius inquit impe
rator tenebat ꝓuintiam: in cuius exercitu Catonis filius Tyro mili
tauit. Quom autē Pompilio uideretur unam dimittere legionē Ca
tonis quoqꝫ filiū qui in eadē legione militabat dimiſit. Sed quom
amore pugnandi in exercitu remanſiſſet: Cato ad Pompilium ſcri
pſit ut ſi eum pateretur in exercitu remanere ſecundo obligaret mi
litiæ ſacramento: quia priore amiſſo iure cum hoſtibꝰ pugnare nō
poterat. M. quoqꝫ Catonis ſenis ad. M. filium extat epiſtola in q̃ ſcri
bit ſe audiſſe eum dimiſſum eſſe a conſule quom in Macedonia
bello perſico miles eſſet: monet igitur ut caueat ne prælium ineat:

negat enim ius eſſe cum hoſte pugnare quaſi miles non ſit: ecce ꝗ
uir ſapientiſſimus milite non credebat niſi eum qui ſacramento ad
militiam eſſet adactus

Quando ex uoluntario iter ipſos milites fœdere militare ſacra
mentum a tribu. ac legitimã iuriſiurandi ad actionẽ tranſlatũ ẽ
quidq́ iurarent ſe facturos  Ca. V

L Vcio etiam Flac. & C. Varronẽ coſ. milites primo iure
iurando facti ſunt: antea enim ſacramẽto tantummodo
a tribunis rogabantur: ipſiq́ inter ſe coniurabant ducis
aut tribuni parere edicto militiam non deſerere: ſtrenue pugnare:
defendere ſigna: non uitare mortem: tenere pugnando locum: eun
dẽq́ intereundum ſeruare: ſuccurrere feſſis: ꝓtegere ſaucios: die ĩ
ſcripto adeſſe & citanti ĩperatori reſpõdere: quod & Liuium. xxii.
ab urbe cõdita minime præterit: Delectum inquit ꝑfecto coſ. pau
cos morati dies dum ſocii ab nomine latino uenirẽt nunquã qđ ãte
factum erat iureiurãdo a tribunis militum adacti milites iuſſu coſ.
conuẽturos neque iniuſſu abituros: nam ad eam diẽ nihil præter
iuramentum fuerat: & ubi ad decuriatum & centuriatum conueniſ
ſent: ſua uoluptate ipſi ſe equites decuriati centuriati pedites cõiura
bant ſeſe fugæ atq́ formidinis cauſa non abituros neque ex̃ ordine
nõ receſſuros niſi teli ſumẽdi aut petendi aut hoſtes feriendi aut ci
uis ſeruandi cauſa id ex uoluntario inter ipſos fœdere ad tribunos
ac legittimam iuriſiurandi ad actionem tranſlatum.

Tribuni militaris uerba cum delectus antiquus fieret.  Ca. VI.

Incius uero de re militari quom delectus antiquus fieret
& milites ſcriberentur iuſiurandum eos tribunus militũ
adigebat in uerba hæc in magiſtratu uerba hæc. C. Lelii
C. F. coſ. L. Cornelii P. F. coſ. in exercitũ deceq́ milia paſſuũ ꝓpe
furtum nõ facies dolo malo ſolus: neq́ cum pluribꝰ pluris nummi
argẽtei in dies ſingulos extraque haſtã haſtile põpabulum utrẽ fo
lem: faculã: ſi quid ibi ĩueneris ſuſtuleriſ ue quod tuũ nõ erit quod
pluris argẽtei nummi erit uti tu ad C. Lelium. C. F. coſ. L. ue cor-
neliũ. P. F. coſ. ſiue ad quẽ utrꝫ eorꝫ iuſſerit ꝓferes aut ꝓfiteberis in
triduo proximo quicquid inueneris ſuſtuleriſ ue in dolo malo aut
domino ſuo cuium id cenſebis: reddes uti quod recte factum eſſe
uoles: militibus autem ſcriptis tempus præfiniebatur quo die adeſ-



ſent & ut citanti conſuli reſponderent: deinde ita concipiebatur iuſ
iurandum ut adeſſet his additis exceptionibus: niſi harunce aliqua
cauſa erit funus familiare: feriæ uindemiales quæ non eius rei cau
ſa in eum diem collatæ ſunt: quo is eo die minus ibi eſſet morbus
ſonticus auſpicium ue: quod ſine piaculo præterire non licet ſacrifi
cium ue aniuerſarium: quod recte fieri non poſſet niſi ipſo die. Si
harunce aliqua cauſa erit tum poſtridie licebit: quom autem miles
dies quæ prædicta erat aberat neque excuſatus erat: ceterꝫ ĩfreq̃ns
dabatur: iurabant autẽ milites teſte Plinio per iouem martemque

Quod imperium belli habentibus ſceptri eleuatio iuſiurãdum
erat  ca. VII.

I Mperium autem belli habentes apud ueteres de contro
uerſiis iudicabant atq́ hoc alii iureiurãdo: alii ſine. Erat
autẽ illis iuſiurandũ per ſceptri eleuationẽ ut Ariſtoteleſ
auctor eſt. Et hæc de militaris ac ĩpatorii forma iuramẽti dicta ſũt.

Gentium diuerſarum ratio in deligendis militibus
Ca. VIII

Q Vom autem duo ſint quæ militem efficiunt: delectus ſci
licet & ſacramentum: de ſacramẽtoq́ dictum ſatis ſupq́
ſit: de altero nobis diſſerendum ſupereſt: in hoc itaq́ mi
litum delectu primo cuius gentis ſint: ipſius deinde regiõis ſpectã
da natura quom & uario & diuerſo terrarꝫ ſitu cæliq́ aſpectu & fa-
cies hominum & uoces & colores & corporum lineamenta & qua
litates animorꝫq́ diuerſitates prodeant: nec dubium ſit effœminari a
nimos: locorꝫ amœnitate nimia aliquidque ad dandum animis ui-
gorẽ corrumpendumque poſſe regionẽ. Hinc enim ægyptios eſſe
ſuapte natura leues: uentoſos: pẽdulos: furibundos: iactantes: ĩiuri
oſos: nouarꝫ rerum cupidos: & ad omnia fame momenta uolitanteſ
Romanos graues: Græcos ſuperbos: auaros: & leues expeditiore in
genio: Athenienſes callidos: Pœnos & Verſipelles inſenſatos: Ga-
lathas & ſi Diodoro credimus molles: minaces: detractores: opinio
neq́ inflatos: acutos ingenio: & a doctrina minime alienos mobileſ
& infidos. Numidas Seres Perſas & Alobroges horridos: Hiſpãos
furẽtes: Cymbros animoſos: Germanos & feroces ꝓcero corpore
aĩo q̃ magno magiſ q̃ firmo. Gallos quorum Iulio Ceſ. belli gallici
libro tertio auctore: ut ad bella ſuſcipienda alacer non ſolum ſed
promptus eſt animus ſic mollis ac minime reſiſtẽs ad calamitates

perferendas mens eorum eſt: atque inquit romanæ pater hiſtoriæ
hoꝝ etiam quidem corpora intoleranti ſſima laboris atque æſtꝰ flu
ere: ꝓmaque eoꝝ eſſe prælia plus q̄ uiroꝝ poſtrema minus q̄ fœmi
naꝝ iáque cognitũ eſt Si primũ impetum quem feruido ingenio &
ceca ira effundunt ſuſtinueris fluũt ſudore & laſſitudine membra
labant arma mollia corpora: mõlles ubi ira cõſedit animos: Sol pul
uis ſitis ut ferrum non admoneas proſternunt. Quid de nonnullis
Aſiæ partibus Phrygia Chariaque dixerim: nonne ſi Ciceroni cre
dimus & ueteri ꝓuerbio phryges plagis fieri ſolere meliores: quid
de tota Charia: nõne ꝓuerbio etiam increbuit: ſi quid cum pericu‐
lo experiri uelis in Charia potiſſimũ id eſſe faciẽdum: quid porro
de Cretenſibus dicã quos Epimenidis poetæ ſententia quã poſtea
Callimachus uſurpauit: & mendaces & malas beſtias & uentre pi‐
gros ſemꝑ fuiſſe conſtat: deniq; qui proximi ſunt ad axem meridia
num ſubiectiq; ſolis curſui uel ad orientis plagas uergunt breuiori
bus corporibus ſunt ob cæliq; tenuitatẽ ex acuto feruore ad conſili‐
orum bellicorum cogitatões incredibili ſolertia expeditius celeriꝰq;
q̄ cæteri mouentur atque ut ingen i & artis plurimũ ita & animi paꝝ
habent. propter ſanguinis enim exiguitatem ſolis calore exhauſtã
ferro reſiſtere formidoloſiores ſint conſeq̄ns eſt: Lucanus: Q uic
quid ad eoos tractus mũdiq; teporem labitur emollit gentes clemẽ
tia cæli Illic & laſſas ueſtes & fluxa uiroꝝ uelamẽta uides Sub ſeptẽ
trionibus autem quæ nutriuntur gentes ac nationes ĩmanibus cor
poribus & ſanguine plurimo ab humoris plenitudine & craſſitudi
ne cæli perfuſi hebetes ac tardas ut habent mentes ita & animo qui
dem magno ſunt & elato: ꝑinde ad armorum uehementiam ꝓcli‐
uiores ſunt: ſanguinis enĩ copia ſine timore in ferrum ruunt & uul
nera Q uod ſi in dubium cuipiam forte ueniat ardentiſſimus duo
bus in locis teſtis Lucanus accedit: in altero quidẽ his uerbis: Certe
populi quos deſpicit arctos fœlices errore ſuo quos ille timorũ ma
ximus haud urget læti metus inde ruendi in ferrum mens ꝓna ui‐
ris animaeq; capaces mortis & ignauum eſt rediture parcere uitae
is in altero Omnis in arctois populus quicunq; pruinis Naſcitur in
domitus bellis & Martis amator Alpina etiã corpora humecto cæ‐
lo educata ſimile quidpiam niuibus ſuis habent ſuoque ſimillima
cælo utuntur ut ait poeta Quom enim mox pugna incaluerint ſtã
tĩ ĩ ſudorẽ eũt & leui motu q̄ſi ſudore laxãtur: quõ igitur acutiores



& ad motum proniores efficiat calidus aer hominum mentes refri
geratus autem contra tardiores: quod pigrum contractumq; ẽ fri‐
gus ut in ſerpentibus eſt uidere quæ ſolis incendio exploſa humo
ris refrigeratione curſu & corporum dimicatione mouentur acer‐
rime. hyberno autem tempore ab humectatione cæli refrigeratæ ĩ‐
mobiles ꝓpemodum fiunt atq; ſtupentes: ex his itaque qui mediam
quandam locoꝝ regionũque qualitatẽ ab origine nacti erunt eligẽ
tur ꝙ utriuſque naturæ participes ſint ad cædẽ mortiſq; contemptũ
ad intelligentiam uigoremq; animi dimicationibus impartiendum
idonei. Adde ꝙ ſalubris hæc utrinq; mixtura ad omnes actus: ritus
mores: ſenſus fœcunda efficit ingenia imperii omnis totiuſq; natu‐
ræ capacia ut italorum omnium qui contra barbaroꝝ uirtutes forti
manu: conſiliis uero contra meridianoꝝ cogitationes orbis terraꝝ
imperio potitis inuictas & immortales laudes conſecuti ſunt: quas
etiam inter hos ut facile conſequamur adhibendi erunt præſtanti ĩ
genio uiri militaris diſciplinæ gnari: quos ſumma cura & diligẽtia
niti decet ne quis militum ætate minor aut q̄ uirtꝰ poſcat aut maior
q̄ patiatur humanitas contra morem ueterem deligatur ætatis autẽ
huiuſmodi initium ad finem Tubero in hiſtoriarum primo ſcri‐
pſit Seruium Tullum prudentiſſimum ro. po. regem a. x vii. ad an
num uſq; quadrageſimumſextum milites ſcripſiſſe ꝙ idoneos tũc
eſſe populos ro. arbitraretur. Similiter ſenatum triumuiros binos
creaſſe in hoc militum delectu ſolitum accepimꝰ: altera qui alteros
alteros qui ultra quinqueſimum lapidem in plateis foris & concilia
bulis omnem copiam ingenuorum inſpicerent: & ſi qui roboris ſa
tis ad ferenda arma habere uiderentur etiam ſi nõdum militari æta
te eẽnt: milites facerẽt tribuni plebis ſi his uideretur ad populũ fer
rent ut qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſẽt hiſ
proinde ſtipendia procederent ac ſi ſeptem & decem annorum aut
maiores milites facti eſſent. Nec aliter dictator ex auctoritate pa‐
trum dictus Iunius &. T. Sempronius magiſter equitum delectu
edicto iuniores ab annis decem & ſeptem & quoſdam prætextatos
ſcripſere quattuor ex his legiones & mille equites efficientes Mace
donum regum Philippus primo ac mox Alexander non prætexta
tos & impuberes nec ſpectati roboris iuuenes tantum ſed uetera‐
nos etiam qui ſuperiori tempore ſæpe ac diu in caſtris uerſati eſ‐
ſent ad exercitum deligenos cenſuit q uoſque non tam milites q̄ ĩ

militum præfectos & tribunos uirtutis ac ueneratione & ſapientiæ
magnitudine deletos iure diceres: Proceritatem ſunt deinde qui in
hoc delectu ſpectari debere maxime putent: fortitudinem nanq; &
uirium magnitudinem conſiſtere quemadmodum formæ pulchri
tudinem in magno corpore aiunt. Non ab re igitur delectori ſuo
Pyrrho dixiſſe ferunt tu grandes elige ego eos fortes reddam Nec
multum id tamen refert ſi cætera probitatis inſignia coeant proceri
ne ſint an ſtatura breuiore. Præſtat enim uirium q̃ ſtaturæ rationē
habere unde equites ro. binum fuiſſe cubitoꝝ clari nec deſunt au-
ctores ut. C. Marium quom facultatem haberet deligendi exercitꝰ
ex duobus qui ſub Rutilio quiq; ſub Metello ac poſtea ſub ſe ipſo
meruerant rutilianum quempiam minorem quoniam certioris diſ
ciplinæ arbitrabatur militē præoptaſſe. Idem Mariꝰ declaratꝰ coſ.
militum agens delectum capite cēſos militiæ aſſcripſit: quod genꝰ
hominum ab īperatoribus cæteris antea nunq̃ receptum fuerat: ar
ma enim ueteres illi nō niſi cum ingenuis hominibus cuiuſdamq;
cenſus & benemeritis partiri ſoliti ſunt: iudicantes cēſum ad res be
ne gerendas ut pignus eſſe. id autem ab. C. Mario præter legem
moremq; maioꝝ: alii per ambitionem conſulis: alii bonorum ino-
pia factum memorant: ueritus autem poſtea hanc militum electio
nē in ſui nominis ſugillationē uerti poſſe: & ueluti capite cenſum ī
peratorem compellari eiuſcemodi militiæ genus oblitterandū du-
xit: & quanquā adhunc uſq; diem capite cenſum militē etiam nobi
lem romana res publica deligendum egre tuliſſet: cælis antē ſerui
libus & paſſoꝝ caſulis mancipioꝝ ut ita dixerim colluuionem quē
dam deligere & tanquā ualidiſſimū robur legiōibꝰ ſuis adiicere co
acta eſt. Bello etiam punico ſecundo quom deeſſent qui ſcriberen
tur: ſerui pro dominis pugnaturos ſe policiti in ciuitatē recepti ſūt:
& uolones quia ſponte hæc uoluerunt appellari eiuſdem etiam bel
li punici tempore infœlicibus quibuſdam præliorum ſucceſſibꝰ cō
fectis: imminutiſq; romanoꝝ legionibus ſenatus cenſuit: ut publice
ſerui emerentur: proinde quattuor & uiginti milia ſeruorum em-
pta fuiſſe conſtat: hoſque iureiurando adactos fortiter ſtrenueque
quoad pœni uexarent italiam laturos arma in caſtra tranſmiſit: Ad
Cannas quoque uictis romanis ſimilem formam noui delectus in
opia liberoꝝ capitum ac neceſſitas dedit: octo milia nāq; iuuenum
ualidoꝝ ex ſeruitiis prius ſciſcitantes ſingulos uellent ne militare



empta publice armauerunt: quumq; ſex milia romanoꝝ quæ in ca-
ſtris Hannibalis captiua erāt minoris redimi poſſent: maluit ſe res
publica ſeruis in tanta tempeſtate committere in q̃ & prætextatorū
plurimos arma tuliſſe & abdictoꝝ & ultimo ſupplitio plectendorū
ſex milia etiam conſcripta fuiſſe memorant. Sed poſt calamitatem
apud Tranſimenum nocte cladis acceptam: libertini quoque in ſa
cramentum uocati ſunt bello ſotiali cohortum. xii. milia ex liberti
nis conſcriptaꝝ opera memorabilis uirtutis apparuit aduerſus gal
los. L. Furio duce quom latini qui a romanis ſubiugati erāt milites
præſtare nollent ex romanis tantum tyroneſ delecti ſunt factæq; legi
ones decem: qui modus. lx. uel eo amplius armatorū milia paruis
adhuc rebus romanis efficiebat Cæſarem quom milites in amiſſo-
rum locū ſubſtitueret ſeruos quoque ab amicis accepiſſe & eorum
forti opera uſum eſſe comperimus: Cæſar Auguſtus ī germanis &
illirico cohortes libertinoꝝ complures legit: quas uolūtarias appel
lauit. Ac me putes hæc tantum contigiſſe rei pu. noſtræ Boriſteni-
de oppugnante Zopyrione ſeruis liberatis dataque ciuitate peregri
nis & factis tabulis nouis hoſtē ſuſtinere potuerūt: Cleomenes lace
dæmonius quom mille q̃ngentis ſoli lacedæmonii qui arma ferre
poſſent ſuperfuiſſent: ex ſeruis manumiſſis bellatoꝝ nouem milia
conſcripſit: Athenienſes conſumptis publicis opibus ſeruis liberta
tem dederūt. Cato Cenſorius eo item milite q̃ſquis ille eſſet ſibi o-
pus non eſſe aiebat qui ut intereundum manus ita interpugnandū
pedes agitaret quique in ſtertendo q̃ hoſtibus in clamando lōgius
ſentiretur: Rurſus hic ſe iuuenibus dicebat magis oblectari qui ru
beſcerent q̃ qui pallore perfunderentur: Idem in pinguem q̃ndam
acerbe maledictis inuectus e quibus enim ī rebus huiuſmodi cor
pus ciuitati fructuoſum fore putas: interrogauit cuius inter guttur
& inguem cuncta ſub uentris ditione poſita eſſent: neque aliter ma
gnis atque præpinguibus dux ille thebanus Epaminūdas infeſtum
ſe præbebat quippe qui & talem quempiam amouit exercitu: inqui
ens uix tribꝰ quattuor ue clypeis tegi eius uentrem: cuius magnitu
dine ſuam ipſiꝰ mentulam ne uidere quidem poſſet nimis ſimiliter
pingui homini & corpulento militi cenſores quondam equos adi-
mere ſolitos legimus: minus idoneum ſcilicet ratos eſſe eum tanti
corporis pondere ad equitis munus obeundum: Cæſar militē neq;
armorum urbanitatē neq; a formæ dignitate: neque ab externorū

bonorum copia:ſed a uiribus corporis tantum deligendum probat
maiores ſuos credo ſecutꝰ:uera enim illa Romuli proles agris uil
liſque exercitata ut firmiſſimis per ualida corporibus:ſic ad militi
am quom opus eſſet ſemper fortiſſimos uiros & milites ſtrenuiſſi
mos ex ruſtica plebe diligens præpoſuit urbanæ utqꝫ omnē uillam
ortum ueteres appellant ꝙ ibi qui arma capere poſſent orirētur:ſic
finitis quoqꝫ belloꝝ operibus augendæ rei pu.cauſā urbes inſtitutæ
erunt:quas uictoribus militibus pro eoꝝ meritis aſſignarent & ab
incolendo colonos appellauere.hinc etiam ciuitates a maioribus ci
uitatibus ueluti populorum examinibus conditæ coloniæ nuncupā
tur.Sic Iulius Cæſar militem a colendo rure deductum intra ſtipē
diaria merita detinuit ueteranoſqꝫ incolonias dimiſit. Diuus æque
Augu.exercitus qui ſub Antonio aut Lepido militauerant pariter
& ſuorum legionum milites colonos fecit alios in italia alios in pro
uintiis quibuſdam deletis hoſtium ciuitatibus nouas urbes conſti
tuit quoſdam a ueteribus oppidis deduxit & colonos nominauit: il
las quoqꝫ urbes quæ deletæ a regibus aut dictatoribus fuerāt quaſqꝫ
ciuilium bellorum interuentus exhauſerat:dato iterum coloniæ no
mine numero ciuium ampliauit romana quoque res pu. quom ne
ceſſaria admodum eſſet militia in urbe ad uim ui hoſtium propel
lendam uixque fieri poſſet quo idē ſemper militiæ munus obirent
rem ut omnibus conducibilem in urbe retinuit:munus autē huiuſ
modi pro cuiuſque hominis conditione intercapedine ac uiciſſitu
dine quadam curauit.Quapropter & agricola quom uiciſſitudo &
rei pu.neceſſitas aderat relictis agris ad arma ꝓficiſcebatur omiſ
ſoque agricolationis artificio quaſi alius factus militabat rurſuſqꝫ
ad artificium redibat non ut miles uel belli dux ſed ut artifex:nec e
rat illis pudor depoſitis armis anguſtia rei familiaris coactis agre
ſtē uitam repetere:ea nanqꝫ ætate ciuitatis ꝓceres in agris uerſaban
tur:& quom conſiliū publicū fieri ſolitum erat a uilis accerſabātur
in ſenatum:quod uſqꝫ adeo uerum eſſe conſtat ut Attilium Seranū
imperium populi ro.ſuſcepturum dati honores ſerentem inuene
rint:unde & cognomētum poſtea aranti etiam illa quattuor ſua iu
gera in uaticano quæ prius prata quintia dicebantur. L. Quintio
Cincinato uiator attulit dictaturam ex qua obſeſſi cōſules & exer
citus liberator depoſitis faſcibꝰ rurſus ad eoſdē boues rediit bubſe
quuſqꝫ denuo factus eſt.C.item Fabritius & Curius dentatus. alter



Pyrrho finibus italiæ pulſo domitis Alter ſabinis non minori indu
ſtria agros coluit ꝗ ſtrenue ac fortiter armis hoſtes quæſiuit: Nec
aliud de.M.Furio Camillo multiſque aliis romani generis memo
rabilibus ducibus ad hoc ſemper duplex ſtudium uel defendendi
uel colendi patrios quæſitos ue fines incūbētibus coniectari:licet te
ſte Lucano quom īquit:Paupertas fugitur totoque accerſitur orbe
Quo gens quæque perit nunc lōgos iungere fines Agroꝝ & quon
dā duris ſulcata Camilli uomere:Et antiquos Curionū paſſa ligōes
longa Sed ignotis extēdere rura colonis:Quom diſtinctio honos
que ciuitatis ipſius Nō alium deeſſet nec prima maioꝝ cognomīa
nō aliunde enī Fabios ꝗ ab agroꝝ foſſione fobios qdam non ince
lebres ꝑmū dictos putant mutatiſque geminis litteris fabios deinde
cognominatos:uel a fabaꝝ exactiſſimo cultu.Fabioꝝ enim lētuloꝝ
Ci.que cognominationē admittebant ut quiſque aliqd optime ge
nus ſereret.Sic iunioꝝ familiam bubulcum noīarunt qui bobꝰ ute
batur:nec ſolum ſemina ac boues ſed ſcrofam etiā & aſinā uiris nō
mediocribꝰ Tremelio & ꝑncipi Corneliæ gentis cæteriſque corne
liis & ſcipionibꝰ cognomēta praebuiſſe non ē obſcuꝝ: Syluius de
nique a quo oēs albanoꝝ reges Syluii ſunt uocati: non aliunde ꝗ ꝙ
ſyluis & rure fuerat educatus:hoc ſibi apud latinam gentem nomē
aſciuit:& quoniam ruſticæ tribus laudatiſſime eorum qui rura ha
berent urbanæ uero in aquas tranſferri ignominia eſſet deſidiæ ꝓ
bro:ea porro ratione ut ex agricolis milites deligerētur factum eē
reor:quoniam minime male cogitantes duratis ad omnem maloꝝ
tolerantium membris & æſtum & puluerem & frigora & niues pa
ti:uada fluminum traiicere:celeribuſque plantis montes ſuperare
aptiſſimi ſunt.Adde ꝙ delitiarum omnium ac uoluptatum cōtem
ptores iure uidentur non multifacere oportere in bello cum tot la
boribus tantiſque malis affecti liberentur.Neſcio enim quo pacto
fit ut is mortem minus reformidet qui laute minus uixerit. Neqꝫ ta
men inficiandum reor fortiſſimos ac optimos græcoꝝ romanoꝝqꝫ
milites cum laude & dignitate ex urbibus ad militiā fuiſſe delectos
ueꝝ quia hi tunc non otio:non lāgore:non deſidia:non luxu: non
umbris:non delitiis:cæteriſqꝫ uoluptatibus infringebantur pericula
ſubire ſoliti ex infamiæ pudore & gloriæ cupiditate quales Home
rus aliquot ex ciuibus etiam facit ut Hectorem & Diomedem Ro.
rei publi.regnique illius ampliſſimi ſalus ac fundamentum erant:

Noſtræ autem ætatis milites urbani & inertiæ ſplēdido apparatu un
cti & nitidi ac urbium illecebris deliniti cum loci diſciplina ſeueri
or firmet ingenium aptumq; magnis conatibus reddat ſi maiꝰ con
ſerere debeant quom in leui armatura parꝫ habeant fiduciæ:ĩn gra
ui minimum alacritatis crebro non tam ducibus ſuis cōferre ad ui
ctoriam ꝗ̄ hoſtes irritare ad prædam ſolent:unde & Hānibal quō
apud regem Antiochum profugii cauſa diuertiſſet: faceti ſſime ca
uillatus eſt:eaq; cauillatio huiuſmodi fuit:Oſtendebat ei Antiochꝰ
exercitum ingentem quem bellum po.ro.facturus comparauerat
purpura:inſignibus auri & argenti fortunæ apparatibus florentē:
inducebat etiam falcatos currus & elephantes cum turribus equita
tumq; cum frænis:monilibus faleriſque profulgentem atque ubi
rex contemplatione tanti ac tam ornati exercitus gloriabundꝰ Hā
nibalem aſpicit.putas ne inquit cōferri poſſe ac ſatis eſſe credis ro
manis hæc omnia:tum pœnus illudens ignauiam imbelliamq; mi
litum eius pretioſe armatorum plane ſatis eſſe credo romanis hæc
omnia etiam ſi auariſſimi ſunt:nihil ꝓrſus nec tam lepide nec tam
acerbe dici poterat Rex enim de numero exercitus ſui ac de exiſti
manda æquiparatione quæſiuerat:Reſpondit Hannibal de præda
tanquā ad eam huiuſmodi homines expoſiti ſoleant eſſe: Doctus
enī erat pœnus horridum militem ferro & armis fretum eē debe
re:nō cælatum purpura auro atque argēto illitumque inſignium ar
moꝝ apparatum prædā uerius ꝗ̄ arma eſſe utq; nitentia ante rē: ſic
deformia inter ſanguinem & uulnera uirtutemq; eſſe militis decus
& omnia illa uictoriam ſequi & ditem hoſtem quāuis pauperis ui
ctoris premiū eē:eos ſi deniq; milites Naſo a militari re ſua ne dū
arcet ſed eſſe procul tanquā peſtē & labem quandam iubet:qs eos
credet ad robuſtā militiam admittendos niſi forte cum Dario uel
Thraſone potius ad imitationē expugnandæ thaidis lenonū muli
erum ac ſpadonū agmine cæteroꝝq; qui miniſtri ſunt uoluptatū &
ſordidi queſtus ac uiliſſimarum artium ueneri militiam ſuā deuo
uerit:Marte cōtēpto non ſolū cōtra Hannibalis:ſed Catonis quoq;
ac ueteris militiæ inſtitutum:quod Lucanus breui quodam præco
nio his uerbis expreſſit:Hirtam membra cuius romani more qui
ritis incluſiſſe togā:hoc ꝓfecto tantus auctor haud quaquā extuliſ
ſet:niſi durioris etiam togæ uſus de ꝗritum cōſuetudine ꝓceſſiſſet
Tales deniq; ex omni genere hominum deligi debent qui non uti



Samnites uibrent haſtas ante pugnam quibus in pugnando nihil
utantur:ſed qui ipſis quibꝰ præluſerint pugnare poſſint & ualeant

De delectu equoꝝ Ca.IX.

Nunc quoniam de militum delectu abunde ſatis dictū eſt
equoꝝ ad pugnam deligendoꝝ rationē & ſigna ineamꝰ:
per quæ militiæ incumbentes excellentis equi notas intel
ligant ne fallantur empturi & operam ſimul & impenſam perdant
In ignauo hic probatur natura:moribus:colore:forma:& educatio
nis loco Natura probatur ſi hilaris:ſi laſciuus:& alacer ſi intrepidꝰ
Si nouæ rei haud quaquā terretur aſpectu.Ex moribus qui ex pla
cido & concitato mitiſſimus fit quiq; ex ſumma quiete facile cōmo
ueatur uel excitatus feſtinatione nō difficili teneatur hoc eſt hono
ris appetens cum temperantia ac pudore promptus cohortatione ſo
lum & ratione regatur.Alter e contra improbandus qui intortus &
multiplex:inglorius:& contumax uix flagello ſtimuliſq; obtempe
rans nec habenis nec uerberibus coerceri poteſt: ſed interequitan
dum calcitrat ac domitis frænis ne regi poſſit uiolentia equitem au
rigamq; ſuum mordet & in præceps quo per ſe timuiſſet deſcende
re:perturbat & rapit:quo fit ut ſi quando hoſtibus obuia ſit eundū
neceſſe ſit equites aut poſtremos in agmine conſequi aut eoꝝ mali
gnitate inutiles reddi:colores inter multiplices eorum mixtas facies
hi duo tantum re uera potiſſimum ſpectandi:Cādidus quadam ni
tenti luce perfuſus ex omni quoq; parte niger intermixtus:Albꝰ de
inde nigris punctis interuenientibus & ſpadix glaucuſq; hoc eſt ex
uperantia & ſplendore ruboris quales ſunt fructus palmæ arboris
non admodum ſole incocti:unde ſpadici fœniciei nomen eſt.For
ma deligetur ut ſi arguto & breui capite & ſicco: pelle propemodū
oſſibus adhærēte:ceruice ardua & erecta:auribus breuibus & acu
tis:oculis magnis & prominentibus nigriſque ſiue fellineis ideſt ꝗ̄
ſi quodam ſplendore perfuſis:naribus patulis duobus utrinq; fora
minibus quibus auras captare uberius faciliuſque reciprocare ani
mam poſſint:coma denſa & in dextrum latus protendente: pecto
re lato:uentre ſubſtricto:paribus & exiguis teſtibus : rotundis clu
nibus:promiſſa cauda:mollibus altis erectiſque cruribus pedibuſ
que ſiccis:altis:concauis:atque rotundis:uniuerſo corpore compo
ſito auriculatim diſtincto grandi ſublimi erecto & ĩ aſpero loco ut

Xenophonti placet educato. ut autem Satyra inquit: Nem̄pe uolu
crem ſic laudamus equum: facili cui plurima palma feruet & exul
tat rauco uictoria circo Nobilis hic quocūq; uenit de gramine cuiꝰ
Clara fuga ante alios & primus in equore puluis.

## Rationes gentium in deligendis ducibus Ca. X.

Electis militibus & equis ad pugnam idoneis quis potiſ
ſimū illis præficiēdus ſit dux quærimus uoluntates & gē
tium ſtudia ī his declarātes: iudæis alienigenam lex præ
fici uetat ne auctoritas īperio religionis ſuæ cultū inuertat ī aliis du
ces & imperatores externi patria & natione nobiliſſimi reperti ſunt
unde & ex oraculo ægyptiis dictum eſt ut auxiliatore hebræo cōtra
ethiopas uterentur Carthaginenſes infracti bellis & cladibus mul
tis exinaniti Xantippum Lacedæmonioꝝ regē cum auxiliis ducem
bello præfecerunt: qui fortiter ac ſtrenue pugnantes romanos euer
terūt tarentini gilippo duce & ipſo lacedæmonio Athenienſes uice
re Galli Breno duce Britanno Italiam cepere. Roma inſuper incē
ſa romanos tamen quos labore & induſtria armis quoq; ac bellicis
inſtitutis cæteris nationibus græcorum pace dixerim præfloruiſſe
conſtat multi opinione ducendi regendiq; exercitus in cælum extu
lerunt. unde uir præcipuus Cynneas Pyrrhi legatꝰ quom Romā in
grederetur regum patriam ſe uidiſſe teſtatus eſt: quam ſententiam
uideo poetico illi nimium conuenire Excudent alii ſpirantia mol
lius æra Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus: Orabūt
cauſas melius cæliq; meatus Deſcribent radio & ſurgentia ſidera di
cent Tu regere imperio populos romanæ memento Hæ tibi erunt
artes paciſq; imponere mores: Parcere ſubiectis & debellare ſuper
bos. Cæteꝝ in hac ipſa ſententia pro ſe ne ipſi romani fauiſſe illi re
perti ſunt q̄ndo externos quorum uirtutem romanam rem creuiſſe
conſtat in ſupremos dignitatum gradus admiſere. Sunt qui aſtru
unt ſolas diuitias eſſe quæ ducum & imperatorum gloriam conco
mitentur & illuſtrēt: quibꝰ deficientibus uoluut ac prædicant nihil
arduum: nihil magnificū & excellens geri poſſe. Sic perſas ſic græ
cos ſic romanos non ſine diuitiarum copia orbis terrarum potitos
eſſe. Alii putant ad laureas & triumphos habendos fœlices dūtaxat
fortunatoſq; duces ſemper præfici debere. Aiunt enim quæ diuitiæ
uel copiæ gentium romanos fere ſubactos aduerſus Hannibalem



exiſſet niſi Cornelium Scipionem fortunatiſſimum imperatorē
qui illum apud Carthaginem relicta Italia ſolus fudit habuiſſent.
Quid ꝓfuiſſent inquiunt alii carthaginenſibus theſauri exuberan
tiſſimi aut exercitus ampliſſimi ad oppugnandam diruendāq; tot
annos Italiam niſi ipſum Hannibalē callidiſſimum audētiſſimūq;
belli ducem gentibus ſuis præfeciſſent Sic Epaminundam thebani
Leonidam lacedæmonii: Themiſtoclem athenieēſes fortiſſimos du
ces ſortiti ſunt. Alii & qui tecum rectius ſentiunt Sigiſmunde nō di
uitiis affluentibus: non fortunatis: non callidis et audentibus ducibꝰ
tantum. Cæterum ingenio atq; animi uirtute præditis decernenda ī
peria ſummos credendos magiſtratus eſſe putant. Parum enim ait
Cicero ſunt fortis arma niſi conſilium ſit domi neque fortuna aut
uiribus aut uelocitatibus aut celeritate corporum aut excurſiōe aut
ſaltu aut eminus haſtis aut cominus gladiis tantum res magnæ ge
runtur: ſed conſilio magis: ſed ratione ſententia: auctoritate atque
ſcientia: Quæ omnia ſiue deorum ſeu naturæ munere quom in te
eſſe omnes intelligant prædicent admirentur Quid miꝝ ſi te ducē
ad oēs belloꝝ euentus et magnifica quæq; conficienda uniuerſa hīc
inde deleget Italia: Quid de te autem reformident ſinguli refelle
req; palam audeant: unum hoc eſt. Aiunt enim quod tamē Epami
nundæ: quod Sertorii: quod Cæſaris: quod Auguſti: alioꝝq; pluriū
et maximoꝝ ducum ꝓprium fuiſſe legimus ſtrenui militis officio
fungi: fortitudinis opera manu ꝓpria edere: ac ſine ulla te exceptio
ne periculis nimis ingerere: quod quā glorioſū ſit q̄q; pernitioſum
ad maxima & plurima belloꝝ munera obeunda quom cōſilio pol
leas: uiribus præſtes: & cunctis tā ducibus quā militibus in utriuſli
bet officiis antecellas: tuo prudentiſſimo iudicio exiſtimandum re
linquo. Rariſſimum quidem decus: & quod inquit Criſpus de Iu
gurtha: de te imperatorum noſtri æui gloria omnium conſenſu di
ci poteſt. At ſane inquit ille quod difficillimū imprimis eſt & ī præ
lio ſtrenuus erat & bonus conſilio: & quoniam alterum ex prouidē
tia timorem: alterum ex audacia temeritatem afferre plerunque ſo
let glorioſum nomen tuum non tam fortuna & opinio q̄ uirtus: &
conſilium circunferat periculiſque obiiciat. Caue itaque oro ac du
cis ac militis officia militis diſtinguas obſecro: Tu enim longe me
lius noſti quæ ſint ducis partes & quæ militū fortitudo atq; ꝓfeſſio
debet Quæ ſeorſum a duce exigenda præſtanda nō ſunt niſi forte

cum ſumma neceſſitas incumbit:legimus fortiſſimum ducum Marium ꝓuocanti ipſum ad ſingulare certamen Reſpondiſſe ſe ſi mori uoluiſſet multotiens ſuſpendio potuiſſe & ſapientem nõ quærere pugnam ſed potius cogitare uictoriam. Ecce uirum gloriæ cupidiſſimum & romanum diſcernentem quid inter ducis & militis officium intereſſet & reputantẽ ſæpius ducem ſine exercitu ſaluũ euaſiſſe q̃ exercitum ſine duce Vides iclyte dux Marium declinauiſſe ſingularem congreſſum quem nullum ferme militum legim9 recuſaſſe:ut eius exemplo diſcas quæ ſunt militis ſpernere & quæ ĩperatoriæ maieſtati conducat adimplere:quod ſi te paꝝ mouet ob ſanguinis ignobilitatem Marius:Audi de gente Cornelia Scipionẽ nõ quemlibet ſed illum qui uirtutibus ſuis Aphricani cognomen adeptus. Hic enim quom á quodam ꝙ paꝝ pugnax foret argueretur ignauiæ crimen:lepida reſponſione ſubmouit inquit & enim recolo matrem me imperatorẽ peperiſſe non militem. Metellum quoque quom multi clamarent ut ipſe ſingulari certamine cum Sertorio ꝓuocante dimicaret:dux cum duce:& romanus cum romano: detractantem uero pugnam ut ignauum aſpernabatur:ſed ipſe Metellus hæc dicentes merito contemnebat. Ducem etenim ut inquit Theophraſtus non militis ſed ducis obire mortem decet. Nec te moueat dux præcellentiſſime Sigiſmunde ꝙ Alexandrum magnum legamus & imperatoris & militis ĩpleuiſſe munus:ſed memẽto ꝙ a ꝓncipe rei mili. peritiſſimo atque probatiſſimo laudatus ſit ſolum ꝙ parua manu aduerſus maximos exercitus ſteterit uiceritque & ĩ extremas mundi partes peruenerit pugnans ultra ſpem exiſtimationemque mentium humanarum:nam ꝙ manu promptus & pugnaciſſimus fuerit quom & Gregarii militis laus ſit gloriæ illi principi non aſſcripſit:tantus iudex ac teſtis quantus Hannibal cum Scipione conferens fuit. Neque Catilinam peſſime factionis tibi imitandum proponas uelim de quo Saluſtius ſcriptum reliquit Interea catilina cũ expeditis in prima acie uerſari laborantibus ſuccurrere ĩtegros ꝓ ſauciis accerſere omnia prouidere:& præter hæc imperatoris officia quod militis eſt ſubdit multum ipſe pugnare:ſæpe hoſtẽ ferire ſtrenui militis et boni imperatoris officia ſimul exequebatur Alia quidem ratio eſt eius quod fieri debet:alia eius quod ille faciebat. pugnabat enim deſperatione plenus:poſtquam ut ille ait: uidet montibus atque copiis hoſtium ſeſe clauſum in urbe res aduerſas neq̃ fugæ neq̃ præſidiũ eſſe ſibi ullam ſpem:optimũ factu ratus ĩ tali re fortunam belli temtare ſtatuit. Promittebat enim cuncta ſibi ſi uinceret & deſperabat omnia ſi uis hoſtium præualeret:ná nec ego uelim te penitus non pugnare:ſed tunc te manũ conſerere probo quõ de ſumma reꝝ agetur:quom cuncta ſicut optimum ducem decet prouideris quom neceſſitas tulerit quom cupias ingenti periculo ut ſæpe ſoles uideris occurrendum. Audi Craterum Alexandrũ ſuum admonentẽ: Quanta libet inquit ille uis omnium gentium conſpiret in nos ĩpleat armis uiriſque totum orbẽ claſſibus mare conſternat:inuſitatas belluas inducat: tu nos præſtabis inuictos & ſubdit:Sed quis deoꝝ hoc Macedoniæ columen accitus diuturnum fore polliceri poteſt:quom tam auide corpus periculis afferas oblit9 tũc tot ciuiũ animas trahere te in caſſum: ac poſt plura quocunq̃ iuſſeris ibimus obſcure pericula: & ignobiles pugnas nobis depoſcimus: Te metipſum ad ea ſerua quæ magnitudinẽ tuã capiunt:cito gloria abſoleſcit inſordidis hoſtibus. Vides ne quã regula ducis pugna limitetur:& ubi conueniat imperatorẽ manus iniicere Et quid putas ne ſi quotidie te periculis obiicies non aliquãdo fortunam inuenire tuam Tragicum eſt iniqua raro maximis uirtutibus fortuna parcit: Nemo ſe tuto diu periculis offerre tã crebris poteſt:quem ſæpe tranſit caſus aliquando inuenit. Noli itaq̃ in paruis ac minimis experiri fortunam:ſatis enim periculo tuo ĩmo noſtro quantum ad gloriam attinet Sigiſmunde te pluribus oſtendiſti:ſatis picentibus:ſatis etruſcis:ſatis inſubribus:ſatis latinis ac barbariſ ducibus:ſatis amicis:ſatis deniq̃ hoſtibus te mortis omniſq̃ periculi contemptorẽ:manu ac corpore ſtrenuum & ad horrenda omnia quiſquis caſus ĩmineat expeditum: Fauit deus nunc exhibendum prudentiæ temperamentum & cautionis modus:ut quæ geſſiſti cõſilio & animi magnitudine:non impetu:non temere geſſiſſe uideare:deniq̃ corporis habitudo & integritas formæq̃ dignitas: nõ mũditiis culta:ſed uirilis & pene militaris : ut Liuius inquit: Non nihil etiam ducibus ſolet conferre quæ ſi deſit non uſquequaque tamen expetenda eſt:uel quo minus militent aliis ue præficiantur omnino repudianda modo animo præſtent & harum rerum quas modo diximus cognitione uerſentur. Iure etiam diui Traiani ſententia militabant qui aliqua corporis parte debilitati uel minuti ſunt:atque ĩ multis ſane urbis Romæ exterrarumq̃ gẽtium ducib9 ẽ intelligere

Nanq; præter Marium præclarum ducem uaricibus laborantē le-
ginibus:& Camillū quom præneſtinos & thyrrenos prælio uicit:ſe-
nem pariter & ęgrotum & Iulium cæſarē dictatorē ſemel: atq; itē
inter res gerendas comitiali morbo correptum. Q. quoq; Cicero-
nē magni Ciceronis fratrē tenuiſſimæ ualitudinis multa:& grauia
bella ſub hoc duce in Gallia prudēter ac perſtrenue adminiſtran-
tē. Apud lacedæmonios nec minus Lyſandrū: Sæpenumero ul mor
bi ac magnitudine mentis uiribus & corporis deſtitutum Ageſi-
laū quoq; eoꝝ quōdā regē Claudum pinde ſummæ an eū rei præ
ficerent diu multumq; deliberaſſe deniq; ſtatuerunt ſatius eſſe in-
greſſu regem ꝗ imperio regnum claudicare:utq; Syllam & Cottam
nō obſcuros ſane duces eo habitu fuiſſe naturæ perhibētur ꝙ uno
tantum teſticulo nati memorentur. Sic Sertorium:Oratium Cocli
tem Philippum Antigonum & pœnoꝝ ducem Hānibalem qui oēſ
maxime bellaciſſimi fuere:altero non teſticulo caruiſſe ſed oculo
aliæ fideles tradunt hiſtoriæ. Quo autem ad formæ dignitatem ſpe
ctat Scipio Aphrican9 & Iul.Cæ.& ſi ꝓcero corpore fuerint:breui
tamen Antigonus Alexander Macedo & Auguſtus nec tamē eoꝝ
magnitudini breuitas nec breuitati magnitudo obfuit nec detraxit
famæ:& ad tumulum Archemori dum ludos ſolennes Græçia cele
braret Tydæum capaneo præſtitiſſe poetico præconio perceIebre
eſt:a quo humili admodum ſtatura & exigua thebanos oēs certa-
minibus longe ſuperatos fuiſſe traditur. gerendæ igitur hui9 rei di
gnitas & ſumma merito illis tradetur:quibus explorata ſint omnia
quiq; conſilii auctoritatis ſciētiæ:multaꝝq; reꝝ geſtaꝝ titulis illuſtra
ti præſentes non modo prouocent ad uictoriam:ſed eorum cōme-
moratione poſteros imitatione ſuccēdant.

Agminis ſiue incedentis exercitus ordo ſecundum græcam
romanamq; diſciplinam Ca.XI.

Vpereſt nunc agminis hoc eſt īcedentis exercitus ordo
circa quem ſumma imperatorum ac ducum uerſanda cō
ſideratio ē:quom ſit parium impariumq; reꝝ ſua tribueſ
cuiq; loca diſpoſitio:qua ſpreta neq; miles neq; imperator quicq̄ ua
let explicare:quom pedes equitem:peditemq; eques ſi ſint promiſ-
cui ſæpe numero ſe præpediant:ac ueluti ex theatro confuſe abeū-
tes ſe inuicē affligent atq; opprimant. E contrario uero ubi ſit rite
diſpoſitum agmen:ſuoq; quidq; ordine locatum ſine trepidatione



Imperator uictoriam ab omnibus optatam promittet. De hoc itaq;
ipſo breuiter a nobis ſecundum græcam rationē primo differendū
eſt:ab romana traditione deinde ſumentibus. Quom igitur ciuitaſ
in tribus diſtributa ſit:ex his Decuriones primum: de cuius tribu-
ni ſententia ex ipſo iuuentutis flore deligendi ſunt:ex his qui ætate
& prudentia qui pulchrum aliquid & gerendi & audiēdi ſtudio fla
grent: hos anteire oportet. Poſt hæc totidem deligendi ſunt ex his
qui ætate & prudentia maxime antecedant:qui poſtremi in ipſis cē
turiis collocabuntur. Decurionum uero ordo ob has præcipue cau
ſas ꝓbatur ꝙ qui priori loco collocati ſunt oēs principes fiunt:quō
que in dignitate ſunt magis ꝗ quom priuati impoſitum ſibi eſſe ex
iſtimant præclari alicuius facinoris gloriam quærere. Deīde quom
quidpiam agendum inſtet efficacius eſt magiſtratuum imperium
ꝗ priuatoꝝ primoꝝ etiam manus promptiori alacriorīq; ſe animo
offert:Si quidem a fronte periculum ingruat quom eam minime
lateat eum locum ſuæ uirtuti creditum eſſe. Et poſtrema ſi q̄ a ter-
go maior uis premat quom eam haud quaquā etiam fugiat deſere
re ordinem turpiſſimum eſſe:qui etiam poſtremum agmen ducit
hunc omni laude cumulatum uiꝝ eſſe cōuenit Si enim præſtāti uir
tute erit quom tēpus inſtabit:iubēs in hoſtem inuadere priorib9 ui
res adiiciet:Sin rurſus pedē referre opus erit prudenter abducēs ſu
os ꝓfecto magis ſeruabit incolumes:& hic ſecundum græcoꝝ rati
onemq; agminis ordo. Secundum romanam autem eiuſmodi erat
Nanq; auxiliares leues et ſagittarii præibant primo ad feſtinas ho-
ſtium incurſiones coercendas utq; ſuſpecta inſidiis loca ſcrutaren-
tur:poſt hos uiarum ſcrutatores qui aggerum maligna corrigerēt:
ſyluaſq; præciderent:ne perplexo itinere fatigaretur exercitus: de-
inde ſua ſuperioꝝq; ſibi rectorum impedimenta ferentes & defenſi
onis ergo plurimi cum his equitum:poſt quos princeps ipſe equita
tus peditatuſq; hos poſtea ſequebātur:qui remouendis urbibus ma
chinarum ac reliquorum tormentoꝝ genera deferebant. Chiliar-
chi deinde atq; præfecti & poſt hos circa aquilam cætera ſigna mili
taria:poſtque ſerui ſingulorum ordinum cum peditatu erant agmi
nis poſtrema multitudo mercenaria quam armorum actores ſeq̄-
bantur:& armati equites pediteſque non pauci. Cæterum pro tem-
pore & cauſis occurrentibus Iul. Cæſar octo legiones hac ratiōe &
ordine intereundū diſponebat quom hoſtem cominus ſentiret:ſex

legiones expeditas præponebat poſt has totius exercitus impedimē
ta inde duas legiones quæ minus firmæ ad dimicandum putabātur
ut agmen clauderent præſidioq; impedimentis eſſent:minoribꝰ au
tem expeditionibus tres legiones expeditas præmittebat deinde im
pedimenta:nouiſſime legionem unam quæ agmen clauderet:Ita q̄
drato fere agmine incedere ubi hoſtis ab omni parte ſuſpectus eēt
Et hæc de agminis diſpoſitiōe ſecundū utranq; diſciplinā dicta ſint

### Acierum inſtruendaꝝ uaria ratio Ca.XII.

Acierum ſi conflicturæ coeant utriq; hoſtium copiæ pri
mum optimi & ſapientiſſimi ducis munꝰ eſſe uidetur cō
ſtituere atq; diſponere qui prudēter fideliter ſtrenue ac
uiriliter hoſtem inuadant Quod ſi omnem ciuium equitatum ce
leriter ad mille equitum numeꝝ cōpleri neceſſe ſit: ad ducētos præ
terea peregrini conſtituēdi ſunt equites & inter ciues collocandi:hi
enim adiuncti uidentur mihi & firmiorē uniuerſum equitatū præ
ſtare:& magis emulatione quadam ad laudis & gloriæ cupiditatem
incendere ut certatim ſe inuicē uirtute ſuperare nitantur.Nec uero
me præterit lacedæmonios rei militaris peritiſſimos bellicoſiſſimoſq;
tum primum equeſtri gloria maxime clarere cœpiſſe: quom pere
grinos equites aſciuerint:& in aliis quoq; belloꝝ euētibus diuerſiſq;
nationibus conſtat peregrinas copias magnū ſibi & præclaꝝ nomē
peperiſſe:uſus enim ad promptitudinem plurimum cōfert:uidetur
præterea peditatus equitibus adiunctus ad rē gerendam efficaciſſi
mus eſſe:maxime ſi his hominibus conſtituatur qui hoſtibus īfen
ſiſſimi ſint:Sunt qui putent pro ratione acieꝝ illud Neſtoris apud
Homerum eſſe qui iubebat per tribus atq; partes eorum cohortes a
cieſq; græcorum coordinari ut & tribus tribubus & pars parti au
xiliaretur:ſatius & ſalubrius alii cenſent amatorem iuxta amatum
collocari debere:nam ordo ſecundum tribus non multum rationis
in periculis habet:uerum ſi cuneus ex amicis inter ſe amantibus ex
iſtit indiſſolubilis & inſeperabilis ad perferendos iuferēdoſq; ictꝰ
efficitur:Quom hi amatorum mirabili amore ferrea & adamātina
ut ita dixerim cathena teneantur & ſacram ut aiunt cohortem effi
ciant:quemadmodum Seſooſis in Arabiam ut ante diximus:quom
eorum qui eadem die geniti qua ipſe ſimulq; nutriti erant exercitū



a patre miſſus:atq; in hoc quoque ad primos ictus ſuſtinendos ſūt
qui ſuos cohortentur & eo ipſo ſuperiores ſe putent quo non inferi
ores in occurſu primo reperiuntur:hac arte ſiue ratione uſus Pom
peius farſalicis in campis:acies enim ab equo animaduertēs ut ho
ſtes nouit cum ſilentio congrediendi tempus ex ordine expectare:
ſuumq; exercitum ſine ſtrepitu non eſſe:immo turbulentum & īpe
ritia tumultuantem extimuit:ne in ipſo pugnæ initio penitus diſſol
ueretur:unde quom utriq; concurrendi ſigna danda eſſent: acierū
pirmos monuit ut in locis ſuis ſtarent & denſa confertaq; manenteſ
ſerie hoſtilem incurſum accitus donec intra pili iactum eſſent ſoli
diſſime exciperent:Qua quidem in re ſi Lucano creditur: ſteterit
licet ordine certo infœlix acies Cæſar tñ erraſſe Pōpeiū aſſerit.Pla
garum enim ictus impetu curſuque illatos ſubſiſtendo reſtingui ī
quit:feriendo enim & initio confligendo magnas uires īpetu & cur
ſibus adiici:& animos perinde ac flatibꝰ excitatos omni ex parte ſuc
cendi.Cæſar itaque quom ſiniſtrum Pompeii cornu conſpexiſſet
tot munitum equitibus timens armaturæ ſplendorem quinque ſiue
ſex ut alii ferunt obliquas poſt ſigna cohortes: quibus cum orbem
terrarum congreſſus eſt e legionibus eductas legioni decimæ a ter
go locauit:iuſſitque eas quietem agere:hoſtibuſque ignotas eſſe.
Sed quom irrueret equites admonuit:quod neque ut ſolitum eſſet
iacerent pila:feſtinarentque quemadmodum robuſtiſſimi ad per
ſtringendos enſes:ſed ferire eos altius iuſſit oculoſque fronteſque
hoſtium ad uulnera impetere:Non enim permanſuros eos fulgē
tes floridoſque inſultatores inquit neque cōtra ferrum inſpecturos
in oculo illatum illos iuuenes parum bellis ac uulneribus aſſuetos:
hoc itaq; impetu hac acieꝝ ſerie ratione & ordine inſtruitur utrinq;
acies.Pompeius octoginta & octo cohortes triplici ordine locauit:
fuerunt autem peditum.xl.milia:equites in ſiniſtro cornu.cccccc.
in dextro:ccccc.Præterea reges multi ſenatores equiteſque ro.plu
rimi abſque leuis armaturæ magna copia.Cæ.ſimiliter octuaginta
cohortes triplici ordine diſpoſuit:cui fuerunt minus.xl.M.peditū:
equites mille.His explicitis obſecrantibuſque militibus Cæ.pugnæ
ſignum dedit:erat forte in exercitu eius.C.Craſtinus qui priori tē
pore honeſto gradu ſub Cæſare militaſſet: tunc uero non militiæ
ſacramento quo ſolitus erat:ſed iure quodam amicitiæ euocatꝰ ade
rat uir bellica fortitudine memorabilis: Cæſaris nanque contione

intellecta & ut ab his utriſqꝫ ſigna dari uidit : alacri uultu e Cæſaris
phalange ꝓcurrens: ſequimini me inquit manipulares olim mei &
īperatori noſtro quam debetis operā exhibete ultimū hoc præliū
eſt: quo peracto ille ſuam dignitatem: nos noſtram recuperabimꝰ
libertatem: Dehinc uerſus in cæſarem: faciam inquit hodie impe-
rator: unde uel uiuo mihi uel mortuo gratias agas: hæc dicens ī ho
ſtes irrupit: eumqꝫ delecti milites circiter centumuiginti ſua ſpōte
ꝓſecuti ſunt. Erat nempe ut aliqui tradidere: nec diſſimile ueri eſt
quidam utrinqꝫ in ipſo pugnæ principio pius torpor qui ſtrictos iā
gladios contineret quom germanis ſuos fratres ab aduerſa acie: pa
tres filios & parentes filii uiderent: donec craſtinus hic præcipitanti
rabie uocem tolleret: pilumqꝫ torqueret: itaque prælium cœptum ē
quod niſi huius furor hominis acies miſcuiſſet: poterat fortaſſe du
cibus ipſis patientibus circa romāī imperii humanique generis ex
cidium mutua pietate componi. Sed proh dolor inuentus eſt q̄ cæ-
ſare ipſo differente ꝓperaret: imperiūque ſupremū irreparabili cla
de ꝓterreret. Steterunt enim acies ante magno ordine utrinqꝫ & bel
lo cœpto quom aliquādiu equis uiribus hinc inde dimicaretur. Et
Pompeius multitudine fiſus ad circūueniendum cæſarem equitatū
effunderet: ab utroqꝫ cornu cæſar ſuis equitibꝰ quos intentos in hāc
rem fecerat ſubito ſignum dedit: Qui dicto citius in effuſos facto
impetu: uere illos effuderunt ac dare terga coegerunt: Et ſecuta eſt
equitatum ardentiſſima legionum adeo conglobata ut quaſi una
manus omnium uideretur. Acceſſit & magni inſtar exercitus Cae
ſar ipſe ubique praeſens utrunque ſimul exhibens & fortiſſimi mi
litis & ſummi ducis officium & feriens & exhortans: Duæ ex om-
nibus illius per omnia diſcurrentis uoces annotatæ litteriſque man
datæ: ferox altera. Sed ad uincendum utilis miles faciem feri: alte-
ra autem pia: & hanc licet ad iactationem Cæſaris compoſitum in
hunc modum Florus dicat: Miles parce iam ciuibus : Pompeio ta-
men interhortandum tribuit Eutropius. Illa enim ut Floro aſſenti
ar Cæſaris uincere ſatagentis hæc eiuſdem uincentis ſeu iam uicto
ris miſerentis uox fuit: illa in medio prælii ardore ac iam uictis &
in fugam uerſis hoſtibus uſus eſt: ille etiam pie non conſentaneus
actus fuit quod cuilibet ſuorum uni hoſtium quem optaſſet uitam
dare permiſit. Nec minus ille ꝙ in tanto conflictu nullus inuen-
tus eſt niſi armatus in acie cecidiſſe : Pompeius turbatis ac territis



ſuorum ordinibus tantæ militiæ molem nec ſufferre ualēs nec attollere
tanquam inſano attonitoque tam ſimilis abiecit pondꝰ īperii ſeqꝫ in caſtra
recepit: nimis illi quod de alio eſt carmini conueniens: Iuppiter ipſe
pater curtus exterruit altos Aiacis ſtetit ille amens clypeumqꝫ tumē
tem Tergore ſepteno poſt terga immania iecit Hincqꝫ oculos uol-
uens moeſtus ſe auertit ab armis. Hæc ubi īgreſſus eſt caſtra tādiu
ſecum tacitus perſtitit q̄diu confligendo plurimi cum fugientibꝰ ſi
mul in cædem concurriſſent: ruptoque ſilentio tandem uocem hanc
unicam emiſit: Ergo ad cōgreſſum aliudque nihil locutꝰ: ſurgit ue
ſteque ſumpta: præſenti cladi accommodata caſtra exceſſit: ſeque fu
gæ credidit: nō tā uiuere cupiens q̄ metuens mori ne ſecū reliquae
legiones in caſſum traherētur: quo ſubmoto nemo amplius in acie
ſtetit: ſicqꝫ uniuerſus Pompeii fugit exercitus: cladeſqꝫ i caſtris per
magna facta miniſtrorꝫ eorꝫqꝫ qui cōtubernia defenderent: & quāq̄
facta cæſorum ratione milites tantum ad ſex milia cecidiſſe clariſſi
mus teſtis ſit Aſinius Polio qui tunc cum Cæſare militauit. Cōper-
tum eſt autem per alios nobiliſſimos auctores de legionibꝰ & equi
tatu Pompeii. xv. M. cecidiſſe. nam exterarum gentium & auxilio
rum quæ ex magna orbis parte cōfluxerant: īnumerabiles ſtrages
fuit: & eorꝫ qui uagi & inermes nullo ordine ad ſatietatem cædētiū
ſunt oppreſſi. Eorꝫ uero qui deditione in poteſtatem Cæſaris uene
rant numerum. xxiiii. M. & eo amplius fuiſſe litteris traditum ē: ſi
gna militaria centum octuaginta &. lxxx. aquilæ. Inter cæſos fuit
Craſtinus ut dictum eſt ardentiſſime dimicans: quē Cæſar eo præ
lio mira uirtute rem geſſiſſe & de ſe optime prædicauit : atqꝫ ita ut
prædixerat uel mortuo gratias egit. Pompeianorum enim multos
quom ſtrauiſſet in cōfertiſſimam aciem inuectus unius gladio ꝑ
ora illi ad oppoſitum latus adacto perfoſſus occubuit: notatumque
oris uulnere oris impetum punitum ultiōe iuſtiſſima periit. Domi
tius is qui ad cōfinium captus fuerat ac dimiſſus ex his qui Cæſaris
partes ſecuti non niſi ducenti milites ſunt deſiderati : Centuriones
xxx. uiri excellentes: Mirum dictu romanis ab utraqꝫ parte pugnā
tibus eam fuiſſe cladis imparitatem: ſed puto diis placuiſſe ut Pom
peium ſua illa uetus fortuna relinqueret: Pyrrhus in inſtruēda acie
apud Aſculum Homerici uerſus ſententiam inſecutus fertur: quo
equidem minus bellicoſi in medio collocantur: Elephantos & equi
tatum omnem in ſubſidiis eſſe iubens. Xantippus lacedæmoniorū

rent in auxiliū aliquando euocatus a Carthaginenſibus quos roma
ni ſæpenumero ꝑtriuerāt:inſpectis pœnoꝝ copiis atque in campū
deductis:quom in pcunctādo quemadmodum romani ſecum pu-
gnando ſemper ſuperiores euaſiſſent:pcepiſſetqꝫ:ac errata ſubin-
de quibus res eoꝝ ſubuerſæ forent q̃ſi diſciplinam quandam aperi
ens edocuiſſet in inſtruenda acie:ſic equitum:ſic peditum: ſic ele-
phantorum ordinem diſciplinamque digeſſit ut qui modo ne con
ſpectum quidē romani exercitus ſuſtinere poſſent ultro iam poſtu
larent ut ad hoſtes ducerentur.Cognito igitur militum ardore car
thaginenſium fortunam prælii ratus Xantippus aduerſus romāos
carthaginenſium acies ſic inſtruxit.Prima enim fronte elephantos
conſtituit:paulopoſt urbanam multitudinem dextro ac læuo cor-
nu:deinde mercenarium militē ueteranorūqꝫ robur diſtribuēs ex
peditos quoſqꝫ ac celeres utrinqꝫ inter equitum alas certare iuſſit: E
contra utqꝫ ſolidam romanorum aciē perſpexiſſet qui aduerſus ele
phantos ex omni exercitu expeditos & delectos oppoſuerant: mul
tiplicīqꝫ ſubſidio firmauerant:equitatu in utroqꝫ cornu diuiſo ne ab
elephantis perrumpi agmen poſſet.Xantippus quo romanoꝝ aciē
labefactaret circūire equitatum ac extremos a tergo laceſſere iuſſit
hoc quom pluribus in locis faceret:ac legiones romanæ neceſſario
extra equites conuerſæ illis reſiſterent ac propellerent:interim rare
facta acies ac diſiuncta ab elephantis perrumpitur cōfligiturqꝫ quo
in cōflictu.xxx̄.romanoꝝ milia cecidere.Regulus dux eorum cū
quingentis interceptus & duo milia in clypeam urbem fugata ſunt
Hannibal imperator maximus directa acie ad cānas milites fortio
res bellicoſioreſqꝫ in extremitatibus diſponens ipſe cum debiliori-
bus medium:ubi multi ex fortibus & ſtrenuis uiris præerant: tenu
it ſexcentos deinde equites numidas tranſfugere iuſſit: qui ad fidē
faciendam gladios & ſcuta romanis tradiderunt & in ultimū agmē
recepti ubi primum concurri cœpit ſtrictis minoribus quos occul
tauerant gladiis:ſcutis iacentium aſſumptis romanorum aciem ce
cidere.Ad hoc etiam miſcendarum acierum diſcrimen:Scipio ad-
uerſus Hannibalē in terra Aphrica quom ordinaret exercitū haſta
tos prima fronte locauit:principum deinde cohortem:quam quidē
triariis deniqꝫ clauſit:nec denſas ſuoꝝ acies inſtruxit: ſed quodā in
teruallo diſtantes quo elephanti recepti abſque ulla ſuorum permi
xtione ac ordinis perturbatione tranſmitti quirent. Velitum etiam



plurimi præſto erant iuſſi in ipſo belluarum impetu eoꝝ terga de-
xtꝝ læuumqꝫ latus telis confodere:equites deinde diſtīxit in cornua
& cum italis equitibus Lælium ab læuo Maſſiniſſam uero numidiſ
inſtructum dextro cornu oppoſuit:quæ ordinatio magnā ſibi pe-
perit uictoriæ laudem.Hannibal uero e contra cum decernendum
ſibi neceſſario eſſet & ad illud ſupremum gloriæ certamē quo nul
lum unquam pernitioſius:nullum magis terribile uel memorandū
quoqꝫ quom uel omnium gentium imperium:uel perpetuum ſer-
uitutis iugum ſuis fore uideret.Ex Scipionis hoſtis ſui ſentētia om
niumqꝫ qui armorum uel militarium rerum gnari erant id laudis
aſſecutus ut ſuoꝝ cohortes mirabili haſtu & diuina potius q̃ huma
na ratione diſponeret:elephantos enim octuaginta trementes ī ter
ga turres militibuſque refertos habentes in proſpectu romanorū
exercitus præſepſit ut inde ſuo terrore impetu atqꝫ ui hoſtiū ad ſu-
os tanquam clypeus & murus æneus acceſſum prohiberent auxili
aribus gallis lyguribus mauris atque balearibus ante pœnorum ſu
orumque ciuium cohortem:Deinde ſubſequentibus ne mercenari
is diuerſarum nationum militibus quos non fides:nō patriæ pietas
ulla fortes ac ſtrenuos redderet:fugiendi facultas daretur: utqꝫ pri-
mo poſt elephantos loco poſiti pugnæ impetum admittentes extin
guerent:tum ſuorum ac macedonum multitudinem ut ītegri cum
feſſis hoſtibus pugnando uictores euaderent. Italicos uero & Bru
cios tanquam infidos qꝫ mœſti coactique magna ex parte terra Ita
la excedere imperiū ducis & caſtra ſequerentur in poſtremā ſum
mouit aciē:ad ſuos poſtea quom ambo ſe duces utrinqꝫ recepiſſēt
hortarenturque uariæ & ignauiæ notas & præmia militibus præpo-
nerent:interim ad initiū pugnæ claſſica romanoꝝ cecinere tanto q̃-
dem omniū clamore ut elephanti quos primo agmine anxia tanti
ducis cura in præſidiū locauerat fortuna conſilium peruertēte ī ſu
as acies redirent:īpetuque ſuo loco adeo turbarent ut equitibus in
fugā uerſis primā tantæ ruinæ tantæque ſtragis cauſam præbuiſſēt
Equitibus enim imminuta pœnoꝝ acies:pedes in hoſtes concurrit
primoque nixu loco moueri contigit:hos ut motos romani ſenſere
partim ſeſe ad ſuos recipientes ac terga dantes carthaginenſiū aciē
adorti ſunt.Re autem bene ac fœliciter geſta tot iam fugatis equiti
bus:tot elephantibus fuſis:primiſque ordinibus in ſecundos iā pul
ſis interpugnandum Laelius ac Maſſiniſſa qui pauloante pedem

referentes aliquãtiſper ꝓfugos inſecuti fuerant opportune redeun
tes & quidẽ equites hoſtilis exercitus quotquot ſupererant a tergo
incurſant:iſq; quaſi inopinatus impetus hoſtilẽ impetum aciẽ tanta
compleuit formidine ut ancipiti undiq; pugna circũuente funderẽ
tur cæderẽturq; nullo pudore nulla reuerentia tanti ducis ualẽte fu
gam ſiſtere. Et quanquã ſane ab utroq; ipſoꝝ ducum & ab aliis ſæ
penumero maiores alibi ſtrages æditæ ſint:grande tamen præliũ ĩ
primis meritoq; ſeu ducum claritate ſeu gentium potentia ſeu mili
tum uirtute ſeu ancipiti cæſoꝝ diſcrimine ſeu denique uictoriæ ef
fectu inter illuſtria referendum:quom auctore etiã Floro non fue
rit maior ſub ĩperio ro.dies q̃ ille quo hæc geſta ſunt. Ex carthagi
nenſibꝯ & ſotiis.xx.M.& eo amplïꝯ hac in pugna cecidere totidem
fere capti:ſignaque militaria.C.xxxii.cum elephantis.xi. interce
pta.Romanis uero qui ſuperiores euaſere nec incructa uictoria fu
it:decẽ nanque milia ꝑiere.Dux autẽ ipſe Hannibal mœſtus & eq
tibus paucis ad modum comitatꝯ haſdrumentum id oppidi nomen
eſt fuga ſe cõtulit ſingula tã ante prælium q̃ in praelio quae quẽli-
bet magnanimum ꝑncipẽ decet ꝑuſquam inde abiret exꝑtus: Car
thaginẽ patriam deinde ſuam ꝓfectꝯ uel reuocatus coram ꝑmori-
bus & ſummatibus urbis ſe nõ praelii modo:ſed belli uniuerſi glo
ria inferiorẽ euaſiſſe & a Scipione uictum & ſuperatum eſſe nõ iu
it inficias Cornelius Scipio cognomento Aphricanꝯ aduerſus Haſ
drubalem pœnorum ducẽ in Hiſpania bellum gerens & ꝑ aliquot
dies nõ quo dimicaturus eſſet ordine duxiſſet exercitum ac hoſtes
pari ordine ſeruato ꝓficiſcerentur eodem die quo manꝯ conſerere ĩ
ſtituerat inſtructionis mutauit ordinem & quibus ipſe præualebat
infirmiſſimas hoſtium partes una acie aggreſſus facile fudit Theo
genes Athenienſis quom exercitum megaram duceret petentibus
acierum ordinem:reſpondit ibi ſe daturum deinde clam eqtes præ
miſit:eoſq; hoſtiũ ſpecie ĩpetum in ſotios retorqre iuſſit: quo facto
tanquã ad hoſtium occurſum præpararentur ꝑmiſit ita acies ordĩa
ri ut quo quiſq; loco uoluiſſet cõſiſteret:ut ĩeruſſimus quoq; quiſq;
retro ſe dediſſet:ſtrenui autẽ in fronte ꝓſiluiſſent ut quẽq; inuene-
rat ſtantem ita ad ordinem milites prouexit.Adderem his ego Ar-
cturi regis placita cuius apud nos neſcio q̃ uerax: ſed noua utique
& ob id ipſum ſuſpecta mihi eſt fama:& quanquã hiſtoriis miſce
re fabulas nihil ſit aliud q̃ mendatio ueri fidẽ ĩminuere:eius tamẽ



hac in re geſta uel quæ geri potuerunt conducibilia plurimum nõ
ſiluiſſe equidem q̃ affirmaſſe maluerim.hic enim in acie ut aiunt ĩ
ſtituenda peditatum quidem omnẽ per ſe ponebat: equitatũ quoq;
Quomq; pedites pugnã iniiſſent equites ſuperuenĩetes aduerſam
aciem diſſipabant.Præter hos autem ſeorſum quoſdã manipulos
militares collocabat:qui praelio ferueſcente ſuperuenientes hoſtes
impeterent.Ita cum feſſi integris a tergo urgerentur ſuo comento
nunquã non uictor in omni praelio fuit Alexander peditatũ in me
diam aciẽ cõiiciebat:equites a dextro laeuoq; cornu diſponẽs . Idẽ
aduerſus Archelaũ quom hoſtium copias multitudinẽque uerere
tur uirtute autẽ ſuoꝝ fideret:aciem in omnem partẽ ſpectantẽ ordi
nauit ut circumuentis undique pugnandi facultas eſſet.Hic idẽ ali-
quando omnibus ad pugnam ſtructis quom praetores militum in
terrogaſſent ad haec aliud ne quicquã iuberet: nihil reſpõdit niſi
ut barbae Macedonum abraderentur.Parmenone uero admirante
an ignoras inquit anſam in praelio nullã eſſe q̃ barbae meliorem.
M.Antonius aduerſus parthos qui infinita multitudine ſagittarũ
exercitũ eius obruebant ſubſidere ſuos & teſtudinẽ facere iuſſit ſu
pra quã tranſmiſſis ſagittis ſine militum noxa exhauſtus ẽ hoſtis:
Quod ſi hoſtilis acies inſolubilis ſit ut pleriſq; mos eſt:ſcutorũ te-
ſtudine cuneos inſolubiles efficere inuenti ſunt . Aliq̃ndo iuuenes
militiae romanae qui ſupra inſilirent & ſcuta manibus euellẽtes de
ſuper uulnerarent.Scipio Aemilianus ad Numantiã nõ cohortibꝯ
tantum ſed Cẽturiis ſagittarios & funditores interpoſuit. Fuit et mi
rabilis romanorum aduerſus latinos:latinorumq; aduerſus roma-
nos in omnibus pene par in inſtruenda acie ratio: cum equis ante
omnia utrinq; uiribus eodem animorum ardore hiſdem militari-
bus inſtitutis eodem armorum genere congruentes: milites militi
bus:centuriones centurionibus:tribunos tribunis compares colle-
giſſent:Quomq; in unum manipuli plures coiſſent plures haſtati
& ſcutati & principes anteꝑpilarii uexilarii triarii & rorarii & accẽſi
hiſq; omnibus quom munitus eſſet exercitus haſtati omniũ primi
prælium inceptarunt:qui ſi hoſtibus pugnando inferiores redde-
bantur ipſi ſeſe ad ſuos recipiẽtes a ꝑncipibus excipiebantur : tũcq;
principes qui dicti ſunt decernebant & ſubſequebantur haſtati:qđ
ſi a principibus quoque infœliciter dimicatum eſſet ad Triarios
qui poſtremos claudebant pedetentim referebantur: qui quom in

acie tertio ordine extremis ſubſidio locarentur conſurgẽtes hoſtes inceſſebant hi quanq̃ ſpei nihil ſuis poſt relinquerent: hoſtibus tamen formidinis plurimum afferebant: quom uelut fuſos profligatoſq̃ hoſtes inſecuti: & uictoriæ compotes inopinatã ex templo aciem ſcutis & haſtis horridam munitamq̃ & militum numero auctã intuerentur: inſtructis itaque ſicut ante dictum eſt ordinibꝰ aduerſus latinos romani in aciem proceſſere & Manlius & Decius eorũ dextro ac læuo cornu præfuere: Adiectum eſt aliquid romana diſciplina per. Q. Neuium Centurionẽ ĩ exercitu Fuluii Flacci ꝓcos. contra campanorum multitudinem ad inſtruendam aciẽ præter eã quæ eſt ex equitibꝰ peditibuſque pugnã lecti nanque agilitate corporis iuuenes leuibus armis tecti galeiculis gladiiſque ac ſeptenis haſtis quaternorum circiter pedum armati poſt terga equitum inſidebant & cum ad hoſtẽ uentũ erat equis deſilientes hoſtẽ ex ĩprouiſo confodiebant: uelites ipſi huiuſmodi pugnatores appellant Sãnites præter cæteros belli apparatꝰ ut acies ſua fulgeret nouis armorum inſignibus fecerunt: duo nanque illis exercitus erant: & ſcuta alterius auro alterius argento cælata ſpongia pectori tegmẽtum & ſiniſtrum crus ocrea tectum galeæque criſtatæ quæ ſpeciem magnitudinis corporum adderent: tunicæ auratis militibus uerſicolores argentatis linteæ: quibus apparatibus formidinis plurimum & terroris aduerſæ parti redderetur: Fidenates & Faſilici Veientes itẽ & Tarquinienſes quia pares armis non erant ad terrorem in acies hoſtiles mouendum cum plurimis ſuorum noua acie irrumpente & inaudita & ante id tẽpus inuſitata in habitu ſacro ſacerdotis faces & angues fanatico uelut inſtructa curſu præferentibus romanorũ pari modo aciem exterruere: Sciticæ gentis Amazones exercitum ad pugnã ingreſſuræ tegmenta corpoꝝ ꝓ armis habuere ſerpẽtum magnoꝝ coria quorum & quidẽ præter fidem ingentium copia in Libya ſupereſt: utebantur longis enſibus: haſta & arcu quo non ſolum ex aduerſum pugnantes uulnerabantur: ſed fugiẽdo feriebãt inſequentes. Aduerſus Carolum quoq̃ in hiſpanis Arabes mirabili arte in inſtruẽda acie uſu perhibentur equitatu nanq̃ in acie directo Arabes contra laruarum inſuetam faciem obiicientes ſimul & tympanorũ ſtrepitus cõcitantes equis pauefactis equitatum omnẽ depulerunt: nec fuit reſiſtendi facultas donec equoꝝ facie uelata auribuſque obturatis milites rigidis perſonaꝝ ſimulacris repugnarẽt



Baleares tribus fundis quiq̃ in præliis armantur una caput cingunt altera uentrem. iii. in manibus geſtatur in prælio multo maiores lapides q̃ reliqui ita iactant robuſte ut ab aliquo tormento lapis uideatur emiſſus in urbium expugnatione lapidum iactu eos qui deſuper ex ꝓpugnaculis tuentur mœnia uulnerant: in pugna uero ſcuta galeas omneque armorum genus confringunt: tantaque uis ac peritia his ẽ ut creberrime grandinis modo in aduerſam partẽ & ꝓpinquantẽ iam terræ claſſem effuſa intrare portũ ſinant neminẽ: quodcunque enim uolunt lapide miſſili facile contingunt. Nec eſt quod gentis huius quiſpiam certiſſimos miretur ictus quom hæc ſola gẽtis arma ſint idq̃ unum ab infantia ſtudium: nã cibum puer a matre non accipit niſi quẽ ipſa monſtrante funda percuſſit. Trogodite ethiopum gens tantæ uelocitatis quom ſint ut feras curſu pedũ aſſequantur: in aciem arma hæc ferũt: hi ſcutum ex corio crudo bouis rotundum & ferratã clauam: arcus alii lanceaſq̃ nec ut græci ob irã aut ambitionẽ: ſed pabuli gratia bellantur inuicẽ in eorum concertationibus primum iactis lapidibus quoad aliqui uulnerentur concertant cum arcu quo admodum exercitati ſunt pugnantes mutuiſ uulneribus cadunt eoꝝq̃ certamina dirimunt quæ ætate præcedant fœminæ quibus nullo periculo in medium ꝓdeuntibus: nefas ẽ enĩ has nullo pacto ledere: ex templo a certamine ceſſant Mace qui circa Syrtes habitant inter cæteros libyos quom ſint corporibus etiam agiles: patria uero ut plurimum plana: neq̃ enſe neq̃ galeis neq̃ aliis armis inter pugnandum utuntur: tantum ferunt haſtas lapideſq̃ in uaſis ex corio factis delatos cum his certantes tum in congreſſu tum etiam abeundo primo ferire hoſtem conantur ad curſum & lapides recte iaciendos longo uſu edocti: ergaq̃ externos nullum ius nullam omnino fidem ſeruant. Germani acies ſuas rhedis circundare ſoliti ſunt ne cui ſpes in fuga relinquatur hiſq̃ impedimenta ĩponunt: Idem equeſtrem aciem ſic ſtruunt equitum quot milia lectiſſima: ſuntque totidem numero pedites uelociſſimi & fortiſſimi quos ex omnibus copiis ſinguli in ſingulos ſalutis ſuæ cauſa delegerint. Cum his in præliis uerſantur & ad eos ſe equites recipiunt hi ſi quid ſit durius concurrunt: Si quis grauiori uulnere admiſſo equo deciderit circumſiſtunt: ſi quo ſit longius aut celerius recipiendum prodeundi tanta eſt celeritas horum exercitatione ut iubis equorum ſubleuati eorum curſum adæquent. Celtiberorum quidẽ

ſcutis leuibus certant alii rotundis umbonibus magnitudine clypei
cruribus ocreas ex pilis factas euoluunt: galeas ferunt æneas criſta
tas palmis gladios inſuper ex ferro puro ad palmæ menſuram: qui
in conferta pugna ferrum ſuo more ad conficienda arma præpara-
tes: nam ferreas laminas in terra abſcondentes ibi tam diu eſſe ſi-
nunt quoad debiliore parte ferrugine abſumpta ualidior ſuperſit
ex eo tum enſes fortiſſimos tum cætera ad belli uſum arma neceſ-
ſaria componunt: hoc pacto fabricata adeo cædunt omnia ut neque
ſcutum neque galea neque aliud quid eis abſiſtat: duob9 gladiis fid
ti cum equeſtri certamine ſuperiores euaſerunt ex equis deſiliunt
pedeſtremque adiuuant pugnam Sueuorum gens quæ longe ma-
xima & bellicoſiſſima germanorum omnium eſt equeſtribus præ
liis ſæpe & equis deſiliunt ac pedibus præliantur equoſque eodē re
manere ueſtigio aſſuefaciunt ad quos ſe celeriter quom uſus fert ſe
recipiunt. Galli equitum aciem inſtructuri inter equites raros ſagit
tarios expeditoſq; leuis armaturæ interponunt qui ſuis auxilio ſint
atque impetum equitum ſuſtineant: pedites autem pugnaturi nuda
bantur: uel nudi ſuper umbilicum uaſtis ſcutis & prælongis gladiiſ
accincti in pugna perſiſtebant Ad hæc cantus inchoantium præliū
& ululatus & tripudia & quatientiū ſcuta in patrium quendam mo
dum horrendos armorum crepitus omnia de induſtria compoſita
ad terrorē uer; hæc quibus inſolita atq; inſueta erant aduerſus græ-
cos & phryges & chares multi ad uictoriam momēti erant. Aduer
ſus autem romanos quibus gallici tumult9 uanitates notæ erāt nul-
lius uel q̃ parui. Nam tam & ſi ſemel atq; iter; ad tremerā & ad aliā
olim fuderint maiores noſtros in deterius tamē eor; quotidie data
res eſt: quom ex eo tempore per ducentos iam annos pecor; in mo
dum cōſternati cæſi fugatiq; ſint: ac plures quoq; de gallis uictoriæ
q̃ de toto orbe terrar; per romanos habitæ ac litterarū cuſtodiæ tra
ditæ memorentur: gallatæ in pugna iugis utuntur quæ Redarius &
Aſſeſſor ducunt in bellis obuium hoſtem iaculo ex curru primū
appetunt: tum relicto curru pedites enſibus certant. Quidam adeo
mortem contemnunt ut pugnent nudi cuſtodeſq; corporis ex liberis
hominibus pauperes eligunt qui & pro aurigis in pugna ſeruiāt &
ferant ſcutum inſtructa acie præire conſueuerūt & ad ſingulare cer
tamen hoſtium fortiſſimos prouocare: arſitant hoſtē terreāt qua-
tientes capita hoſtium in acie cadentium abſciſſa equorum alligant



collo hoſtium: ſpolia ſanguine perfuſa famulis tradunt in foribus
domor; cum cantu atque hymnis effigenda quemadmodum feras
ſolent uenatu captas hoſtium nobilior; capita aromatibus uncta in
terris condunt ſumma diligentia oſtendentes ea hoſpitibus: nullo q;
pretio ea uel parentibus uel aliis reddunt: Britannis uel belgis Gal-
liæ populis ſua cura hæc inuenta etiam ſunt: eſſedis et carris apud
ipſos primum repertis ſtruūt genus pugnæ: qđ eiuſmodi eſt equis
enim huiuſmodi curribus iunctis & bellatoribus impoſitis omnes
primo partes perequitant inter media equitum agmina tela iaciētes
atque ipſo terrore equorum & ſtrepitu rotar; ſuperſtans hoſtis in-
ſolituſque eius tumultus non nunquam romanorum conterruit e-
quos: aliorumq; ordines plerunque perturbauit. Cæter; hi quom ſe
inter turmas immiſerint eſſediſq; diſiliunt & pedites præliantur. In
terea aurigæ paululum e prælio excedentes ita ſe locant ut ſi ab ho-
ſtibus ſuis præmantur tutum receptum ad eos habeant: ita mobili-
tatem equitum peditum ſtabilitatem in præliis præſtāt uſu quotidi
ano & exercitatione inſtructi ut & decliui & præcipiti loco equos ſi
ſtere moderari ac flectere per temonem percurrere et iugo inſi-
ſtere & in currus q̃ ociosiſſime ſe recipere conſuerunt: Quod ge
nus pugnæ ab orientalibus ſumptum puto qui curribus falcatis utū
tur in præliis: ex quib9 eſt pugna haud diſſimilis. Multa in his ſpes
orientalibus fuit: Filii Ioſeph multo tempore ab hæreditate prohibi
ti ſunt: curruum falcatorum metu Siſara noningentos in expeditio
ne contra iſrahelitas produxerat: Darius eam ſpeciem obiecit Ale-
xandro: quos ille laxis ordinibus ſuos iuſſit excipere & non impu-
ne uagari. Hos in bellis & rex Mitridates & rex Antiochus aliique
plurimi nobiliſſimi duces habuerunt ex equo acie ſub armis ad
pugnam inſtruere Theſſali prius docuere: hos poſtea omnes pe-
ne ſecutæ nationes equis ad certamina uſæ ſunt ac ī dies magis ma
giſq; utuntur: uerum Scitæ non equos pro bello ſed equas malunt:
quoniam urinam curſu non impedito: Colofoni & Caſtabolenſes
canibus in bella ductis primas acies inſtruebant: tutiſſima ac fidiſſi
ma hominum auxilia non eris alienæque ſtipis indiga nec domi-
norum fidem detractantia: Dominos enim conſtat canum auxilio
a craſſatoribus ſæpe defenſos & pugnaſſe eos aduerſus hoſtes pro
dominis Garamanthum regis exemplo: quem ducētorum canum
acies obiicientes ſeſe contra reſiſtentes propter bella ab eo quo de-

tinebantur exilio reduxere. Seian9 perfidus miles acerrimos canes
ut ſibi uni manſuetos & mites hoſtibus uero in acie feros & imma-
nes habere poſſet ſanguine paſcebat humano: Bactros credo ſecu
tus qui canibus humana carne nutritis obiiciunt ſenes quod quom
Alexandri præfectus Siaſanor emendare uoluiſſet: pene amiſit ꝓ-
uintiam. Aduerſus Hamilcarem hiſpani: non canes: ſed boues ue-
hiculis adiunctos in ꝑma fronte locarunt uehiculaq; rhedæ ſulphu
ris ac ſæpi plena ubi eneatores pugnæ ſignum dedere incenderunt
actis deinde & exagitatis ſic bobus conſternatam ac diſſipatam ho
ſtium aciem reliquere: neq; enim ludibriis præcipitiq; furore ſed al
ta conſilii meditatione his inuentis maiores bella tractabant: deſer
ta quoq; requirentes ut elephantos ac terrificas feras etiam ad pu-
gnam cogerent. Equidem de natura elephantoꝝ non operoſe tra-
ctandum quoniam in remotis orbis partibus reperiuntur. Quæ
autem ad belloꝝ uſum attinent his inſtādum. Capti q̃ ociſſime mi
tificantur ordei ſucco truncos gratiſſimo in cibatu habent: palmas
quoque cælſiores fronte proſternunt atq; ita latentium fructum aſ
ſumunt manduntq; & ſi pabulum in præſepio poſitū attingi a mu-
re quem maxime animalium odere faſtidiunt: in potu quoq; hau-
ſta hirundine quam Sanguiſugam uulgo appellant: cruciatum ma
ximum ſentiūt: & quoad docilitatem attinet minimi æthiopis iuſſu
diſcunt ſubſidere: in genua ambulare per funem militare turres ar
matorum in dorſis ferre magna ex parte perſarum & orientalium
regum bella conficientes. Ad acuendos uero eos in prælium linteū
uuæ uel mori ſanguine tinctum eis oſtendunt: & proſternant licet
acies proterant armatos: ſuis tamen & muris animantis exigui ſtri
dore ac uiſu tanta eſt rerum natura terrentur territi uulneratiq; re
tro ſemper cedunt haud minore quandoque ſuarum partium per
nitie Semiramis bellum indis motura: inferior illis elephantorū ap
paratu rē excogitauit qua terreret indos cogitantes nequaquam ex
tra indiam elephantos eſſe. Occiſis igitur .ccc. boum milibus car
nes operariis diſtribuens coria inſui fecit elephātorum inſtar quæ
poſtmodum fœno referta ueri elephanti ſpeciem præ ſe ferebant:
intus hominem: camelumque ſuper quo ſedēs formam belluæ du
ceret: Incluſit hæc in loco ſemota oculoſque acta nequa exterius e-
manare poſſent: utque inde improuiſa repercuſſi ueras beſtias exi
ſtimarent: his biennio confectis tertio in Bactris coegit: Fuerunt



præter aliam infinitam multitudinem currus ad milia centū: erant
totidem numero homines ſupra camelos cum gladiis cubitorum
quattuor: aſſuefecit autem equos ne eis ſimulacris terrerentur: qđ
& Perſeus Macedonum rex multis poſt annis in eo bello imitatus
uerum neque illi in bello neq; Semiramidi profuerunt. Audita eni
rex indorum tum exercitus magnitudine tum ingēti apparatu bel
li conatus ē excedere Semiramidis uires: accitis maioribus q̃ quæ
erant Semiramidis copiis: elephantorumque ſyluestrium uenatio
ne facta plurimos ad bellum inſtruxit ut uerum terrorem quem
intulerunt aſpicientibus iniicerent. Pyrrhi bellis hi primum in ita
lia uiſi fuerunt. Quippe qui uſque ad id temporis inuiſos roma-
nos numero .xx. in italiam primus inuexit. L. Metellus pōtifex ui
ctoria de pœnis captos .xlii. ut quidam .clx. tranſtulit ratibus quas
Doliorum conſertis ordinibus impoſuerat Antiocho regi: Antipa
tre auctore duo fuere celebres in bellicis rebus cognominibus ſu-
is appellati atque diſtincti. Etenim nouere ea certe Cato quom im
peratorum nomina annalibus deſcriberet: eum qui in acie punica
fortiſſime præliatus eſt ſutrum tradidit appellatum: altero dēte mu
tilato: Antiocho uadum fluminis eis aliquando renuit experienti.
Aiax aliquando dux agminis ſemper tunc pronuntiatum eſt eius
fore principatum: qui tranſiſſet auſumque Patroclum ob id fale-
ris argenteis: quibus maxime gaudent & reliquo omni primatu do
nauit ille qui notabatur inedia uitam finiens mortem ignominiae
prætulit. Mirus nanque his pudor eſt: uictique uocem fugiunt ui-
ctoꝝ terramq; ac uerbenas porrigunt pudore: idem rex quom in
præalti fluminis tranſitum elephantos cōpellere non poſſet nec na-
uium copiam haberet: iuſſit ferociſſimum elephantū ſub aure uul
nerari & eum qui uulneraſſet ſtatim tranſnato flumine ꝓcurrere
elephantus exaſperatus ad ſequendum doloris ſui auctorē trana-
uit amnem reliquiſque idē audendi fecit exemplū Antiochus quē
eupatorem dixerunt .xxxii. in acie contra iudæos ꝓduxit ī ſubſidiū
cuiuſque beſtiæ quingentis equitibus deputatis in ſingulis turrib9
fuere pugnatores .xxxii. electi: Hannibal aduerſus Scipionem in
Aphrica quom exercitum dirigeret: elephantos octuaginta in pri
ma fronte locauit: ut auxiliares gallos & lygures mauros & balea-
res pœnis a tergo ſtantibus a fuga arcerent hoſtiumque aciem ter
rore peruerterent Cæſare dictatore tertio cōſulatu ſuo uiginti etiā

elephanti contra pedites quingentos pugnauere:Itemꝗ totidē tur-
riti cum ſexagenis ꝓpugnatoribus eodem quo priore numero pe
ditum & pari equitum ex aduerſo dimicante prima inter regē Pyr
rhum & Leuinum conſulem apud Heracleam campaniæ urbem:
fluuiumꝗ Lyrim pugna commiſſa introducti inter concurrētia ag
mina elephanti forma truces:odore graues:mole terribiles ut uide
ret romani nouo pugnandi genere circunuenti & territi equis ma-
xime pauitantibus diffugerūt.Sed poſtquam Minutiꝰ Cēturio quar
tæ legionis primus haſtatus protēſam in ſe haud improprie belluæ
manū appellatam gladio deſeruit atꝫ in ſuos ſæuire coegit:eius im
moderato diſcurſu perturbari ac permiſceri ordīes cœpere finiſꝫ
pugnæ beneficio etiam noctis impoſitus eſt:Secūda inter Pyrrhū
eundem & romanos pugna fuit.P.Sulpitio Decio mure conſulibꝰ
ubi elephanti qui prima pugna uulnerati atque in fugam poſſe co
gi deprehenſi fuerant ſubiectis inter poſteriora & molliora ignibꝰ
exagitati:ardentes inſuper machinas furore trepidi circunferentes
exitio ſuis fuere.Tertio inter Pyrrhū & romanos pugna fuit Cur-
rio Dentato conſule ubi elephantibus in ſubſidium miſſis Roma-
ni aſſueti iam pugnare cum belluis cum maleolos ſtuppa inuolu-
tos ac pice oblitos inſuper aculeis tenaces præparauiſſent eoſque
flagrantes in terga belluarum turreſque uibraſſent non diffici-
le furentes:ardenteſque belluas in eorum excidium quorum ſubſi
dio fuerant retorſerunt:eoſdem aliquando uelites a uolitando di-
cti uel a græco.i.iaciendo:Quod genus militiæ paulo ante reper-
tum fuerat fabrili ſcalpro inter aures adacto retro agebāt & quom
a ſuis regi non poſſent necabantur id genus occidendæ belluæ cū
opus eſſet Haſdrubal Hannibalis frater primus inuenit unumque
uno ictu confectum accepimꝰ telo in uitalia capitis per oculū rece-
pto ipſi tela cætera q̄ hæſerint corpori olei potu decutiunt:cōtra hoſ
diuerſa reſiſtendi ratio fuit bini equi cathefracti ad currum iunge
bantur:Quibus inſidentes longiſſimas ſariſſas in elephantos diri
gebant muniti enim ferro nec a ſagittariis quos elephanti uehebāt
lędebantur:& ipſorum impetum equorum incurſatione uitabant:
Cathefractos alii mittebant milites ita tamen ut aculei ferrei unde-
cunque in eorum armis prominerent:ne uenientem in ſe militem
ſine uulnere elephanti poſſent excipere:Alii uelitum aciem his ob
iecere:dato eis præcepto ut q̄primū elephanti ab hoſtibus acti ſpa-



cti ſpatio intermiſſo reciperentur ad elephantorum impetū uel
retro uel poſt uel ad latus contunderent:equitatum permulti quoꝫ
quo nihil tutius erat eminus fundis eos per quos regebantur elide-
bant:ſicque in ſuos pleruncꝫ lapidibus adactæ belluæ & amiſſis re-
ctoribus ſæuire cogebantur:uenientibus nonnulli quaſi terrore q̄
terentur continuas detrahebant cohortes:manipuliſque inter ſe di-
ſtantibus ſpatium dabant:cumꝫ agminis medium attigiſſent circū
fuſá militum multitudine obruebantur:illeſiꝫ una cum rectoribus
aliquando intercipiebantur:Camelos uitiliani in terra Aphrica &
aliquot clari etiam duces in aciem produxere:qui antē leginoēs po
ſiti aut cum legionariis mixti cum cominus pugnaretur hoſtiū ſæ-
pe acies peruertere:Creſus numeroſo ac præpotenti hoſtium equi
tatu eos obiecit:quorum nouitate aſpectus odore atꝫ horrore trepi
dantes equi nec dum equitum:uerum etiam peditum ſuorum aci-
ēs peruerterunt uincendoſque hoſtes præbuerūt Cameli item cum
Scipione Antiochum deuicere & cum Archelao itē ad orchome
num & cheroniam conſeruiſſe camelos memoriæ proditum ē:ho
rum qui in pugna præſtent nonnulli gibbum duplicē in dorſo ha
bent:duos quoꝫ in bello in certamen ſagittarios ferunt dorſo inui
cem contrariæ reſidentes:alterum a fronte uerſus hoſtem:alterum
contra perſequentem pugnantes.Tentarunt etiam pœni ut Lucre-
tius inquit:Tauros in munere belli expertiꝫ ſues ſcæuos ſunt mit-
tere in hoſtes Et ualidos partim præ ſe miſere leones:Cum docto-
ribus armatis ſcæuiſꝫ magiſtris qui moderarier his poſſent uīcliſ-
que tenere:Ne quicq̄ quoniam permixta cæde ruentes Turbabant
ſcæui nullo diſcrimine turmas Terrificas capitis quatientis undiꝫ
criſtas:Nec poterāt equites fremitu perterriti equoꝝ Pectora mul-
cere & frænis conuertere in hoſtes

De Religioſis hoc eſt infauſtis uel infamibus
menſium quorundam diebus ac tempore ad
bellum idoneo Ca.I.

## LIBER SEPTIMVS

HActenus Sigiſmunde Pandulfe de in-
ſtruenda acie ſecundum diuerſos du-
cum aſtus uariaſque rationes de impu
gnatione huiuſmodi atqꝫ expugnatiõe
ſi quãdo uſus tulerit ad præſentium ac
poſterum inſtructionem dicta ſint. de
inceps ut erat ꝓpoſitum de religioſi tẽ-
poris diebus ac menſibus præſenti ma
teriæ ſubiacentibus:quos infames atroſ
uel infauſtos in.xi.cõmentarioꝝ grammaticoꝝ Nigidiꝰ appellauit:
pauca memorare exempla forſan non incõgruũ erit ſeu recte ſeu
perperam id fiat.Menſis itaqꝫ octobris pridie nonas Romanos pri
mo quidem a Cymbris ſub Scipione exercitu priuatos fuiſſe con-
ſtat:poſtea uero imperatore Lucullo Armenios & Tigranem uici
ſſe.Lucullus enim in Armenia cum decem milibꝰ peditum & mil
le equitum aduerſus Tigranem qui cẽtum quinquaginta milia ho
minum in expeditione haberet hoc die profectus cũ eſſet quo Sci
pionis copiæ conſumptæ ſunt a Cymbris & quidam dixiſſet roma-
nis illum diem infaſtum eſſe atqꝫ formidabilem.Pugnemus igitur
inquit hodie impigre:quo hunc quoqꝫ romanis diem ex atro & tri
ſti hilarem iocundumqꝫ reddamꝰ:atque quom pugnaſſet illoſque
fugaſſet romanos quinque leto interceptos amiſit : hoſtium uero
ſupra centum milia occidit.Menſis nouembris clades barbars ma
gnas euidenter intulit:hoc nanqꝫ menſe Alexander regis ductores
ad grannicũ uicit:& carthaginenſes ſeptima & uigeſima die apud
Siciliam a Thimoleonte uicti ſunt:ſub quã diẽ Ilion captũ uidetur
ſicuti Ephorꝰ & Caliſthenes & Damaſches & Philarcus perhibent
Boetiis quidẽ contigit menſis Ianuarii quĩta die binas præclaras &
inſignes uictorias cœpiſſe:utpote quibꝰ græciæ libertatẽ reſtituerẽt
Februarius græcis haud quaq̃ æquus extitit: huius ſeptimo die pu
gna cum Cranone ab Antipatro uicti funditus periere & in Chero
nia antea aduerſus Philippũ haud fœliciter pugnauere hac eadem



die februarii eodẽque anno qui cum Archidamo trãſiere in italiã
ab illius loci barbaris fœde conſumpti ſunt:uigeſimamnonam Car
thaginenſes obſeruant: utque plurimas eis & maximas calamitates
intulerit.Menſis Martii ſexta quidẽ die marathone tertia uero i pla
teis ſimul & apud Michalem Perſæ a Græcis deuicti ſunt. Quinta
uero & uigeſima die Arbelis atheniẽſeſ nauali pugna circa Naxon
uictores fuere ſub ipſam præterea eiuſdem menſis uigeſimã diem
Macedonũ atheniẽſes præſidium cœpiſſe:quo die myſtico luſtrãt
Baccho. Apud romanos præliares etiam dies ſunt qui ab iuſtis nõ
ſegregantur:ſiquidem iuſti ſunt continui.xxx.dies quibus exerci
tui imperato uexillum ruſi coloris in arce poſitum eſt:præliares au
tem omnes quibus fas eſt res repetere uel hoſtem laceſſere eligen
di enĩ ad pugnandum diem romanis tunc fuiſſe licentiam conſtat
ſi ipſi inferrent bellum. Atrum exciperent nullum obſtitiſſe diẽ
quo minus uel ſalutem ſuam uel publicam defenderẽt dignitatem:
uitabant & ad uiros uocandos dies qui eſſent notati rebus aduerſis
Dies autem qui ſunt poſtridie Kl.nonas idus:quanquã ad rem ſa-
ne militarem nihil attinere notet Varro:ſed ad ſolas actiones reſpi
cere priuatas:ad omnia tamen maiores noſtri cauendos putauerũt
quos etiam atros uelut infauſta appellatione damnarunt ob hanc
cauſam dictos habitoſque atros Seruius Flaccus ſcribit: ꝙ urbe a
Gallis Senonibus recuperata. L. Actilius in Senatu uerba fecit.
Q.Sulpitium tribunũ militum ad aliam aduerſus Gallos pugna-
turum rem diuinam dimicandi gratia poſtridie feciſſe cum exerci
tu populi romani occiſum. Item apud Cremeram multiſque aliis
temporibus & locis poſt ſacrificium die poſtero celebratum male
ceſſiſſe conflictum:& poſt diem tertium eius diei urbem præter ca
pitolium captam fuiſſe q̃pluresque alii ſenatores recordari ſe dixe-
runt.Quotiens belli gerendi gratia res diuina poſtridie Kl.nonas
idus populi romani facta eſſet eius belli proximo:deinceps praelio
rempubicam male geſtam eſſe tumque ea re per ſenatum in ponti
fices reiecta ut ipſi quid uideretur ſtatuerent:põtifices decreuerunt
ut hi dies neque præliares neque puri neque comitiales eſſent:nul-
lumque his diebus ſacrificium recte futurum:Quod nec doctiſſi
mum poetam Ouidium præterit primo faſtorum dicentem:Ven-
dicat auſonias Iunonis cura Calendas Idibus alba Ioui grandior
agna cadit:Nonarum tutela adeo caret omnibus iſtis Ne fallare

Caue proximus ater erit:Omen ab euentu eſt illis nam romã die-
bus damna ſub aduerſo triſtia marte tulit:hæc tibi dicta ſemel totis
hærentia faſtis:Ne ſeriem rerum ſcindere cogar erunt:Ante diem
tertium nonas octobris & ante diem ſextum idus nouembris nihil
in re pu.maiores noſtri geri uoluerunt.Itaque hos dies nõ cum ho
ſte manus conſerebantur non aliud quodcunq; in re pu. non exer
citus ſcribebantur:non comitia habebantur:non aliud agebatur ni
ſi qđ ultima neceſſitas exegiſſet adminiſtrabatur. Ante diẽ quoq;
quartũ kl.uel nonas uel idus tanq̃ inominabilẽ diem pleriq; uitant:
cuius obſeruationis an religio ulla ſit memoriæ proditum nihil in-
uenio niſi q; Claudius annalium quinto cladem illam pugnæ can-
nenſis uaſtiſſimam factam dicit ante diẽ q̃rtum nonas ſextiles : an
te diem inſuper.xv.Kl.ſextiles a romanis haud pcul fluuio qui Al
lia nuncupatur ac.xi.milib9 paſſuum uia Sabbaria ab urbe diſtat
inſtantibus gallis male pugnatum eſt :fuſaq; extemplo romana aci
es ad ripam fluminis quo ſiniſtrꝝ cornu defugerat a celtis tanta ſtra
ges facta ut urbi ſubito ſubſecuta ruina & patrum cædes atquecapi
tolinæ arcis obſidio:eorꝝ fuga uero nocturna fuit eo tempore quo
commiſſa eſt:pugnatumq; eſt circa æſtatis finem circaq; pleniluni
um quo dies ingens & antea clades in fabios ad cremeram flumen
inter urbem & uehios acciderat:ſex & trecẽti nanq; patritii milites
omnes ex eodem genere eademq; familia una die a uehientib9 cæſi
ſunt.Pompeius etiam fugientem Mitridatem ad prælium compel-
lere cupiens noctis tempore expugnationem fieri ſtatuit : Quem
Pompeius inſecutus ut luna tunc orta a tergo romanis erat: Mitri-
dates exercitus longitudine umbrarum proximitatem hoſtium ra
tus cũcta in irritum tela fudit:illi inermes aggreſſi ſine labore cer-
taminis uicerunt & caſtra cœperũt.Hannibal apud Cannas hac mi
litari temporis ratione & aſtutia uſus non noctis tempore ſed orto
iam ſole aduerſus romanos dimicaturus ita ſuos ad pugnam ſtru-
xit ut contra ſolem orientem exercitum romanum pugnare coge-
ret::contraqne Eurum uentum quem noſtri uulturnũ uocant. nam
in morem ardentis fulminis mane more ſuo perflare ſolitus tunc
flabat:rapidumque puluerem ex patentibus torridiſque campis e-
leuabat:& ſupra Carthaginenſium phalanges ad ora romanorum
impellebatur:ſicque cum Euri uel Vulturni uenti adiutorio ac ful
goris oculos hoſtium perſtringentis Hannibal illam memorabilẽ



& immortalem cannẽſis pugnæ gloriã ſibi adeptus ubi ipſe quom
eſſet crudeliſſimus romaniſque infeſtiſſimus tanta tamen inimico
rum atrociſſimorum cæde ſatiatus parci iuſſiſſe perhibetur. Par
poſtea ratio romanos iuuit. Marius enim et Catullus conſ. contra
Gallos pugnaturi uirtuti dolum addiderunt:primum nebuloſũ na
cti diem ut hoſti inopinanti occurrerent:tum uentoſum quoque &
puluis in oculos oraq; ferretur tunc acie conuerſa in orientẽ ut qđ
ex captiuis mox cognitum eſt ex ſplendore galearum ac repercu
ſſu ex aduerſo uiſum eorum puluis oppleret: & ſplẽdor hebetaret
totam terribilem gallorum multitudinem minima romanorꝝ clade
profligauere.Eſt etiam præterea ſua ſabbatiſſimi ratio iudæis qua
quom eis nefandum ſit quicq̃ ſerie rei facere: Diuus Auguſt9 Ve
ſpaſianus adortus eos ſuperauit:eoſdem alia atq; huic diſſimili ra-
tione ſubegit Antiochus:is enim quom Hieroſolymam obſideret
iudæis ad maxima illa ſolennia petẽtibus dierum ſeptem indutias
non eas modo dedit:ſed etiam tauris auratis cornibus odoribuſque
et pigmentis affatim præparatis ad portas uſque pompam egit atq;
ſacrificio illorum ſacerdotibus tradito ipſe ĩ caſtra rediit:iudæi ue
ro admirati continuo ſeſe poſt ſolẽnitatem dedidere:eſt & aliis gẽ
tibus alia quoq; temporis ratio.Nam Mylciades quom perſas tridu
ariæ legionis ocio teneri didiciſſet:improuiſos inuaſit & obtinuit.
Athenienſes quom ſubinde a Lacedæmoniis infeſtarentur diebus
feſtis quos ſacros Mineruæ extra urbẽ celebrabant armis ueſte ce-
latis peracto ritu ſuo non ſtatim reuerſi athenas ſed potius inde ra
ptim acto Lacedæmonẽ uerſus agmine eo tempore quo minime ti
mebatur agros hoſtium quibus ſubinde prædæ fuerant ultro depo
pulati ſunt.Athenienſes ſimili modo ubi aduentare Darium com-
pererunt quanquam auxilium a lacedæmoniis popoſciſſent : tamẽ
quom detineri perſas quatriduanæ religionis ocio compertum ha-
berent ſpẽm religionis occaſione ſumentes inſtructis tantum decẽ
milibus ciuium & platheenſibus auxiliaribus mille aduerſus ſex-
centa milia hoſtium campis marathoniis perruperũt:Mylciade ei9
belli duce:qui celeritate magis q̃ uirtute fretus alacri ſatis expediti
one prius hoſti cominus hæſit : q̃ poſſet expedito ſagittarum ictu
propulſari:tanta in eo bello diuerſitas certandi fuit ut ex alia par-
te uiri ad occidendum parati: ex alia pecudes ad moriendum præ-
paratæ putarentur. Ducenta enim milia Perſarum apud campum

Marathonios ea tempeſtate ceciderunt. Germanoꝝ etiam animos quom ſortilegarum uaticinia mulierum obtunderent, ut puta qua fluuiorum curſus uortices ſtrepitumqꝫ coniectantes futura prædi⸗ cerent aſſererentqꝫ ſitue arioiuſti eorum regis inſtituto ſiue lege nõ eſſe fas ſupari eos ſi ante lunã nonã contenderẽt: Cæſar ſatius eſſe duxit circa tempus inuadere q̃ idoneum illis tempus expectãdo ſe dere: facto itaque in eorum munitiones & tumulos impetu non an tea ſtimulare ac inceſſere deſtitit q̃ ira deducti pugnam capeſſerẽt his ac de re deniqꝫ in fugam uerſis Cæſar ſtadiis.cccc.ad Rhenum uſque perſequens terram omnẽ cadaueribus ſpoliiſqꝫ referſit: Ari oiuſtus cum paucis præueniens Rhenum traiecit: cæſorum nume rum.lxxx.milia fuiſſe perhibent

De loco metationis inſidiiſqꝫ hoſtium deligendis: quid ſpecula tor et quid explorator in quoqꝫ differant Ca.II:

Ic deinde locus caſtris idoneus deligatur neceſſe eſt: ea enim res maxime rationis ẽ bellicæ ut hoſtis hoſtẽ ſi pe tierit e ſublimi repelli non poſſit: aut ſane collectis uiri⸗ bus excipi: ſiue igitur ex itinere quieſcẽdũ ſit ſiue caſtra caſtris ob iicienda In deligendo loco hanc rationẽ haberi oportet ut locus ar te uel natura munitus ſit et neceſſariis ſufficiens: arte ueluti foſſa: uallo uel aggere: natura munit⁹ ut ſunt tumuli aſcẽſu difficiles: col les ardui: locaqꝫ edita et aſpera quæ uerucas Cato appellat: ut loca fiuminib⁹ uel paludibus cincta: neceſſariis ſufficiens: ut materies: aqua frumentumqꝫ de ꝓximo peti poſſint: Quod ſi & hoꝝ cõpa⸗ ratio habenda ſit loca munita q̃ opulenta uiros illuſtres quæſiſſe magis inuenio: quod & Mario uenit in ſucceſſum. Is enim tertio cõſulatu ſuo bello cymbrico quom collem occupaſſet qui campo & fluuio imminebat ubi hoſtes ſe diffuderant: quomqꝫ aqua exer citui deeſſet ad potandum: quereliſque omnium coargueretur: a⸗ quam in proſpectu eſſe reſpondit ſed eam ferro uindicandã. Pri mis itaque calonibus in pugnam cum clamore ruentibus ſubſecu tus exercitus mox iuſto certamine compoſitis agminibus bellum geſtum eſt: & uicere Romani. Iulius Caeſar loca eminẽtia in om nibus approbauit: quae ſi negaſſet facultas: irrigua praeferebat. In uenitur etiam Gallicis expeditionibus aliquando iuxta fluuium



axonam caſtrã poſuiſſe: Quæ res & latus unum caſtroꝝ ripis flu⸗ minis muniebat & poſt eũ quæ erant tuta ab hoſtibus reddebat & commeatus ut a ꝓximis ciuitatibus ſine periculo aduehi poſſent effi ciebat. Cn. Pompeius in Capadocia locum delegit caſtris ponendis editum ab imo paulatim ꝓcliuem: unde adiuuante procliui impetũ militum facilem ipſo decurſu Mitridatem ſuperauit. Q. Metellus in hiſpania citeriore in caſtra hoſtium humili loco poſita ex ſupe⸗ riori parte flumen immiſit: & ſubita inundatione turbatos per diſ⸗ poſitos inſidiatores cecidit: tanto itaqꝫ locus utilior iudicabitur quã to fuerit editior: in ſubiectos enim uehementi⁹ tela torquentur: ma ioriqꝫ impetu pars editior obnitentes propulſat & impellit quom hi qui humili ſunt loco caſtrametati duplex ſubeant cum loco primũ deinde cum hoſte certamen.

De oppoſiti loci poſitione multitudine uoluntate ſtudiis ac conſiliis Ca.III

T quoniam præcellentis eſt ducis mun⁹ tum pace: tum maxime bello hoſtium regionẽ exploratam planeqꝫ co⸗ gnitam habere: ne oẽs ordines temere uagari errareque contingat: conſiderandũ quoqꝫ oppoſitæ ipſius regionis quæ ſit na turalis poſitio: rupib⁹ ne in uia aut fluminib⁹ cincta uel paludibus impedita inhabitantium præterea multitudines quantæ: quæ uolũ⸗ tates: quæ ſtudia: quæ conſilia perquirendum: firmis an infirmis: natura uel arte munitis præſidiis contineantur: quæ ſingula ĩ ducis conſiderationem deducta: ſi min⁹ per ſe præſtare queãt alios quo rumcunque locorum peritiſſimos adiũgere oportet: hæc autem tu te ac commode poterit ſi ex utrorumque amicis ciuitatib⁹ atqꝫ mer catoribus futuri ſint qui explorent: Ciuitates enim omnes qui ĩpor tent aliquid q̃ liberaliter ſemper accipiunt: ſunt qui hæc per hoſtes aut per ſuos uel etiam per ſeipſos imperatores quidam ſcrutati ſunt M. Cato in Hiſpania quia ad hoſtium conſilia alio ingenio perue⸗ nire non poterat: iuſſit trecentos milites ſimul impetum facere in ſtationem hoſtium: raptumque unum ex his in caſtra perferre in columẽ: tortuſque ille omnium ſuorum archana confeſſus eſt Iu⸗ lius Cæſar miſſis equitibus his quos in agris repperiſſet hoſtium res & conſilia ſcrutabatur & ut concordi eorum ſententia repperiſ ſet quod agendum in cõſultatione deliberabat & ſcite & ſapienter

id quidem: Speculatores deinde exploratoresq; de ſuis mittere uni-
uerſorum ducum inſtitutum eſſe: et quanq; dubio hæc uſus ſæpe cōfun
dat: diſcernit tñ ratio: et doctiſſimorū hominum auctoritas ut ſpecu
lator is ſit qui hoſtilia ſilentio perſpiciat quom explorator clamore
perceptata cognoſcat: explorare enim antiquos pro exclamare legim9
uſos: ſed poſtea proſpicere et certum cognoſcere cœpit ſignificare
Perſæ quoq; nullo extrinſecus adminiculo explorandi mod9 quidā
eſt quo et ipſi duces uſi ſæpe perhibentur: ſicut Aemilius conſ. bel-
lo etruſco: hic enim dux apud oppidum Colonia multitudinē auiū
procul contemplatus citatiori uolatu ex ſylua conſurrexiſſe intelle-
xit illic aliquid inſidiarū deliteſcere: Quod & turbatæ aues & plu-
res ſimul euolarent. Præmiſſis igitur exploratoribus decem milia
coloniorum comperit excipiendo ibi romanorum agmen in itine
re: eaque alio q̃ expectabatur itinere latere miſſis legionibus circū-
fudit. Thianicus Horeſtis filius ſimiliter quom audiſſet iugum ab
hoſtibus munitum præmiſit ſciſcitaturos quid rei foret: referentib9
que non eſſe uerum quod opinarētur: ingreſſus iter ut ex eo loco
uidit magnam uim auium ſimul euolaſſe arbitratus ē ibi hoſtium
agmen reſidere: itaque circunducto exercitu illuſit īſidiatores: per
ſeſe autem hoſtium res ſcrutati ſunt Alexander Sertorius. M. Vo-
luſius edilis plebis & Maximianus quoq; eum Dioclitiano poſtea i
perauit: & mutato habitu quidem. Iulium uero Cæſarem & habit9
mutatione & per alium & per ſeſe etiam exploraſſe conſtat. Nam
quom Britanniam expugnare illi mens eſſet & inſulæ ſtatum mo-
reſque hominum percunctari exploraſſetque per. C. Voluſenum
ut communis habet hiſtoria: ſunt tamen nō ignobiles auctores qui
Cæſarem per ſeipſum portum & nauigationem et acceſſum ad īſu
lam exploraſſe confirmēt: et quanquā illi fortunam ſuam experti
forte probauerint: omnino tamen audaciæ et temeritatis mihi ma-
xime eē uidetur conſilium et ſubſidium totius exercitus periculis
obiicere: quom hi omnes aut uitæ ſuæ aut alienæ necis cupidi ſint q̃
huiuſmodi uel ipſi ſubſtinuerint ut uel alios perpeti coegerint ma
xime quom id quod Scipio et Valerius Laninus conſ. et Xerſes p
ſua nobilitate memorabile poſteris reliquerunt exemplum non ſæ
pe ſed per raro contingat. Ille enim captos tres Hannibalis explo-
ratores circunduci per caſtra iuſſit: oſtenditque his totum exer-
citum nihil de hoſtibus percunctatus: mox etiam prandium dari



iuſſit: eiſque refectis impune redire ut quæ apud romanos uidiſſet
Hannibali renunciarent: hic uero quom non ſecus intra caſtra ſua
exploratorem hoſtium deprehendiſſet: magnamque copiarū ſuarū
fiduciam haberet circunduci eum iuſſit terrendique hoſtis cauſa ex
ercitum ſpeculatoribus eorum quotiens uoluiſſet patere Poſtremo
Xerſes ſimiliter Darii filius quom in caſtris ſpeculatores græcorū
deprehendiſſet nullo affecit ſupplitio quin ubi iuſſiſſet eos circūdu
ci ut audacter intuerentur exercitum cuius gratia uenerant libere
quo uoluerunt dimiſit incolumes: præterea non uſquequaq; etiam
obuiis & tranſfugis quibuſq; credendam ſalutem ſuam plurimorū
periculis edocemur. Babylon ingens enim quam exercitus capere
nulla ui poterat Zopiri arte capta eſt: ſe nanq; plagis affici: auribuſ
que ac naribus mutilari conſulto iuſſit: ac deformis ueluti tranſfu-
ga urbem ingreſſus ſe cum omnium audiētium intuentiūque con
ſenſu ita Darii iuſſu cæſum ſe mutilatumque finxit: inde populum
cohortatus forti animo ut eēt ac mœnia tueretur patereturq; ſe una
cum ſuis recentiore ira & iniuria laceſſitum bellum contra darium
inire: His nanque et aliis huiuſmodi Babylonii decepti fraudib9 ſū
mam gerendarum rerum omnium curam: & poteſtatem liberam
Zopiro tandem omnium tranſfugio tribuerunt: augendam uero
ad fidem ſæpe is profligauit hoſtes: ac poſtremo creditam multitu-
dinem in hoſtium manus duxit. ſic urbs Babylonia quæ ui non po
terat: fraude capta eſt. Quom autem Darius poſtea punicum ma-
lum quoddam & id quidem permagnum aperuiſſet quærenti cui
dam q̃dnam tantū habere uellet quanta eēt granorum multitudo
zopiros ſe uelle reſpondit: Erat autem zopirus nō modo comes
illi uerum uir tum probus tum amicus qui ubi ſeſe ipſe cecidiſſet:
naremq; & aures obtruncaſſet & ita creditus Babylonios feſelliſſe
ac Dario tradidiſſe urbem ſæpe dicebat: Darius zopirum male
integrum q̃ centum capere Babylonias. Iulianus quoq; in Parthos
expeditionem agens quom in deſertum primo captiuorum habu-
iſſet ductorem: poſtea quidem ſenior tranſfuga ſub ſcemate pro-
ditoris ei ſe compendioſum iter oſtendere pollicitus quom triduo
ambulantes ad maiores ſolitudines perueniſſent in inſidias incide
runt: & mox quidem illum ſenem fuſtibus occidere confitentē ſe
hoc pro patriae libertate feciſſe & libenter aſpera quæque pati uel-
le: in quo bello imperator concidit: & exercitus in conditionem

adductus eſt: Valerianus item Auguſtꝰ doctrina & eloquētia clarꝰ ingentem exercitum in Perſas agens et incaute quidem ſuorum ac aliorum ductu a Sapore perſarum rege captus ignominioſa apud perſas ſeruitute conſenuit: donec dampnationem ſortitus ut ipſe acclinis humi: regem aſcenſurum equum non manu ſed dorſo ſemper attolleret. Ad poſtremum quom nulla præda hoſtibus pulchrior nec præſtantior q̄ exploratorum uel ſpeculatoꝝ ſi capi eos contingat: quod ſæpe fit quō perſequantur quodcunq̧ ſe illis peruium obtulerit non uſq̧ ita fides habenda illis ut cuſtodia negligatur: ſed inſtructa ſemper omnia et parata eſſe oportet æque ac ſi hoſtem inſtare uel imminere nuntiatum ſit.

Caſtroꝝ forma officioꝝq̧ caſtrenſium ritus Ca. IIII.

Is pro loci qualitate hinc inde rite peractis: caſtrorū formam ſecundum maiorum diſciplinam officioꝝq̧ caſtrēſium ordinē ritus ac rationes ex reliquo ꝓſeq̄mur: quattuor nanq̧ angulis eoꝝ dimenſio deſignabatur: nam et fabroꝝ multitudo & ferramentoꝝ copia quæ uſus extructionis poſcit ſequitur exercitum: & interior quidem pars caſtrorum tabernaculis diſtribuitur. Ambitus autem eorum extrinſecus muri faciē præferebat: ordinatis etiam turribus pari ſpatio diſpoſitis: quarum internalla telis atq̧ baliſtis aliiſque machinis ſaxa torquentibus omnibuſque inſtrumentis miſſilium complent ut cuncta ſcilicet iaculorum genera in promptu ſint. Ex omni deniq̧ muri parte quattuor portas edificant tam iumentis aditu faciles q̄ ipſis ſi quid urgeat intro currentibus latas: intus autem caſtra uici ſpatiis interpoſitis dirimunt: mediaq̧ caſtrorum tabernacula collocant & inter hæc imperatoris ac ducis maximi medium templo ſimillimum ut quaſi repentina quædam ciuitas exiſtat: forumque & opificum ſtationes & ſedes militū primatibus ordinumq̧ principibus ubi ſi qua ſit inter illos ambiguitas iudicet: ipſe uero ambitus & omnia quæ in eo ſunt multitudine ſimul & ſcientia & fabricantium opinione quom opus eſt dicto citius communitur: Qui ſi res urgeat foſſa extrinſecus cingitur depreſſa cubitis quattuor: parique ſpatio lata: Caſtris etiam ſic munitis aut muniendis armata cuſtodia deeſſe non debet. Numerus cohortis extimatione nunquam inferior per ſingulas portas ſi periculū



immineat ducis arbitrio augetur: hiq̧ per uices quaternis horis die noctuq̧ ſibi ſuccedent. Horarum autem diſcretionem ueteres aqua & umbra denuntiarunt & ad poſteros in hunc modum noſcenda tranſmiſerunt. Duo nanq̧ illis uaſa erant ænea: ſiue ut Cleſbius alexandrinus primum inſtituit ex auro perforata aut ex gemma terebrata: ea enim nec teruntur percuſſu aquæ nec ſordes recipiunt ut obturentur: non ubique tamen ea uſui: Nam alibi alteri fundus erat in modum clepſidræ foratus & quod erat itegrum uacuū ſubiecerunt: pleno aquæ altero ſuppoſito alibi ſuperioris uaſi uacui fundus erat ſimili modo perforatus: alterum quod ſubiecerunt integrum ac aquæ plenum altero ſuperaddito & aquam contingēte ſed aquæ meatu ante hinc inde munito quæ ubi ꝑmū cœpit ſurſū uel deorſū emergere uel effluere uel influere mox munitione ſubducta ꝑmiſerunt influere uel effluere fluxique in noctis ipſius & ſequentis ipſius diei finem atque id uſque ad principium noctis ſecundæ ſic ſibi menſuram temporis in aquæ de illo fluxu ſuſceptæ quantitate poſuerunt: ac in partes quas .xii. ſub fida dimenſione diuiſa decreuerunt in ipſo ciclo cōſtituere & diuiſiōibꝰ ānnotauere ut certi eēnt horarum numeri in quos eas ingredi morari & egredi nuntiarent Tuncq̧ poſt ægyptiorum retro maiores quos conſtat primos oīum cælum & temporis momenta ſcrutari & auſos metiri: ſiue horus ille fuerit quem ſolem appellant: & unde horæ dictæ ſunt ſiue ꝙ horus Apollo ſit qui præ cæteris horas īueniſſe perhibetur. Scipio naſica collega Lenati primus apud noſtros aqua diuiſit eas æqua noctium ac dierum: idque horologium in hunc modum ſub tecto dicauit: Anno urbis quingenteſimo quadrageſimoquinto.



Mbrarum autem rationem apud græcos Anaximenes mileſius Taletis diſcipul9 ĩuenit: ṗmuſqꝫ horogiũ lacedæmoniis oſtēdit hæc ipſa rō interdiu mō horoſcopi inſtitutio die nubilo nō uacet ꝑ ſolē internoſci maxīe poterit ſi in loco plano ſtans ꝗſpiā dorſũ cōtra ſolis rectitudinē poſuerit: ſuiqꝫ umbrā corporis pedib9 metietur a.xxiiii.die mēſis decēbris cum ianuario inchoando in quo eſt numer9 in ſua hora ṗma & in decima pedum



xxix. Nā decembrē cū ianuario in horis cauſa diſpar adiunxit cū linea ſimili alter augeatur: alter uero decreſcat Nouembrē & februariū ratio tp̄is per hocas duxit æq̄liter. October martiū concordib9 umbris aſciuit & parē ſibi fecit: ſeptēbris et aprilis dies horis ſimilibus cōferuntur: auguſtum maio par ſolis curſus æquabit: iunius & iulius horarum ſibi æqua ſpacia contulerunt ut de ſingulis menſib9 in huiuſmodi circūſcripta numerorum deſcriptione continetur.



Ac herarum uiciſſitudine uigilũ ſors ſucceſſiue per oẽs
æqualiter currat in hos acerbiſſima ſanctio ut qui loco q̃
libet cauſa ceſſerit de medio tollatur : & die quidẽ ꝑ por
tis armatæ ſtationes diſponuntur: Nocte autẽ per caſtella uigilare
mos eſt: ſed & præter publicas cuſtodias aliquot in caſtris diſpone
re non erit inutile ne quid tecti facinoris admittatur : Brutus enĩ ex
captiuitate græcorum quom per notos ſibi uigiles euocaſſet totum
exercitum ſuum in caſtra græcorum induxit hoſteſq; cõfecit: ideo
prudentioribus conſuetum fuit ut circitores caſtris præficere quõs
olim circuitores appellabant qui uigilias circuirent ac renunciarent
ſi quos immerſerit culpa uel aliquando per ſe uigiles reuiſere . Ti-
tus hieroſolymorum obſidione primam uigiliam noctis per caſtra
& caſtellorum ſpacia circuiens explorabat : ſecunda ſecundo a ſe
principi Alexandro permiſerat: tertiam agminum ducibus Alcy-
biades Athenienſis ciuibus ſuis a Lacedæmoniis obſeſſis ueritus
negligentiam uigilum his qui in ſtationibus erant denunciauit : ut
lumen obſeruarent quod nocte oſtenſurus eſſet ex arce & ad con-
ſpectum eius ipſi quoque lumen attollerent : Quo munere qui ce
ſſaſſet pœnam paſſurum: dum ſollicite itaque expectaretur ſignũ
ducis peruigilatum ab omnibus & ſuſpectæ noctis periculum eui
tatum eſt. Iphycrates Athenienſium dux quom ſub aduentu ho-
ſtium ipſe uigilias circuiret: uigilem quem dormientem uiderat te
li cuſpide perfodit: quod inclæmentius factum nonnullis increpan-
tibus: qualem inueni inquit talem reliqui. His itaque omnibus ſi-
mul ſomnum & excubiarum & uigiliarum tempora buccinæ ſi-
gnificent nec quicq̃ præter ordinem ſine ducis geratur edicto ſum
mo mane officiis pro religione celebratis mox milites ad centurio
nes ad chiliarcos illi ueniant cum quibus ad ſummum omnium du
cem uniuerſorum ordinum pricipes quibus ille ſigna det aliaq; pro
negotio præcepta perferenda ſubiectis quæ cũ in acie fuerint reco-
gnoſcant: ut ſi res exigat in curſibus: itemq; reuocationibus uniuer
ſi obſecundent & pareant Signum ab imperatore dandum quod de
ferant ſubiectis quod nemo non ſciat in ordine conſtitutus. Nemo
ſciat externus eiuſmodi eſt: quum quid memoriter tenendum indi
citur: uti in bello Marii Bardeus: in ſyllæ: Apollo Delphicus : in
Caeſaris: Venus Genetrix : Græcorum Chriſtianorum Chirie-
leyſon & alia atque alia: prout cuique uiſum eſt: id enim quo ſe



hoſtibus diſcernant maximi uſus in bellis eſt ſiue in luce pugnetur
ſiue in tenebris. Nam ſi hoſtis ĩ armis domeſticis latere uelit ſignũ
interrogatus ſotium uel hoſtem illico ſe prodit: id alii ſymbolũ uo-
cant probati auctores Liuius & Maro texeram.

Legationes cum hoſtibus ſi agendæ ſunt quales eſſe debeant.
Ca. V.

Egationes cum hoſtibus ſi agendæ ſint: illud animaduer
tendũ ut hi mittantur qui aſtu uel multa℞ re℞ cognitiõe
hoſtium latebras atq; conſilia metiri queant Scipio enim
Aphricanus occaſione mittẽdæ ad Syphacem legationis capta cum
Lælio ſeruorũ habitu tribunos & centuriões electiſſimos ire iuſſit:
quibus curæ eſſet regios uiros inſpicere qui ut liberius caſtrorum
poſitionem ſcrutarentur: equum de induſtria dimiſſum tanquã fu
gientem proſecuti maximam partem circuierunt munitorum: quæ
quom nuntiaſſent incendio confectum eſt bellum: itidem carthagi
nenſes miſere qui per ſpeciem legatorum Romæ morarentur exci
perent conſilia romano℞. Cato autem Cenſorius poſtquã tres ĩ By
thiniam legati romæ delecti quorum articulari morbo & podagra
unus capite alter uulneribus confoſſo tertius uecordia laborare ui-
debatur. Ridens populus romanus inquit legationẽ mittit: quæ nec
pedes nec caput nec cor habet Apud eum populum autem legati ſi
quando incogniti uenire nuntiabantur: primo quid uellẽt ab explo
ratoribus requirebant: poſtea ad eos egrediebantur magiſtratꝰ mi
nores: & tunc demum ſenatꝰ extra urbem poſtulata noſcebat: & ita
ſi uiſum fuiſſet admittebãtur.

Qua cautione conſultatiões cum hoſtibus habendæ Ca. VI

I autem conſultationes hoſtium admittendæ ſunt qua cau-
tione id fieri debeat: Cæſaris & Arioiuſti germanorum re-
gis monemur exemplo : Hi enim quom occurriſſet dies colloquii
utriuſq; conſenſu indicta placuit equitatu tantum armato conueni-
re. Cæſar quom ſalutem ſuam non omnibus committere uellet gal
lis auxiliaribus equis ſubtractis milites eis legionarios decimae le-
gionis: cui maxime propter uirtutem confidebat: impoſuit hos du-
centis paſſibus ab Arioiuſti præſidiis in tumulo collocans ut ex e-
quis colloquerentur: pari quoq; interuallo aberãt equites Arioiuſti
ubi uero interloquendum Cæſari nuntiatur germanos adequitare

lapideſq; & tela in ſuos coniicere loquendi finem fecit: ſeq; ad ſuos
recepit. Nam & ſi ſine ullo periculo decimæ legionis præſtātiā ho-
ſtes ſuperari uideret a ſuis tamen prælium committendum non pu
tauit ut poſſet dici pulſis hoſtibus a ſe per fidē in colloquio circum
uentos: Caſtris item & loco & manu munitis ſi ex conſultatione ſi
militer cum hoſtibus agendum ſapientis ducis eſſe ſtatuo ne ſe in-
caute illis ingerat ad loquendum. Agrippa enim rex cum Gamalē
ſibus de traditione loqueretur Veſpaſiano iubente ad dextrum cu
bitum lapide ictus egre de medio ſublatus eſt: Titus quoq; ad Hie-
ruſalem quom putaret iudæos hominis gentilis oratione flecti: ioſe
pphum miſit oraturum: qui grauiter in capite ab eis ſauci⁹ niſi ma-
ture ab ipſo Cæſare in caſtra ſubreptus fuiſſet oppetiiſſet

Armoꝝ hoſtilium ratio habenda. Ca. VII.

Dhuc armoꝝ habēda ratio: eoꝝ enim habitus pleriſque
gentibus alio atq; alio tēpore noxius ē: uti Numidis ha
ſtilia teloꝝ: quæ manu ſine amentis intorqueri ſolent: plu
uiis ingruentib⁹ lubrica ac per hoc inutilia fiunt. Scuta etiā quæ ele
phantoꝝ corio extento atq; durato habilia & tuta geſtabant: quorū
ea natura eſt ut acceptum imbrē tanq̄ ſpongia ebibant: ac per hoc i
tractabilia repentino pondere fiant quia circunferri non poterant
defendere nequiuerunt. Orientales qui maxime ſagittis bella con-
ficiunt oderunt uentos & imbres qui inter illos pacem eſſe cogūt ꝓ
inde. P: Scipio in Lydia quom die ac nocte imbre continuo uexatū
exercitum Antiochi uideret: nec homines tantum aut equos defice
rē: uerum arcus quoq; manantibus neruis inabiles factos cohorta-
tus eſt ſuos ut ſubſequenti quanquā religioſo die cōmitterent præli
um: quam ſententiam ſecuta extemplo uictoria eſt.

Multitudo partium ſpectanda quæ maximi exercitus præter ho
minum opinionem a minimis fuſi ꝓfligatiq; ſint Ca. VIII.

Vrſus in multitudine partium diſciplinæ ſtudiū uel ratio
utrinq; aīaduertenda ne pugnantibus & diſciplinæ tena-
cioris militibus rudē & indoctam multitudinem miſce-
as putans in uniuerſo exercitu Xerſis exemplo belli robur conſiſte
re. hic enim præclarus Aſiæ rex cum armatorū ſeptingenta milia
perſaꝝ: trecētaque de auxiliaribus præter claſſem maximam uixq;



credibilem habuiſſe narretur. meritoq; inopinato exercitui uix ad
potum flumina: uix terra ad ingreſſum: uix maria ad curſum cælū
ipſum uix patere ſagittis putaretur: huic tam incredili temporibus
noſtris agmini cuius numeꝝ nunc difficilius ē aſtrui q̄ tunc fuit uin
ci Leonidas rex ſpartanorum cum quattuor milibus hominum in
anguſtiis thermophilarum obſtitit: triduo continuo manu conſe
rens. quatriduo deinde cum iūgi bello uideret hoſtem undiq; circū
fundi dimiſſis ſotiis auxiliaribus ut ad meliora ſe tempora reſerua
rent hortatus: ſpartanos ſuos admonet de gloria plurimum de uita
nihil ſperandum neque expectandum uel hoſtem uel diē ſed occa
ſione noctis perrumpenda caſtra: commiſcenda arma conturbāda
agmine fore: nunquāq; uictores honeſtius q̄ in caſtris hoſtium eē
perituros. Perſuaſi igitur plus ſe patriæ debere q̄ uitæ: ac mori mal
le cum gloria q̄ ſupereſſe ſine. Mirum dictu: ſexcēti uiri caſtra ſex
centorum milium irruperunt. Poſtremo inter ſtragem & cadaueꝝ
aceruos inedia: uigiliis: & labore longæ cædis feſſi cū duce ſuo mul
to cruore graues inuicti æterna uiuentes gloria cecidere. Xerſes ue
ro eo tumultu terreſtri ac perturbatione territus & a Themiſtocle
nauibus quibus omne mare compleuerat ſpoliatus incognitus &
ſautius fugit: nec aliter ſane ut Satyrus inquit q̄ una naue cruētis flu
ctibus ac tarda per denſa cadauera prora Xerſes itidem a trecentis
Lacedæmoniorum ad thermophilas uexatus cum uix eos confeci
ſſet hoc ſe deceptum aiebat ꝙ multos quidem homines: habebat ui
ros autem diſciplinæ tenaces nullos. uel q̄ pauciora a. xiiii. M. Græ
corum: qui numerus in auxiliis Cyri aduerſus Artaxerſem fuit cē
tum milia Barbarorum ſuperata ſunt. Cyrus bello aduerſus Per-
ſas. xiiii. milia armatorum immenſas difficultates ſuperauit Alexā
der Macedo. xl. milia hominum iam inde a Philippo patre tantae
diſciplinæ aſſuefecit ut terrarum orbem aggreſſus innumeras ho-
ſtium copias ſuperaret. Primo nanque cæteris omiſſis Alexandri
cum Dario rege congreſſu ſexcenta milia perſarum in acie fuere:
quæ non minus arte Alexandri ſuperata quā uirtute Macedonum
terga uerterunt. In exercitū Alexandri. cxx. equites & . ix. tantum
pedites defuere. Secundo prælio a Dario cum. ccc. M. peditum &
centum milibus equitum in Alexandrum pugna cōmittitur: quoad
Darius fugeret & Perſarum cædes ſecuta: ibi enim tunc peditū octī
genta milia equitum. x. milia cæſa ſunt. capta autem. xl. milia fuere

Ex macedonibus uero cecidere pedites.cxx̄x̄.equites.cl.inter capti
uos caſtrorum mater & uxor eademque ſoror & filiæ duæ Darii fu
ere:quarum redemptionem Darius tum etiam oblata regni dimi
dia parte non impetraſſet.Tertio cunctis perſarum uiribus ſocio
rumque auxiliis contractis bellum īſtaurat ſpe pacis amiſſa &.cccc
milia peditum &.c.milia equitum Alexandro ab Aegypto reuertē
ti apud Tarſum bello oppōit.Sed Darius poſt anceps diu prælium
cum uinci ſuos uideret mori in bello paratus perſuaſu ſuorum fu
gere compulſus eſt:quo prælio Aſiæ uires & regna ceciderunt: to
tuſꝗ oriens in poteſtatem Macedonum eſſet imperii : atque ita at
trita eſt in hoc bello Perſarum omnis fidutia ut poſt hoc rebella
re auſus ſit nullus æquoꝗ animo Perſæ poſt imperium tot annorū
iugum ſeruitutis acceperunt in tanta malorum multitudine difficil
lima dictis fides tribus præliis totidemque annis quinquies decies
centena milia peditum equitūꝗ cōſumpta & hæc ꝗdē ex eo regno
illiſꝗ populis unde iam ante annos nōmultos plures decies nouies
centena milia profligata referuntur.Epaminundas thebanorū dux
quattuor milibus hominum:ex quibus quadringenti equites erant
Lacedæmoniorum exercitum uigintintiquattuor milium peditum
equitum mille ſex̄centorum uicit.Mylciades Athenienſium dux ī
paucis ſuorum omnibus perſarum copiis occurrens prius hoſti co
minus hæſit q̃ poſſet ſagittarum ictibus propulſari:itaque in.xi.M
ſuorum ducenta milia perſarum occidit.Lucullus in Armenia cum
decem milibus peditum & mille equitum aduerſum Tygranē: qui
centum quinquaginta milia hominum in expeditione haberet ne
mine illorum ſuorum impetum ſuſtinente dum illos fugat roma
nos quinꝗ læto interceptos amiſit:hoſtium uero ſupra centum mi
lia occidit.Idem Lucullus tranſgreſſus Eufratem & Tygrim cum
Mytridate & Tygranne cōgreſſus minima ſuorum manu magnū
numeꝝ hoſtium occidit:triginta milia hoſtium in eo bello cæſa re
feruntur.Tygrannes uix cum.cl.equitibus aufugit: diademate ne
agnoſceretur abiecto Fabio maximo Decio mureno conſſ.quattu
or fortiſſimi florentiſſimiꝗ italiæ populi:etruſci:umbri:ſamnites &
galli in unum agmen fœduſꝗ conſpirantes romanos delere conati
ſunt:Cumꝗ ſamnitibus & gallis bellum inirent & in eo bello gal
lorum impetu romani premerentur: Decius conſ.occiſus eſt. Fabi
us cum magna decianæ partis ſtrage uicit eo prælio.xl.milia ſamni



tum & gallorum cæſa:romanoꝝ uero ſeptem milia:ex Decii tantū
modo parte qui occiſus eſt referuntur fuiſſe autem uſꝗ etruſcis &
umbris quos aſtu romani bello uocauerunt gallorum & ſamnitum
peditum cxl.milia &.cccxxx.equitum uero.xlvii.milia. Liuius re
fert:& carpentarios mille in armis contra aciem ſtetiſſe romanam
a romanis aduerſus Mytridatis exercitum in minore Armenia q̃
draginta milia hominum cæſa uel capta ſūt:romani uulnerati mil
le uix autē q̃draginta interfecti:a romanis item penes Methaurum
flumen uictus eſt Haſdrubal caputꝗ eius ante Hannibalis caſtra ꝓ
iectum:deꝗ exercitu ſuo ſex & quinquagīta milia occiſa: capta au
tē quinꝗ milia & quadraginta cum ab exercitu Romanorum ſo
tiorumque octo ferme milia cecidiſſent:Cū Theuthones & Cym
bri italiae plana peruaſiſſent Marius & Catull9 aduerſus eos miſſi
ita pugnarunt ut tāta atꝗ terribilis multitudo minima romanorum
clade ſua autem ultima internitione cæderetur.cl.milia eoꝝ tunc in
bello cæſa q̃draginta milia capta dicuntur. L.aemilio Catullo.C.ac
cilio Regulo conſ.formidine magna conſternatus ſenatus defecti
one ciſalpinæ galliæ cū etiā ex ulteriore gallia ingens aduentare ex
ercitus nuntiaretur maxime gerſatoꝝ:quod nomen non gentis ſed
mercenarioꝝ galloꝝ eſt:ita permoti conſules totius italiæ ad præſi
diū imperii contraxere uires : quo facto utriuſꝗ conſulis exercitu
octingenta milia armatorum fuiſſe referuntur:ſicut Fabius hiſto
ricus qui eo bello interfuit memoriæꝗ demandauit quæ nec ſaltem
tanta quanta eos terrere debuit cæſa ſui parte fugierunt:nā tria mi
lia eoꝝ tunc interempta hiſtorici tradiderunt:quod ideo ignomini
oſius turpiuſꝗ eſt tam paucis amiſſis tanta agmina diffugiſſe: Syl
la poſt partam athenienſium urbē cum Archelaꝗ cōflixit.cx.milia
cæſa uix decem milia ſuperfuiſſe referuntur:hac cōperta clade My
tridates lectiſſima ſeptuaginta milia militum in ſubſidiū Archelao
miſit e Aſia:Secundo prælio ſexaginta milia ex his interfecta ſunt
Tertio bello oēs copiæ q̃s Archelaus habebat extinctæ ſunt:nā ui
ginti milia militum ei9 in paludē pulſa quom Syllæ fidē īplorarēt ī
ſatiabili uictoris ira interfecta ſunt:totidēꝗ alia in flumē coacta ac
necata:reliqui miſeroꝝ trucidati ſunt:Parſodes Perſa dux belli ex
ercitum maximum ad.cc.milia hominum milia coegit:caſtriſꝗ in
finib9 caduſiorum poſitis arſeum medoꝝ ducem ſe aduerſus cum
octingentis milibus hominum profectum pugna inita ſuperauit

ad quingenta milia interfectis reliquos extra cadusioꝝ fines abigẽs
hac uictoria inſignis a caduſus rex creatus in mediam tranſiit: om
niqꝫ prouintia uaſtata magnam gloriam aſſecutus eſt. Crothonien
ſes italiæ quondam potentiſſimi populi: bello ſunt a locrenſibus fu
ſi: quanquã militum illis centumuiginti milia his nõ milia. xv. mo
do eſſent Heraclianus cui immenſam & ſatis incredibilem claſſem
nauium fuiſſe perhibent: quippe qui tunc tria milia ſeptingẽtas ha
berẽt: quem numerũm apud Alexandrum magnum uel quenquã
alium regem præter Xerſem fuiſſe hiſtoriæ ferunt ſimul ut cũ ag-
mine militum ad urbem pergens littore egreſſus eſt occurſu comi
tis marini territus: & in fugam uerſus arrepta naui ſolus Carthagi
nem rediit: atqꝫ ibi continuo militari interemptus eſt.

Obſeſſorum exploranda ſtudia Ca. IX.

N obſeſſis item ſtudia multitudinis exploranda: ſi enim
diſſenſorium partes intercidant auditꝰ: aperitur uiro for
ti dũ trepidant: ait ille nullo firmatæ robore partes tolle
moras ſemper nocuit differre paratis. Titus ꝓinde dũ taricheas bel
lo fugaſſet in ciuitatẽ regreſſus aduenas cum indigenis diſſidentes
audiens mox armato milite ciuitatem ingreſſus obtinuit: itidẽ ſi ad
deditionem offeratur aſſenſus cauendum ne ſentẽtia plurimorum
in dolo obtineat. P. Licinii proconſulis exemplo: nam quom pagos
ſub ſpecie deditionis oblatos accepiſſet qui in poſtrema receptique
acie collocati ſunt romanorum terga ciciderunt: proinde Cæſar nũ
quã dedititiis credidit niſi armis: obſidibuſqꝫ traditis & ipſis ex no-
bilioribus lectis ueluti filiis ac fratribus principum numero ꝓ ãpli
tudine loci plerunqꝫ ad quingentos quo & fidutiam hoſtibꝰ adime
ret & ſibi munimenta conquireret.

Q uid ſi oppugnari caſtra contingat Ca. X

I oppugnari caſtra ut uaria ſorte plerunque cõtingat q̃ id
ratione fiat horum monemur exemplis. Scipio Aphrica
nus aggreſſus hyberna pœnoꝝ caſtra atque munitiones
nocte cõcubia fecit incendi: pœni trepidi quom caſu ignem accidi-
ſſe uel affuiſſe putarent inermes ad extinguendũ aduolarunt qui fa
cile ab armatis oppreſſi ſunt: in utriſque caſtris. xl. milia hominum



igni ferroqꝫ conſumpta: capti quinqꝫ milia: duces ipſi miſerabiliter
aduſti egre effugerunt. Craſſus ex ducibꝰ Cæſaris hoſtium caſtra
hac arte expugnauit ipſe in Aquitania res gerens quom aduerteret
hoſtes conſuetudine rei publicæ loca capere: caſtra munire: cõme
atus ſuos includere: non cunctandum exiſtimauit quin pugna de-
cerneret hac rẽ ad conſilium delata quom omnes idem ſentirẽt po
ſteꝝ diem pugnæ conſtituit: ꝑma luce ꝓductis copiis auxilia in me
diam aciem coniectauit: ſicque acie inſtituta quid hoſtes cõſilii ca-
perent expectabat: illi & ſi multitudine ſua & romanorum paucita
te tuto ſe dimicaturos arbitrarentur: tutius tamen eſſe rati ſunt obſe
ſſis uiis commeatu intercluſo ſine uulnere uictoria potiri: Quod ſi
ſe Romani recipere cœpiſſent firmiori animo ſub ſarcinis adoriri
cogitabant. Hac re percepta Craſſus cum hoſtium cunctatione ſu
os alacriores effeciſſet ad hoſtium caſtra contendit: ubi quom alii
foſſas complerent: alii telis coniectis hoſtes repellerent: auxiliares
quibus non multum confidebat lapidibus teliſque ſubminiſtrãdis
& ad aggerem ceſpitibus deferendis conſtituit quom his intende-
rent equiteſque Craſſo renuntiarent non eadem diligentia ab decu
mana porta caſtra munita illi Craſſo iubente eductis quattuor co-
hortibus quæ præſidio caſtris erant in hoſtium caſtra peruenerũt.
Q uomque bellum anceps eſſet & ultro citroque ferirẽtur hoſtes
ſeqꝫ per munitiones eiicientes fugam peterent equitatus eos apertis
campis conſectatus ex hominum milibus quinquaginta uix quar-
tam partem reliquit. Propter huiuſmodi caſus animaduerto Cæſa-
rem ſatis cauiſſe ne caſtrorum munitionibus ampliores unq̃ latitu
dines includeret q̃ ſuis copiis implere ſufficeret. Eidem una conſue
tudo etiã fuit nunq̃ caſtra deſerenda eſſe niſi cum munitionibus
effractis hoſtes uallo prohibere nõ poſſent aſt eruptio quando ne
ceſſaria ſit. Galba eiuſdem Caeſaris dux documentum nobis ſit:
hic enim quom ad radices alpium hyberna caſtra locaſſet & com-
meatꝰ cauſa plurima pars ſuorum abeſſet: Galli ſubito alpium cul-
mina occupare cœperunt. Rebus cognitis Galba concilio conuoca
to ſententias exquirit placet interim rei euentum experiri & caſtra
defendere: Tunc ſigno dato hoſtes ex omnibus partibus concur-
runt: Hi quom primo integri uiribus & qua parte caſtra nudata
defenſoribus erant concurrentes auxilium ferent. Tandem ho-
ſtium multitudine & ſuorum paucitate languidiores effecti ſunt:

uallum hoſtes ſcindere:foſſam complere cœperũt ut res ad extre
mũ caſum perduci uiſa eſt. Primoꝝ ordinum princeps ad Galbã
conuenientes experiri extremum remedium ſuadent atque erupti
one pugnare:princeps ſuos ſubiectos centuriões faciunt ut pauliſp
miſſa tela excipientes ſeſe ex labore reficiant:poſtea uero ſigno da
to atque omnibus portis eruptione facta:nulla ſui colligendi hoſti
bus facultas fuit:ſed circũuenti omnes fuſique ſunt:romani uero ſe
incolumes receperunt. Aemilius ſimiliter Paulus uniuerſis lyguri
bus ex improuiſo adortis caſtra eius ſimulato timore diu militem
continuit:fatigato deinde iam hoſte a quattuor portis eruptione e
ueſtigio facta ſtrauit cœpitq; lygures Titurius quoq; ſabinus aduer
ſus amplum gallorum exercitum continendo militem intra muni‑
menta metuerit ſuſpitionem ei præſtitit:cuius augẽdi cauſa per fu
gam miſit:qui affirmaret exercitum romanorum in deſperatione
eſſe:ac non niſi de fuga cogitare Barbari oblata uictoriæ ſpe conci
tati lignis onuſti quibus foſſas implerent ingenti curſu romanorũ
caſtra petierunt. Vnde in eos titurius uniuerſas imiſit copias:mul‑
tiſq; gallorum cæſis plurimos in deditionem accepit.

Quod rebus bellicis quiſquis finis obuenerit nunquã negligen
dus. Ca.XI.

D hæc rebũs bellicis quiſquis finis obuenerit nunquã is
negligendus. Si enim pari ſorte diſſeſſum ẽ: paribus an
nis repetere licet:ſi autem hoſtilis pars ſuperior ſit rebus
labentibus & in fugã uerſis maturo conſilio ſuccurrendum eſt. Ser
torius enim a. Q. Metello pio acie pulſus:quom neque fugam ſibi
tutam arbitraretur:milites diſperſos abire iuſſit admonitos in quẽ
locum uellet conuenire. Viriatus dux luſitanorum romanoꝝ copi
as locoꝝq; iniquitatem euaſit:eadem qua Sertorius ratiõe ſparſo ex
ercitu primo deinde collecto. Tryphon autẽ Syriæ rex uictus ꝑ to
tum iter fugiens pecuniam ſparſit:eumque ſectantes Antiochi eq
tes morãdo effugit. Rex item callidus Mytridates romanæque aua
ritiæ gnarus qua ſequentes moraretur ſpargi ſimiliter a fugiẽtibus
ſarcinas & pecunias iuſſit. M. Marcellus conſ. quom in manus gal
loꝝ incidiſſet omniaque infeſta uideret in medio hoſtium irrupit:
quibus inopinata audacia exterritis regem eoꝝ occidit atq; ubi ſpes
ſalutis uix fuerat inde maxima ſpolia reportauit



Quid ſi bello pulſi munitionibus recepti ſint Ca.XII.

Vod ſi bello pulſi munitionibus recepti ſint ubi delibe
rationi opus eſt nunq̃ animus dimittendus:nanq; cartha
ginenſes quom ſyracuſanos graues infeſtoſq; paterẽtur:
ab athenienſibus auxilia ĩpetrauere. Athanienſes magna claſſe in
ſtructa lycia & lamacho ducibus tantis uiribꝰ ſiciliã petũt ut ſuffra
gia ſua ipſi timerent:duobus præliis ſecundis ſucceſſibus factis ho
ſtes in urbem concludunt & obiecta claſſe terra mariq; cingunt: ſy
racuſani fractis feſſiſq; rebus auxilia a lacedæmoniis petũt a quibꝰ
mittitur Gylippus ſolus quidẽ ſed in quo omnium præſidioꝝ ĩſtar
præferebatur:qui ueniens ut audiuit inclinatum iam belli ſtatũ au‑
xiliis contractis opportuna bello præoccupauit loca:deinde duobuſ
præliis uictus in tertio lamachum congreſſu occidit:hoſtes ĩ fugã
uertit:ſotios ab obſidione liberauit:athenienſes nauali certamie cõ
gredi parant. Gylippus claſſem inſtructam a lacedæmoniis accer
ſit auxiliaq; ſotioꝝ athenienſes prima congreſſione uincũtur:caſtra
cum omni pecunia publica uel priuata amittunt. Sic Gylippus opti
mus dux licet bis uictus nec animo tamen conſternatus nec fractꝰ
in ſtatum optimum res reduxit:& ſi quidem uiribus diſſipatis nul
la manus bello ſuperſit:hoc ipſum ſotiis rei gerendæ occaſionẽ of
fert. Ariſtonicus Aſiæ rex Licinium Craſſum cum multis auxilio
rum copiis bello obtinuit. huic Craſſo Perpenna coſ. ſucceſſor ue
niens Ariſtonicum recenti uictoria exultãtem improuiſo bello ad
ortus nudatum omnibus copiis in fugam uertit. Cũq; Stratonicẽ ur
bem ad quam ille confugerat obſidione cinxiſſet cruciatum famae
ad deditionem coegit.

Quid ſi hoſtes bello ſine munitionibus pulſi Ca.XIII.

Erum ſi hoſtes bello ſine munitionibus pulſi fuerint oĩo
inſtandum erit ad reliquias cœpti prælii conſumẽdas uti
Mariꝰ qui deuictis prælio theotonicis eoꝝ reliquias quia
nox bellum circumuenerat continuis ſubinde circunſedens clamo
ribus perpaucis ſuorum perterruit inſomnemque hoſtem detinu
it ex eo aſſecutus ut poſtero die inrequietum facilius hoſtilem de
bellaret exercitum infinita haec negligentibus damna contigere.
Ethius conſ. romanus dumonorum centum octuaginta milia uniꝰ

diei quota parte proſtrauiſſet facillimumque ſibi foret reliquos cō
ficere bellum conſilio nimis imprudenti diremit:ac totius galliæ ex
cidium hoſte impunito reliquit. Par huic pompeio contigit quo ſi-
bi ipſi mortem conſciuit: Nam cum Cæſare torquatum eius lega-
tum legionemque unam ut expugnaret aggreſſus eſt hoc periculo
ſotiorum pompeius cognito omnes eo copias contraxit in qua ſe il
lico Cæſar omiſſa obſidione conuertit. Torquatꝰ autem e ueſtigio
prorumpens Auerſum inſecutus eſt: ita Cæſaris milites ancipiti pe
riculo territi ipſo Cæſare fruſtra obſidente fugerunt: euaſit tamen
Caes. quia nocte interueniente pompeius proſequentem reuocauit
exercitum qui Cæſaris teſtimonio uictor tunc erat: cū diceret: erat
hodie profecto uictoria apud hoſtes ſe que tantum ea die ab eis po
tuiſſe ſuperari ſi uincendi gnarum ducem habuiſſent: denique di-
lapſus contractis copiis cum pompeium farſalicis campis uiciſſet
fugientem inſecutus eſt: Protinuſque obtinuit in omnibus bel-
lorum negociis ſemper in conſumationem intendebat: nil actum
credens cum quid ſupereſſet agendum: ipſe nanque cum belui-
tiorum trecenta quinquagintaocto milia bello cecidiſſet centum tri
ginta milia quæ ſuperfuerant nulla noctis parte itinere intermiſſo
die quarto in fines lingonum peruenerūt cum romani propter uul
nera & occiſorum ſepulturam triduo remorati fuiſſent Cæſar ad
lingonas litteras nunciumque miſit ne commeatu ne ue alia re adiu
mento illi eſſent: qui ſi iuuiſſent ſe eos hoſtium loco habiturum. Ipſe
autem triduo intermiſſo cum omnibus copiis inſecutus eſt heluitii
rerum inopia adducti deditionem ſui obtulerunt atqꝫ ad pedes Cæ
ſaris obortis lachrymis prouoluti pacem petiere: quibus cum obſi-
des armaque tradere præcepiſſet: dum ea conquiruntur nocte in-
termiſſa ſex milia diffugerunt: quos ille inſecutus hoſtium nume-
ro habuit: reliquos in deditionem accepit ac ſuis locis reſtituit. idē
cum Belgas bello fugaſſet illi in finibus ſuis pugnari domum re-
uerti ſtatuerunt: quibus ſecunda uigilia profectionem parantibus
cæſar ueritus inſidias quod cauſam nondum cognouerat exerci-
tum continuit. Prima luce re ab exploratoribus confirmata equita
tum præmiſit qui nouiſſimum agmen moraretur ipſe cum inſtru-
ctis legionibus inſecutus tantam multitudinem interemit quantum
dei ſpacium ſufficit: Mox antequam hoſtes ſe ex fuga reciperent i
fines eorum progreſſus ſine difficultate ulla munitiones eorum



obtinuit omni gallia deuicta cum quædam ciuitates belli cōſilia re
nouare nuntiarentur in eorum fines exercitum traduxit: repentino
eius aduentu accidit ut prius ab equitatu opprimerentur q̃ diffuge-
re in oppida poſſent: nam & illud incurſionis ſignum quod incen-
diis aedificiorum fit Cae. edicto fieri uetuit: tum ut praecaueri non
poſſet ac ne pabuli frumentiqꝫ copia deficeret: Itaque Cae. omnibꝰ
hoſtium conſiliis magnis itineribus aduolando contendens occur-
rebat nec dabat ulli ciuitati ſpatium de aliena potius q̃ de domeſtica
ſalute cogitandi hac celeritate & fideles amicos retinebat & dubitan
tes terrore ad conditiones pacis adducebat.

Non eſſe multorum ducum ſententia pertinaciter neqꝫ omni-
no uſqꝫ ad pernitiem fugientibus inſtandum Ca. XIIII.

Contra uero non eſſe etiam pertinaciter neqꝫ omnino uſqꝫ
pernitiem hoſtibus inſtandum multorum ducum ſenten
tia ꝑſpicuum eſt. Nanqꝫ. M. Liuius fuſo Haſdrubale hor
tantibꝰ eum qbuſdam ut hoſtē ad interemptionem uſqꝫ proſeque-
retur reſpondit: aliqui ut ſuperſint qui de uictoria noſtra hoſtibus
nuntient neceſſe eſt: Scipio Aphricanus dicere ſolitus eſt hoſti nō
ſolum dandam uiam ſed etiam muniendam. Pyrrhus quoque epy
rhotarum rex inter cætera præcepta imperatoria memoriæ ꝓdidit
non eſſe pertinaciter neqꝫ uſqꝫ ad perniciem fugiētibus inſtaturos
uictores Quod ſtratagematis genus & ab ipſo & ab aliis etiam ple
riſque clariſſimis ducibus in expugnandis quouis modo hoſtibus
obſeruatum inuenio: ipſe enim cum ciuitatem quandam occepiſſet
clauſiſque portis ex ultima neceſſitate fortiter dimicātes eos qui in
cluſi erant animaduertiſſet uiam illius ad fugam dedit. Hannibal
cum incluſi germani ad tranſimenū acerrime pugnarent deductis
ſuorum ordinibus abeundi facultatem reliquit abeunteſqꝫ ſine ſuo
rum cæde & ſanguine ſtrauit. Ageſilaus Lacedæmonius aduerſus
Thebanos cum acie confligeret intellexiſſetqꝫ hoſtes locorum con
ditione clauſos ob deſperationem fortius dimicare ſuorum ordini
bus aperta thebanis ad euadendum uia rurſus in abeuntes contra-
xit aciem & ſine iactura ſuorum cecidit aduerſos ob deſperationē
fortius dimicare ſuos pontem irrumpere prohibuit cum docuiſſet
ſatius eſſe eum expelli ab europa q̃ cogi ex neceſſitate pugnare mi
ſitqꝫ idem ad eum qui indicaret quo in diſcrimine ſua res ſita eſſet

niſi fugam maturaret: Antigonus Macedoniæ rex ex etholis qui in
obſidione ab eo compulſi fame urgebantur ſtatuerantque eruptiõe
facta commoti uiam fugæ dedit: atque ita fracto impetu eorum īſe
cutus aduerſarios fudit. Titus eques romanus & cui duobus Scipio
nibus occiſis exercitus imperium detulit: cum circũuenti ab eo pœ
ni ne multi morerentur acrius pugnarent laſſatis manipulis ex con
ceſſo fugæ ſpatio diſſipatos ſine periculo ſuorum trucidauit. C. Cæ
ſar Germanos incluſos ex deſperatione fortius pugnantes emitti iu
ſſit fugienteſque aggreſſus eſt. C. Manlius coſſ. cum ex acie reuer
ſus capta ab etruſcis romana caſtra inueniſſet omnibꝰ portis ſtatio
ne circũdatis incluſos hoſtes in eam rabiem efferauit ut ipſe in præ
lio caderet: quod animaduertẽtes legati eiꝰ ab una parte remota ſta
tione exitum etruſcis dederunt & effuſos perſecuti occurrente alte-
ro conſule ceciderunt.

Dolabra hoſtẽ eſſe uincendum nullamqꝫ rem ſummo duci ma
gis conuenire q̃ moram cunctationemque nullam minus q̃ fe-
ſtinationem ac temeritatem Ca. XV.

Ccedit ad hæc Domitii etiam Corbulonis conſiliũ qui Do
labra hoſtẽ dicebat eſſe uincendum quod multis nõ ſecus
præclaris ductoribus id ſeruãtibus in ſucceſſum & nomi
nis ſui gloriam uenit & Fabio maximo imprimis Nam cum aduer
ſus Hannibalẽ miſſus nollet cum eo acie confligere ſed cunctando
exercitum eius terere: qui tum pecuniæ tum annone præmeretur ĩ
opia per ſumma montium iuga & abditos nemorũ ſaltus caſtra po
nens Hannibalem ſequebatur & ſeſe e latere egreſſus opponebat:
cumque a multitudine rideretur & Hannibalis uocaretur pedago-
gus id minimi pendens cogitantibus ſuis atque conſiliis utebatur &
ad amicos ſæpe conuerſus dicebat eum ſibi timidiorẽ uideri qui ca
uillationes conuitiaque timeret q̃ qui hoſtem fugeret: inſuper cum
de collega Minutio quoniam hoſtes aliquot ꝓſtraſſet magnus ru-
mor eſſet: quaſi uir eſſet nomine romano digniſſimus Magis ſe in
quit ſecundam Minutii fortunã q̃ aduerſam pertimeſcere: pauloqꝫ
poſt cum inſidias incidiſſet Minutius & ſimul cum exercitu periret
ubi ipſe auxilium tulit: tum magnum hoſtium numerum perdidit
tum illum ſeruauit unde & Hannibal uictus & impetu ſuo fractus
ad ſuos & amicos dixiſſe ſertur: Nunquid non dixi uobis fore ali-
quando ut hæc montana nubes maxima nos in campo ui tẽpeſtatis

Maximus ille est, unus qui no[bis]
cunctando restituit rem.



obrueret: Eodem modo aduerſus Philippum Sertorius cum trans
hyberũ amnẽ ad eum cõflueret undiqꝫ multitudo. & barbara turba
quæ feritate & ſuperbia ſua cuncta turbaret nec ducis iuſſum expe
ctaret ſed temeritate in hoſtes ferretur p̄mum rationibus & uerbis
inſtruere eos conatus eſſe: deinde ut uidit eos nihilominꝰ temere ꝓ
perantes ſtatuit ſic eos obiicere hoſti ut non omnino frangerentur
ſed uulnera acciperent: ſperans per hæc ipſis in reliquũ tẽpus man
ſuetioribus uſurum: Geſta itaque re ut ipſe cogitauerat opportune
affuit & fugientes ſuſcepit reduxitqꝫ in caſtra ac paucis poſt diebus
ut eorꝫ mentes erigeret conſolareturqꝫ aduocata totius exercitus cõ
tione duos equos in mediũ adduci iuſſit: alterꝫ ĩ acie ſenioqꝫ conſe-
ctum: alterum fortẽ & nitidũ caudãqꝫ ꝓmiſſam habentem. Aſtabat
autẽ iuxta gracilem illũ uir magnus & robuſtꝰ admodum iuxta ni
tidum & præpotentẽ uir paruꝰ & imbecillis: dato autẽ ſigno uir ille
magnus ut ei mandatũ erat caudã uniuerſam gracilis equi ambabꝰ
manibus captã aduellere temere ac uno conatu adnixus eſt. Paruꝰ
etiã uir præpotẽtis equi caudã paulatim depilabat. Tandẽ uero ille
fruſtra ſimul totã caudam trahens ſibi quidẽ moleſtias inanes cir-
cunſtantibꝰ uero riſum præbens defeſſus eſt: & ille paruus euellen
do paulatim ſetas caudam fortis equi ſpatio perbreui nudauit Tunc
aſſurgens Sertorius uidetis inquit cõmilitões ingenium plus poſſe
q̃ uires: multaqꝫ quæ uno impetu ſuperari non poſſunt ſenſim pau-
latimqꝫ ſuperari. Scipio iunior cum effrenatam hoſtium demẽtiam
eſſet intuitus dicebat tempore ſecuritatem emi: Nam boni impera-
toris ueluti medici officium eſſe ut ferri curatione utatur ad poſtre
mum: Verꝫtamen tẽpeſtiue adortus Numantinos infugam uertit.
Cumqꝫ uictos grauiter ſeniores ferrẽt exprobrãtes ꝗd eos fugiſſet
quos totiens fugaſſent Numantinum quempiam dixiſſe fertur pe
cudes quoqꝫ eaſdem nunc eſſe ac paſtorem alium proinde nullã rẽ
ſummo duci magis conuenire q̃ moram & cunctatione nullam mi
nus q̃ feſtinationem temeritatemqꝫ his duabus maxime cõtrariis re
bus oẽs qui diuturno bellorum uſu peritiſſimi hoc tempore iudi
cantur. Magnis imo ingentibus te Sigiſmunde Pandulfe laudibus
in cælum tollunt: utpote qui duos florentiſſimos potentiſſimoſqꝫ re
gios apparatus mora ac celeritate ꝓriueris Alphonſum enim cla
riſſimum & illuſtriſſimũ Taraconenſium regem cum plurimũ ui
geret & Franciſci Sfortiæ ſoceri tui copias primo perſequeretur: tu

pii filii functus officio:ſocerum genteſque eius oēs intra munitio
nes phani fortunæ & mœnia poſitis caſtris recipiens id mora cun-
ctandoque aſſecutus es:quanquã hoſtes portas urbis ſæpenumero
excurrerent:obſeſſoque ſimilis uidereris ut & ſoceri tutela fueris &
huiuſmodi regis uires conatumue omnē ſapientia tua & animi ma
gnitudine faciliter eluſeris & irruptione tandem in eū facta ex pice
ni finibus exegeris:Eundēque quinquennio poſt Regē populonia
expeditione longa & graui illius metatione aggreſſus nō armis &
gentib9 ſed armorum umbra potius:ignium nocturna ſignificatio
ne illuceſcentium tranſfugarumq; crebro rumore nuntiantium au
xiliorum populorumque totius etruriæ tecum ne id oppidum dede
retur confluentium forti denique & aīoſa repentinaque tuorum mi
litum eruptione muros habentem exultantēque iãiã & ſpoliantem
uno ut ſic dixerim:nō toto incurſu more fulminis obtriuiſti: quod
uno eodemq; momento adiuiſti percuſſiſti abſceſſiſti:nec uana de
te prædicatio eſt regem abſte ante uictum eſſe q̄ uiſum ſicq; quod
paucis unquã ducibus conduxiſſe accepimus Faneſtrium Sfortien
tiumque expugnatione ad agendum cunctatione populonia ad tu
endum ſuccurrendumque audacia irruptiōe ac feſtinatiōe uſus es.

Cauendum ne ſucceſſu rei quiſquam elatus in periculum ꝑni
ciemque trahatur. Ca.XVI.

AT quanquam audentes deus ipſe iuuat ut Naſo inquit &
uſu ſæpenumero cōprobetur:illud tñ ſummopere cauē
dum ē ne ſucceſſu rei quiſquam elat9 in periculum ſuoꝝ
pernitieq; trahatur:Hoc q̄dam ĩperatores cōſiliū minime ſeruantes
dū audacter magis q̄ caute feruntur in hoſtes in magnam ſe ac ſuo
rum ruinam cladēq; ꝓpe miſerabilem iniecerunt:quod ſi non ali-
unde conſtaret Cyri potentiſſimi & præclariſſimi Imp.ac afrorum
monemur exemplis.Cyro enim Scythiam ingreſſo Thomiris regi
na quæ genti præerat tranſitum Araxis fluminis cum poſſet prohi-
bere tranſire permiſit ꝑmo ꝓpter fiduciam ſui ꝓpter opportunitatē
obiecti fluminis & hoſtis incluſi:mittit igitur tertiam partē copiaꝝ
cum filio ad inſequendum hoſtem:Cyrus caſtra inſtructa uino e-
puliſque deſeruit quaſi territus refugiſſet Barbari quaſi ad epulas
inuitati ꝑmo ebrietate uincuntur mox reuertēte Cyro uniuerſi ob
truncãtur:Thomiris exercitu ac filio amiſſo uel matris uel reginæ



dolorē ſanguine hoſtiū diluere potius q̄ ſuis lachrymis parat diffi
dētia igitur diſſimulata deſpatōe cladis illatæ paulatī cedēdo ſupbū
hoſtē in inſidias uocat:cui cū iter montiū āguſtias occurriſſet ducē
ta milia pſaꝝ cū ipſo rege deleuit addita ſup oīa illi9 rei admiratiōe
qd nec nūti9 q̄dē tantæ cladis iterfuit.Aduerſus afros rebellātes hā
nibal a carthaginēſib9 miſſus cū ſciret gentē auidã eē uini uinum:
qd illi erat ĩ caſtris mãdragora pmiſcuit cui9 inter uenenum & ſo-
porē media q̄dã uis ē:tunc ꝑlio leui cōmiſſo ex ĩduſtria ceſſit no-
cte deinde intēpeſta relictis intra caſtra q̄buſdã ſarcinis & oī uino
ĩfecto fugã ſimulauit:Cumq; barbari occupatis caſtris in gaudium
effuſi medicatum uinum hauſiſſēt & in modum defunctoꝝ ſtrati
iacerēt:reuerſus cœpit eos & trucidauit.Idē cum ſciret ſua & roma
noꝝ caſtra in eis locis eē q̄ lignis deficiebãt ex ĩduſtria regiōe deſer
ta plurimos armētoꝝ greges ĩtrã uallū reliq̄t: quib9 uelut præda ro
mani potiti in ſūmis lignatōis anguſtiis ĩſalubrib9q; ſe cibis onera-
uerūt.hannibal aūt reducto nocte exercitu ſubito oppſſit:hiſtri cū
ſeq̄rent etholos qui bellantes eos nup adiuuerant:ĩitia pugnæ pſpa
hoſti fuerūt eadēq; exitii cauſa.nam cum.Gn.Mamlii caſtra cœpi
ſſent optimæq; prædæ incubarēt epulantes & ludibūdos pleroſq; ac
ubi eſſent neſcientes præ oculis Appi9 pulcher ĩuadit:ſic eum ſan-
guine & ſpiritu male partam reuomuere uictoriam:ipſe rex epulo
equo impoſitus cum ſum ſubinde crapula & capitis errore laſſaret
captum ſeſe uix & egre poſtquam experrectus eſt didicit.

De Coniuratorum apparatu in caſtris uitando Ca.XVII

ACcuratiōes ꝓinde cōuiuioꝝ & apparatus nobiliſſimi du
ces caſtrēſib9 ꝓhibuere.Sic Maſſiniſſam po.Ro.amicū
centeſimū uitæ annum agentem ſtantem uel ambulãtem
meridie ante tabernaculū ſolitum cibos ſumere nouimus: Hanni-
bal nequam diei ꝑtem intermitteret nō niſi crepuſculo cenabat: Sci
pionem & Alexandꝝ ſimplici pane in itinere cum amicis cōtentos
fuiſſe tradunt.Vrius fortiſſimus dux romanus qui ualidiſſimam
italiæ gentem qui ditiſſimum græciæ regem uicit:ut de eo ſcriptum
eſt:Paruo quæ legerat orto ipſe focis breuib9 ponebat oluſcula ea-
dē leguminum rō ꝑmultis placuit:quib9 Seueꝝ ꝓncipē inter tot di-
uitias uti ſolitum accepim9 ſingulas etiã delitias faſtidientem: Seue
rum ſeptimum nobilem ducem legimus cum eſſet ĩ caſtris.nã cum
uinum iuſſiſſet in expeditiōe neminem bibere ſed aceto uniuerſos
eē cōtentos piſtoreſq; ſequi caſtrã ꝓhibuiſſet buccellato iubēs oēm
militarem turbam cōtentam eſſe añ omnes ipſe cōi & militari cibo

uſus coráq; & ante papylionẽ nec ſibi unquam uel cõtra ſolẽ uel im
bres tecti q̃ſiuit ſuffragia. Põpei⁹ uero cũ aduerſa ualitudĩe labora
ret:& ut turdo ueſceretur medic⁹ iuberet. illũq; ſui fruſtra tũc q̃rerẽt:
erat.n. p̃ter anni tp̃s diceretq; quidam fore: ut apud Lucullum turdi
quẽ penes annum itegrꝶ nutrirẽtur inueniref ergõ inqt ni lucullus
ſtuderet delitiis uiuere Põpeius nõ poſſet ac dimiſſo medico patu
facillimis uilib⁹q; cibis uſus ẽ Iulio cæſari facilitas circa uictum tãta
fuit ut cum appoſitis aſparagis p oleo unguentum inſtillaretur idq;
q̃ p̃mum aĩaduertiſſet facile comãducaſſet increpuiſſetq; qui id mo
leſte tuliſſet: milites eius radicẽ cuiuſdã herbæ euellẽtes ea lacte cõ
mixta ueſcebantur factumq; ex ea panẽ intra hoſtium ſtationes p̃
currentes iaciebãt addebantq; ſe q̃diu herbam huiuſmodi terra nu
triret obſidionem Põpeii haud quaquam deſerturos. Eum autẽ pa
nẽ eumq; ſmonẽ ne hoſtium patientia ac ptinatia ſuoꝶ animi fran
gerentur aſportari in mediumq; pferri uetuit Põpeius. Auguſto ẽt
quem minimi cibi fuiſſe cõſtat & fere uulgaris ſecundarium panẽ
piſciculos caſeum manu p̃ſſum ficuſq; biferas & uirides placuiſſe
legimus. Tranſrhenum etiã Tyberium eum uitæ genus obtinuiſſe
ferunt ut ſedens in ceſpite nudo cibũ cœpit ſine tentorio pnoctarit.
Diuus Adrianus cibis caſtrenſibus caſeo & larido in ppatulo liben
ter eſt uſus Scipiõis æmiliani Metelli & auctoris ſui Traiani fræ tus
exẽplo. Cambiſi nõ puiſis comeatibus nõ exploratis itineribus pin
uia & arentia ſuũ trahenti exercitum cum deeſſent neceſſaria nec
quicq̃ ſubminiſtraret ſterilis & inculta humanoq; ueſtigio deſtru-
cta regio tenerrima p̃mo frõdium & cacumina deinde coria igne
molita neceſſitas cibum fecit poſtea cu inter harenas radices quoq;
& herbæ defeciſſent apparuiſſetq; inops etiã aĩalium ſolitudo deci-
mum quẽq; ſortiti alimentum habuerunt: cumq; ptẽ exercitus ami
ſiſſet partẽ cõediſſet timuiſſetq; ne uocaretur ad ſortẽ pindeq; tunc
demum ſignum receptui dediſſet ſeruabantur interim generoſe il
li aues & inſtrumenta epulaꝶ camelis uehebantur cum ſortirentur
illos milites eius q male perirent pei⁹q; uiuerent. Illud deniq; Sigiſ
munde Pandulfe nõ ſiluerim inter hæc ſumma ducum & impera
toꝶ uitæ ornamenta tantã uideri in te ſi̅litudinem ac cõſonantiam:
ut nihil excogitari poſſit ſimilius nihil maius dici cum omne gen⁹
hoc hoĩum ducum & imperatoꝶ laboꝶ patiens: uigiliarum ſitis in
ediæ & oĩs anguſtiæ imitando aut æquaris aut exceſſeris. Quis.n.
neſcit cum per omnem uitam nullum uiliſſimi cibi genus aſperna
us ſis una cum tuis militibus populonia expeditione nõ ſecundo



iſtorum more nõ cibario tantum pane te uſum ſed atro ſed duro ſa
xi inſtar uirentiq; q̃dam lanuginẽ atq; mucore quẽ canes aĩalia ad
cibũ ſemp pna ac iumenta ſingula faſtidirent. Prætereo glandes e
ſubere q̃ tibi tuiſq; militib⁹ ĩ tanta famis acerbitate tanquam ſapore &
cõdimẽto quodam ĩmixto opes regiæ uidebantur. Taceo ſtagnan
tiũ fontiũ calentes ac ſulphureas aquas: & quanquam uini habendi
facultas oĩs abeſſet ac eiuſmodi aquæ nauſeam prius q̃ndam affe-
rrent q̃ ſitim reſtinguerẽt: nihil tamen tibi ac tuis cũ omniũ admi-
ratione incolentium uiſum eſt unquam illis aquis bibiſſe iocundi⁹
Maxime igitur rationis eſt bellicæ ſeſe delitiis continere maxĩe rur
ſus in prædam leui momento nõ ruere ambitioſa licet ac certa uide
atur: ſæpenumero enim fit ut dum delitiis: dum exuuiis hoſtium:
dumq; ſpoliis miles occupatur hoſtem in ſe reuocet: ſicq; q̃ multos
præclaros duces cum ingentia prælia maximoſq; exercitus confe-
ciſſent huiuſmodi rerum uoluptate ſubactos confectoſq; fuiſſe

Quæ uſui uideantur utrinq; ad danda uel euocanda ſubſidia ſi
exercitum noſtꝶ caſtris aut locis munitis obſideri cõtigerit aut
alios obſidere: deq; notis militarib⁹ quo ue tempore qui notarii
appellantur denominationẽ acceperint Ca. XVIII

Ane poſt haſce q̃s modo diximus bellorum rõnes ſi ex-
ercitum noſtrum caſtris aut locis munitis obſideri conti
gerit aut alios obſidere: quæ uſui uideantur utrinq; ad dã
da uel euocanda ſubſidia: uel certe ad hoſtium artes clandeſtinis cõ
ſiliis & rõnib⁹ dep̃hendẽdas nõ erit ĩutile ſcire & maiorum exẽplis
euoluere. Cicero Cæſaris dux caſtris hybernis obſeſſus nuntios at
tentius de ſtatu rerum ſignificare cupiens mittit ad Cæſarẽ & cum
aliq in hoſtium manib⁹ lapſi & ſub oculis ſuorum crudelibus ſup
plitiis affecti reliquos merito terrore cõpleuerint: inuẽtus ẽ tandem
ſeru⁹ unus ex Gallia q libertate & magnis p̃miis & pollicitationib⁹
lr̃as Iaculi amẽto inſertas quia gallus & gallis mĩme ſuſpectus tulit
ad Cæſarẽ Illius ergo ſolicitus Cæſar gallum eqtẽ q̃ndam pmiſſis
ĩngentib⁹ ĩpellit ut litteras ſuas ad Ci. referat: & ſi caſtra ingredi ne
queat alligatas iaculo intra uallum iaceat paret ille: & ad caſtra cum
ueniſſet accedere metuens ut iuſſus erat litteras iaculatur quæ caſu
q̃ndam in turrim inciderunt: neq; a quoquam ante diẽ tertium uiſæ
ſunt: Tunc cõſpecte a quodam milite detrahuntur & ad ipſum cui
inſcriptæ erant Ciceronẽ perlatæ atq; in concilio militum recitatae

magna oẽs fiducia & gaudio repleuere. Erat aũt perbreuis epiſtola
ne a barbaris poſſet intelligi litteris graecis in hanc ſententiam per
ſcripta: ego iã cũ legionibus iter arripui cõfeſtim ꝗ adero: Tu uirtu
tem tuam pſtinam ut retineas q̃ſo uale: Ioſephus uelleribus ouium
nuntios tegens multo tp̃e uigiles romanoꝝ fefellit ſpecie canũ dece
ptos fuerũt: q inflatis utribus litteras intus inſutas habentibus per
nuntiũ mitterent qui cruribus uelut gubernaculis curſũ dirigẽtibꝰ
pcul aſpiciẽtes qui in caſtris erant maxime ſpecie belluæ decipent
Arpagus occaſionẽ uindicandæ iniuriæ q̃rens litteras Cyro nepoti
apud Medos in exiliũ demoranti exenterato lepore per ſeruũ mi
ſit rete quoq; deferre iuſſit: quo ſuſpitiõe uiaꝝ cuſtodibꝰ umbra ue
natus auferret: factũq; eſt ut ſecrete hinc inde miſſis epiſtolis Cyrꝰ
auũ Aſtiagem regno & Syro & medo puaret: nõnulli uaginaꝝ inte
riora ſcripſerunt arundine: alii dolonibꝰ ue & baltheo: alii clãdeſti
nis nũtii ſui corporis iumentoꝝq; ſuoꝝ ptibus circũplicatam mittũt
epiſtolã colũbæ quoq; internuntiae in magnis rebꝰ fuere epiſtolas
annexas collo uel earũ pedibus obſidione mutinẽſi Hyrcio cõſule
ad Decium Brutum ac Decio Bruto rurſus ad Hyrcium mittente
ubi diſpoſito cibo quibuſdã eminentiſſimis locis colũbas tenebris
pus incluſas & fame plurima affectas illinc inde uolare inſtituerãt.
Cæcilius uolateranus eq̃ſtris ordinis hyrundines cõprehenſas ĩ ur
bem ſecũ afferens uictoriae nuntios amicis mittebat in eundẽ nidũ
remeãtes: Tradit Fabius pictor cum obſideretur pſidiũ romanoꝝ
a lygurtinis ad ſe allatis lino ad pedes alligato nodis ſignificare quo
die adueniente auxilio eruptio fieri deberet: Eſt litteraꝝ græcaꝝ u
ſus inter latinos Latinoꝝ & aliorum inter græcos: Græcis .n. litteris
ſcriptas epiſtolas Symachus Dionyſio regi mittens patefecit cartha
ginenſes: Duce Hannone ad bellum arma parare ob quã rẽ inſidi
is cognitis carthaginenſes edicto publico uetuere ne quis ſuorum
græce loq̃retur aut ſcriberet: Eſt Aegyptioꝝ quoq; uſus atq; q hunc
ſequuntur uarias aĩalium ſpecies p litteris notant eorum more. nõ
enĩ ſyllabarum cõpoſitiõe aut litteris uerba eorum expmuntur ſed
imaginum huiuſmodi forma earum ſignificatione uſu memoriae
hominum tradita. Nã ut Lucanꝰ inq̃t: Nõdum flumineos mẽphis
cõtexere biblos Nouerat: & ſaxis tantum uolucreſq; feræque Scul
ptaq; ſeruabant magicas aĩalia linguas: ut & in obeliſcis adhuc Ro
mæ ſtantibꝰ eſt uidere: per uulturẽ nanq; naturæ uocabulum ĩdicãt



nam mares nullos poſſe inter huiuſmodi uolucres inueniri phyſi
ci tradunt ac per ſpeciem & figuram apis mella conficientis regem
aculeoſq; per accipitrem rem denotant cito factam quoniam haec
aliaꝝ ferme omnium auis ſit uelociſſima tranſferturq; hæc notatio
ad domeſticas res quæ uelociter fiant: Cocodrillus malum ſignifi
cat: dracõe autem caudam ſuam mordente & in ſeſe recurrente an
nus per eoſdem indicatur ſicut apud nr̃os clauum indicem annoꝝ
numeri fuiſſe diligens talium modo numerorum auctor Cincius
affirmat. Leonis etiam capite apud eos mõſtratur præſens tp̃s quia
cõditio eius inter præteritum futurumq; actu pſenti ualida feruens
que eſt. ſed præteritum tempus lupi capite ſignatur ꝙ memoria re
rum tranſactarum rapitur & aufertur. Canis item blandientis effi
gies futuri tp̃is deſignat euentũ de quo nobis ſpes licet incerta blan
ditur terram: inſuper ægyptii ſignificare cum uolũt bouis figuram
ponunt. Oſirim cũ ſolem eſſe aſſerunt ſceptꝝ ſculpunt: inq; eo ſpe
ciem oculi expmunt & hoc ſigno oſirim monſtrant ſignificantes
hunc deum ſolem eſſe regaliq; poteſtate ſublimem cuncta deſpice
re quia ſolem iouis oculum appellauit antiq̃tas. Oculus item iuſti
tiæ ſeruatur & totius corporis interp̃tatur cuſtos reliq̃rum corporiſ
ptium dextra manus digitis paſſis liberalitatẽ deſignat. ſiniſtra ue
ro cõpreſſis tenacitatẽ atque auaritiam eodem modo & cæterarum
corporis ptium figuræ atque inſtrumenta aliquid certum notabant
quæ memoria hominum lõga ac meditatiõe obſeruata e ueſtigio
quid ea expmerent internoſcebant. Sunt & iuris militaris notæ de
quibus dicere neceſſarium eẽ duximus in breuiculis enim quibus
militum nomina inſcripta cõtinebantur apud ueteres quo inſpicerẽ
tur quanti ex militibus ſupereſſent quantique in bello oppetiſſent.
T. lr̃a in capite uerſiculi poſita ſuperſtitẽ deſignabat T ita uero de
functum unde illud. O. pmum ante alias infœlix littera T ita. cum
autẽ imperitiam ſignificare uellent huiuſmodi nota. A. uſi perhi
bentur: cum uero ſilentio quid agẽdum. S. Notas etiam litterarum
inter ſe ueteres factitabant imperatores ac magiſtratus ut quicquid
occulte inuicẽ in ſcripturis ſignificare uellent mutuo ſcriberent cæ
teris ignorantibus quid nam eiuſmodi ſibi litterarum uellet ordo
huius rei teſtes ſũt libri epiſtolarum. C. Cæ. ad. C. Oppium & Bal
bum Cornelium quibus rerum gerendarum eius in remotis pſen
tiam exhibere cura erat: in eiuſmodi .n. epiſtolis inuenire erat lr̃as

abſq; ullo ſyllabaꝝ cōiugio cum occulto tñ ipſarum lr̄arum permu
tatiōis ordine ut in ſcriptura quidē alteriꝰ altera & ſitum & nomen
occuparet ut in Bartꝰ & Felipo uocabulis his ad cuiuſq; notādi noīs
integritatē lr̄is quæ deeſſent ex reliquo elemētorum numero ſuper
additis aliiſq; ꝑ ſcribentium arbitrio nihil ſignificantibus. Iulius itē
Cæ. in his quæ aperta nō oībus eſſe uoluit per notas ſcripſit atq; eo
elementoꝝ ſitu ut dictio nulla cōponi quiret: hūc uero litteraꝝ ordi
nē ſi quis imitatione dignū cenſeat. D. ꝓ. A. & ſic deinde reliq̄s cō
mutabit & transferet ſuper eodem Auguſti quoq; Cæ. ad filiū extat
epiſtola in hunc modū: Quoniā quidem innumerabilia aſſidue q̄
ſcribi alterutꝛ oporteat & eſſe ſecreta habeamꝰ īter nos notas ſi uis
tales ut cū nobis aliquid ſcribendū erit ꝓ una q̄q; littera ſcribamꝰ ſe
quentem hoc modo. B. ꝓ. A. C. ꝓ. B. ac deinceps eadē rōne cæteras
ꝓ. Z. littera redeundū ad duplex. A. A. ſed & ipſa carta in rōne eſt
Ea enim ſi ſucco cepæ inſcribatur igni oppoſita reddit litteras. Titu
nalii quoque quā noſtri lactariā herbā: alii lactucā caprinā uocant
albiſſimo ſucco inſcripto corpore cū inaruerit ſi cinis ſpargitur ap
parere litteras & eis q̄dē alloqui maluiſſe ueteres q̄ codicillis. Simi
li modo alii alios fallunt lacte recenti cartis inſcriptis fatiſcentibꝰ de
inde litteris aſpſæ carbonis puluiſculo q̄les apud ingenioſum poetā
in ſua re militari dicentē inuenies: Cū poſſit e rure cartas celare liga
tas & iuncto blandas ſub pede ferre notas Cauerit hæc cuſtos ꝓ car
ta cōſcia tergū præbeat in quæ ſuo corpore uerba ferat. Tuta quoq;
ē fallitq; oculos e lacte recenti littera carbonis puluere tange leges
Fallit & humiduli quæ fiet acumine lini efferret occultas pura tabel
la notas. Cartā alii calidiſſimo aſtu nulliꝰ momenti uerbis de rebꝰ
ſeriis ac familiaribꝰ attramento ꝑmū inſcribunt cū alia quæ cupiūt
eſſe ſecreta urina notent: quæ deſiccata ut intuentiū oculos fallit cū
litteraꝝ ꝑſpicue etiā intuentibꝰ nihil conſpiciatur ſi ſic igne caleſcat
litteras aboriri undiq; ac legi poſſe nō dubium ē. Legimꝰ quoq; De
maratum lacedæmonio regno pulſum & apud perſas degentē para
tum exercitum contra Græciam a Xerſe perſaꝝ rege lacedæmoni
is callido ſtudio pateſeciſſe: ſcriptas nanq; tabellas ſuperducta recē
ti cera texit eaſdemq; per ſeruum neſcium facti miſit: delatæ autem
magiſtratibus ſtuporē attulerunt: ſcriptum enim uidētes nihil qui
dam deluſionē eſſe putabāt: Alii mittentis ingenium ſuſpicati ſunt
ac eo rē maiorē quo eſſet occultior arbitrati ſunt demum rē oībus



dubiā: Leonide regis ſoror aperuit ceræ enī tegmine abraſo & ſub
lato litteras occultas inuenit: ac Xerſem. vii. milia trecentaq; de au
xiliis regno armaſſe nec aliter pœnoꝝ quiſpiā a carthaginenſibꝰ mi
ſſus ad cōſilia hoſtium exploranda fingens ſe patriā pulſum mili
tēque ſe expeditionis offerens pugilaribus uacuis noua deſuper il
lita cera ciuibus ſuis omnia perſcribebat. Quidam barbarica calli
ditate & aſtu plus q̄ punico uſi abraſa hoīum capita inſcribunt do
mique q̄diu capilli fructificent eos obſeruāt qui tandē ad amicum
ſecreti illius conſcium miſſi abraſiq; deliteſcētes crinibus litteras ꝓ
dunt. Lacedæmonii aūt & Ephori cum reipu. ſecreta non oībus eē
cōmunia litteris publicis aut ad claſſis præfectos aut ad īperatores
ſuos miſſis: uolebant ne ſi in manibus hoſtium inciderent archana
publica ꝑderentur ea hoc modo in ſcripta mittebant. Haſtilia duo
terretia erant eadē longitudine pari craſſamento ornatuq; cōſimili
adeo ut uiciſſim cōiuncta congruerent: ex his alteꝝ cum domi ſibi
reſeruent: alteꝝ tribuant præfecto uel imperatori in bellum deſcen
denti cū archanū quicq̄ & arduum inſcribere cupiunt cartam lori ī
ſtar ꝑlixam & anguſtam haſtili ſuo circumplicāt & inuoluunt nul
lum oris cohærentibus facientes interuallum haſtilis ſuperficiē un
diq; carta occupante Quod ubi factum eſt in circumplicata carta ꝑ
tranſuerſum iuncturarum uerſibus a ſummo ad imum proficiſcē
tibus deſcribunt dempto de hinc codicillo ad præfectum uel impe
ratorem cōmenti illius conſcium abſque ligno ſcripta mittunt quæ
cum his accepit & lectione nihil ualeat litteris truncis & mutilis &
ita undique hinc deinde ſparſis & diſſipatis ut nullus prorſus ſen
ſus coniecturam habeant ſuo quod penes ſe habet ſumpto haſtili
Codicillum ſic ꝑciſum a ſummo ad imum ut fieri debere ſciebat.
circumplicatum inuoluit adeo ut eiuſmodi circunductione ſimi
lem inſeriem conſtituta uerborum continuatio reperiatur. Eſt &
circa perſcribendas uoces uel paucioribus litteris notandas ſtudiū
neceſſarium: quod partim prout cuique uiſum eſt fit: partim pro
uſu publico & obſeruatione communi nanque apud ueteres cum
uſus notarum nullus eſſet praeter ſcribendi facilitatem maxime in
ſenatu ut hi qui ſcribendo aderant celeriter dicta comprehenderēt
quædam litteris notabant & ſingulæ litterae quid ſignificarent in
promptu erat hoc modo unicam Catonis orationem ut de coniura
tis ſupplitium ſumeretur ſeruatam & litteris demandatam ferunt

Cicerone cõſule uelociſſimos ſcriptores diſponẽte atq; docẽte ut ꝑ
ſigna q̃dam breueſq; notas huiuſmodi multarum litterarum uim
hñtes dicta colligerẽt quo tp̃e nondum reperti erant hi qui notarii
appellabantur:ſed tunc ꝑmum huiꝰ rei ueſtigia ferunt extitiſſe au
ctoreq; ad Lucillium Seneca uiliſſimorum mancipiorum cõmẽta
fuiſſe hanc itaque publicã & occultam litterarum ſignificationẽ q̃
in monumẽtis ueterum curiarum:tribuum:comitiorum:poteſtatũ
magiſtratuum:p̃fecturæ:ſacrorum ludorum:rerum urbanarum:
rerum militarium:collegioꝝ:decuriarum:faſtorum: numerorum
mẽſurarum:hiſtoricorum deniq; & oratorum libris ſparſim repiꝫ
q latiꝰ & uberiꝰ ſcire uolet ꝓbi Valerii grãmatici Tullii Tirõis Ci
ceronis Liberti Philargii Samii.L.Annei Senecæ & Petri Diaconi
comẽtarios de ea re ſatis curioſe cõſcriptos inq̃rat. Sunt & aliæ q̃dã
digitorũ notæ & oculorum & aliarum ue ꝑtium quibus ſecum taciti
ꝓculq; diſtantes colloquunꝫ:ſicut militaris etiã mos ẽ ut quotiens cõ
ſentit exercitꝰ quia uoce nõ põt manu ꝓmittat. Alii quia uoce non
pñt gladiorum motu ſaltant:Enniꝰ de q̃dam ĩpudica q̃ſi in choro pi
la ludens datatim dat ſeſe & cõmunẽ facit alium tenet alii nutat alibi
manꝰ eſt occupata alii puellit pedẽ alii dat anulum alium inuocat cũ
alio cantat attamẽ aliis dat digito l̃ras. Ouidius ſimiliter more ma-
ioꝝ apud quos hoc loq̃ndi genus freq̃ntiſſimũ fuiſſe cõpio ĩpudicã
aliam & amicam ſuam his notis & nutibus monet in uirum cum p̃
mit inquit:Ille thorum uultu comes ipſa modeſto ibis ut accumbas
clam mihi tange pedẽ:me ſpecta nutuſq; meos uultumq; loquacem
excipe furtiuas & refer ipſa notas:uerba ſuperciliis ſine uoce loq̃n-
tia dicam uerba leges digitis uerba notata mero Cum tibi ſuccurrit
ueneris laſciuia noſtræ purpureas tenero pollice tãge genas ſi quid
erit de me tacita quod mente loq̃ris:pendeat extrema mollis ab au-
re manus:Cum tibi quæ faciam mea lux dicam ue placebunt: Ver
ſetur digitis anulus uſque tuis:tange manu mẽſam: Tangunt quo
more p̃cantes:Optabis merito cum mala multa uiro. Idem poeta la
ſciuiſſimus alibi in impudicam aliam & amicam ab alio corrupta
Ipſe miſer uidi cum me dormire putares ſobrius appoſito crimina
ueſtra mero:Multa ſupcilio uidi uibrante loquentes Nutibus in ue
ſtris pars bona uocis erat Non oculi tacuere tui conſcriptaq; uino
Menſa:nec in digitis littera nulla fuit:Sermonem agnoui quod nõ
uideatur agentem:uerbaq; ꝑ certis uiſa ualere notis.



Vocabula rei militaris publici honoris priſca atq; præclara Ca.I

LIBER OCTAVVS

Q Vanto ingenio ac ſtudio Sigiſmũde pã
dulfe apud pleroſq; ſparſim publici ho
noris rei militaris ꝑncipatuũ magiſtra-
tuumque mẽtiri habita ſit tanto labore
ſum ꝓſecutus eoꝝ uocabula origines &
officia locis ꝑmultis ſic diffuſa in unum
hunc ſeq̃nteq; librũ q̃ſi unũ in corpꝰ re
digens ne q̃d tuæ cognitiõi ꝓfeſſioniq;
deeſſet:q̃d dignũ ſcia uidereꝫ: Et quo-
niã regia q̃dẽ dignitas ex augurali familia ꝑmũ cõſtituta ſup̃ma ẽ
oĩum dignitatum humanarum:poetæ ueteres iouẽ nõ impatorẽ ap
pellant ſed regẽ:tribuẽtes deo id nomen q̃d eſt apud hoĩes maxi-
mũ atq; ampliſſimum respu. Ciuitates & gẽtes tanquã oĩum ſup̃mi
ac dii quidã inter hoĩes excellentes bõitate ſapiẽtia & uirtute reges
rexerunt:ſicq; reges a regendo & recto q̃d reges maxĩe decet dicti
nõ ut quorundã temeritas uſurpauit a regnãdo:horum plura ſunt
genera:nec ẽ regum oĩum modus unꝰ poteſtatis. In lacedæmonio
rum.n.repu.uideꝫ eſſe maxime ſm̃ leges:neq; enĩ poteſtatẽ habet
oĩum ſed cum egreditur extra regionẽ impium habet eorum quæ
ꝑtinẽt ad bellum præterea ſacrificia deorũq; cerimoniae ei cõmiſſa
ſunt. Hæc igitur regia poteſtas ẽ q̃ſi auctoritatẽ belli perpetuam ha
bere:uitæ enĩ neciſq; alicuiꝰ non habet poteſtatẽ niſi dum bellum
gerit ut etiam apud antiquos fuiſſe uidetur:quod oſtendit Home-
rus:Nam Agamẽnon in cõtionibus maledictis & iurgiis uexabaꝫ:
ſed cum a contiõe digreſſus in prælio erat occidendi hẽbat poteſta
tem. Eſt alia inſup ſpecies regni qualia ſunt apud quoſdam Barba-
ros regna uim habentia ꝓximam tyrannidi : licet ſint legittima &
ſecundum morẽ patriae:ob id enim quia magis aptae ſunt ad ſer-
uiendum nationes barbarorum q̃ graecorum & eorum qui inco-
lunt Aſiam q̃ eorum qui europam ꝑferunt ſeruile iugum æquo aĩo
Tertia eſt ſpecies ut antiquitus in Græcia fuere quos uocabant Eſy
netas:eſt enim haec ut ſimpliciter dicamus electiua tyrannis diffe-
rens a barbarica non eo quod legittime ſed eo ꝙ non cõſuete:pote-
ſtas autẽ huiuſmodi aut uiuente durabat:aut tẽpore:aut rebꝰ geſtis
finiebatur qualem elegerunt q̃ndoq; mitilenei pictacum: aduerſus

exules ſuos : Quarta ſpecies eſt quales erant heroicis temporibus
ſpōtaneæ & ſm morē & legē: ꝓpter bñficia .n. a pmis collata ī ppłoſ
uel ꝑ ptes uel ꝑ bellū uł ꝑ cōgregationem ī unū uel ꝑ acqſitionem
regionis delatū fuit eis regnum de ppłoꝝ uoluntate & ſucceſſoribꝰ
id erat ſm patriæ morem: ſm patrium etiā morem apud taprobanē
alteꝝ terraꝝ diu exiſtimatum orbē eligi regē a ppło ſenecta clæmē
tiaque inſigni liberis carentē ſolere cæteꝝ ſi poſtea gignat abdicari
ne fiat hæreditariū regnum rectores: qn etiā ei dari a populo .xxx
nec niſi plurium ſententia quenquā capite dānari ſic quoqꝫ appella
tionē eſſe ad populū .lxx. iudices dari ſi libertꝰ: ſi rex āplius trigīta
ex Aphricæ qdam etiā ꝑte ſunt q ſm morē canem ꝓ rege hñt motu
eiꝰ impia augurantes: pmo autem regia ptās fuit apud cretam teſte
Ariſtotele: Diodoro licet ubi nam cœperit incomptum ſit cum nulli
oīno hiſtorici eam tradant illam poſtea ſuſtulerunt ipſo in bello ad
Coſmos tranſlato: ad alias deinde atqꝫ alias natiões defluxit inter ſe
habitu cultuqꝫ diſtantes ut apd pſas a quoꝝ regibꝰ mos erat thiaram
geri: in cuius ſummitate gēma erat pmagna & lucens in auro illiga
ta. Aegyptios uero apud reges mos erat: aut leonis aut tauri aut dra
conis porē ptē in capite ferre inſignia pncipatus: qñqꝫ uero arborē
aliqñ ignē qndoqꝫ redolentia ſupra caput unguenta. Aethiopum re
ges ſceptꝝ in aratri formā gerunt: ac pilleos oblongos circa finem
umbilicum habentes ſerpētibus quos aſpidas uocant circunuolutū
monumētum inſigne eos q cōtra reges inſurgere audeant mortife
ris morſibus ſubeſſe. Apud romanos aūt inſignia erant Sella curu
lis & Trabea iuxta maroneū illud: Et Sellā regni trabeāqꝫ inſignia
nři: Nā diadema ut aliaꝝ gētiū reges pmo nō hēbant: cæteꝝ haſtis
qs græci ſceptra dixere ꝓ diademate uſi phibent: atqꝫ hæc apud ex
cellentiſſimū quoqꝫ uatē Homeꝝ non oēs reges a Ioue ſumebant:
ſed ſolū q bonum & qui ſummum ſtudium adhiberēt ut ſubditi q
beatiſſimi eſſent hæc diuerſa regum īſignia tum ad decorē ſpecta
bāt atqꝫ ornatū tum ſtuporē ac ſupſtitionē qndā aſpiciētibus iniicie
bant. Ad poſtremum quoniā rex ī tyrannum regni trāſgreſſiōe ꝓ
labitur: tyrannꝰqꝫ & rex non noīe ſed factis diſtant auctore Seneca
fit ut regis appellatio qndoqꝫ in tyrānum cadat: tyrannīqꝫ in regē: in
de ē illud quo potuit ciuē populꝰ pducere liber aſcēdi ſupraqꝫ nihil
niſi regna reliq & illud ſpes mihi pacis erat dextra tetigiſſe tyranni
īterregnū deiñ appellatū id tpe quo regia uacabat ſedes nā cū pmū



initum eſt poſt Romulum regem uita functum totus ille annꝰ per
quinos dies cētum ſenatoribus deputatus eſt: decem decuriis factis
ſingulisqꝫ in ſingulas decurias creatis qui ſummæ rerum præeſſent
ne aliquis ſub æquabili dignitate romani expers remaneret imperii
decem itaqꝫ imperitabant & unus duntaxat qui & lictores haberet:
dicendiqꝫ iuris poteſtatem ac regis & imperii inſignia idque impe
rium quinq dierum ſpatio finiebatur ac per omnes in orbem ibat:
annuumqꝫ interuallum regni fuit id ab re qd nunc tenet nomen in
terregnum appellatum eſt: Huc accedit ꝙ etiam ſub cōſulibus præ
diti imperio cōſulari ſi qñ interregnum initum eſt inter reges fue
runt: nec unq ita uacua fuit hoc nomine res pu. ut nullus interrex
biduo ſaltem triduo ue crearetur: uideo mihi hoc in loco poſſe ob
iici currules mgratus apud maiores nřos qdriennium in re pu. nō fu
iſſe ſed erāt tribuni plebis cū tributia ptāte q ꝑs maxīa regalī īperii ē
tñ nō eſt ꝓditum inter reges eo tpe non fuiſſe: qnin etiā uerioribus
hiſtoricis referentibus declaratū eſt: cōſules ab interregibus ꝓcrea
tos qui hērent reliquoꝝ comitia magiſtratuū in hoc autē regis de
lectu decreuerunt ut cū populus regē iuſſiſſet id ſic ratum eēt ſi pa
tres auctores fierent tum interrex cōtione uocata quod bonum fau
ſtum fœlixqꝫ ſit inquit: quirites regē create ita patribus uiſum eſt pa
tres deinde ſi dignum q ſecundum a Romulo numeretur crearitis
auctores fiēt. Dictator etruſco more creatus tremēdus pfecto ma
giſtratus atqꝫ ſeuerꝰ ſūmæqꝫ poteſtatis erat quippe ꝙ cæteros oēs ma
giſtratus diſſolueret pter tribunitiā poteſtatem: auctore Plutarcho
quodqꝫ dicto eiꝰ parendū eſſet nec ab eo ad populū uti a cōſuli pro
uocare liceret: inſignia erant huic cōſularia oīa ac ſpeciē quodam
modo regiæ poteſtatis pferebat: ueꝝ rege exiſtēte coſſ. ptores ac cæ
teri magiſtratus in repu. manere nō poterant. Dictatura aūt ſimul
atqꝫ inducta fuerat in rēpu. cæteri magiſtratꝰ oēs interibant & abro
gati ꝑ creationē dictatoris pter tribunos plebis cenſebātur: & ī hoc
differebat dictatura a rege ꝙ rege regnāte tribunitia ptās plebiſque
auctoritas oīs oīno ſoluebatur: dictatore manēte plebs plebeiqꝫ magi
ſtratꝰ uim auctoritatēqꝫ ſuā retinebāt. Dictator idē nec alio qdē pa
cto creari cōſueuit ſiue ad bellū deſignari q cū uis aliq maior de im
ꝓuiſo aborta ingentē urbi cladē minitare uideretur: ſicque duos quō
dā uno tpe in urbe fuiſſe dictatores ꝙ īmoderata fors neceſſitas &
tēpus effecerunt .xxiii. urbis con. auctor eſt Liuius. Huic æquitate
fas non erat ſed ueteri lege prohibitum ſiue ꝙ maiores uires in eſſe
pedes manū cōſerere debētibꝰ arbitraretur ſiue ꝓpter hoc īperatorē

in phalange ꝑmanere oportere nec locū deſerere ſiue quod ad alia
etiam tyrannica magnaqꝫ ſit ꝑncipatus potentia Fabius autem dicta
tor deſignatuſ magiſtrum equitum.L.Minutium primum a ſenatu
petiit ut equo uti ſibi dictatori liceret.Præterea eū quem nos dicta-
torem diximus in hiſtoriis ita nomīari legimus apud antiquos ma
giſtratuū populi uocatum poſteaqꝫ ī auguralibꝰlibris ac in bonorū
finibus ſcriptum eſſe & Cicero & Seneca ad Lucillium clari teſtes
nondeſunt teſtimoniumque eſt ꝙ qui ab illo nominatur magiſter
equitum eſt quem uti uolebat ipſe dicebat.Non autē poſt reges ex
actos anno dignitas hæc ſiue poteſtas ꝓ tempore maior q̄ conſula-
tus cum magiſtro equitū qui ei obſequeretur creata eſt & apud pa-
tres eſſe cœpit:nec amplius q̄ ſemeſtri tempore duratura niſi ſi qui
forte illam potentiam adepti per uim diutius tenuerīt ut.L.Sylla &
C.Cæ.qui perpetui dictatores tyrannidis odioſum atqꝫ infame no-
men uitare uolentes rempu.oppreſſcere.Quis autem primū dicta
tor creatus ſit non ſatis conſtat auctore Liuio apud uetuſtiſſimos ta
men auctores ſiqua eidem auctori fides eſt & Euſebio Cæſarienſi
T.Larginm dictatorem primum Sp.Caſſium magiſtrum equitū
creatos īuenio:quod autem uel futuros dictare hic magiſtratus ſoli
tus ſit uel a conſule diceretur:cui dicto obædiētes omnes eſſent. M
Varronetteſte dictatorem appellatum conſtat: uel ut inquit Plutar
chus in uita.M.Marcelli cum dictator a populo aut a ſenatu deligi
non poſſit:uerum alter conſulum aut īperator ꝓgreſſus ad populū
quem cenſeat dictatorē dicit:& quia dictus ſit dictatorem appellāt
nōnulli ab eo dictatorē dictū aiunt ꝙ non ppl'i ſuffragio aut aſſen-
ſu ueꝝ ꝙ is cēſeat impat ſiquidē iuſſa mgr̄atuum quæ græci.G.ro
mani uocant edicta & imperioſiſſimi duodecim faſces licet fuerint
utpote penes quos ſenatus & eq̄ſtris ordinis & uniuerſæ plebis ſum
mum decus eſſet quorumqꝫ nutu latium ac totius Italiæ uires rege-
rentur contuſi tamen atqꝫ fracti dictatorie huic ſe animaduerſioni
perſæpe ſubſtrauerunt ac ne multa foret læſa gloria militaris cōſul
delecti omnis uindex a dictatore nōnunquā punitus eſt.

Magiſter equitum dictus ꝙ ut eſt ſumma populi dictator ſic ſū
ma huius poteſtas in equites & accenſos ſiue quod in bello eque-
ſtres ipſe copias duceret:Qui uero dictator eſſet & ſi præeſſet om
nibus:legiones tamen ſolum pedeſtres more maioꝝ ducēdas hēret
Reliqui quidem minores q̄ hi mgr̄i dicti mgr̄atus ut ab albo albatꝰ

Magiſtri appellantur quibus præcipua cura reꝝ incumbit qui-
que magis q̄ cæteri obligātur.Nec ſolum doctores artium ſed etiā



pagoꝝ ſotietatūm uicoꝝ collegiorum eq̄tūm magiſtri dicuntur q̄a
omnes hi magis cæteris obligantur & poſſunt:qn etiam & ipſi ma-
giſtratus qui per īperia potēdores ſunt q̄ priuati per deriuationem
a magiſtris cognominationē aſciſcunt:Eſt enim magiſtratus pote
ſtas uni uel pluribus hōibus a populo uel a ꝑncipe cōmiſſa: Vnde
prætores ꝓ coſſ.Tribunos plebis & ædiles currules & præfectos an
nonæ alioſqꝫ qui maiorum ut diximus arbitrio ꝓuintias regunt nō
ꝑncidatum dicimus habere ſed magiſtratum. His enim datum eſt
deliberare de q̄buſdam & ſtatuere & iubere & intelligere ſe gerere
perſonam ciuitatis debereqꝫ eius dignitatē & decus ſuſtinere:ſerua
re leges:iura deſcribere:& ea ſuæ fidei cōmiſſa meminiſſe Ad hoſ
palatii quoqꝫ pertinet diſciplina per quā inſolentium mores ꝓceloſi
multoꝝqꝫ ordine moderatione ſua ſine aliqua confuſione cōponū
tur per eos legatoꝝ:quanquā feſtinantium prænuntiatur euētus hiſ
poteſtatē eam decernit antiquitas ut nemo iudicum per ꝓuintias fa
ſces aſſumeret niſi hoc & ipſi fieri decreuiſſet tantaqꝫ eorum offici
um auctoritate decoratur ut militiæ præfūctus muneribus ornetur
nomine principatus: Miroque modo inter prætorias cohortes &
urbanæ præfecturæ milites primatum inueniſſe uideantur.Princi-
patus autem maior eſt quædam ſupereminentia cui cæteræ oēs po
teſtates parent ſic Octauianum Claudium & Veſpaſianum ꝑnci-
pes fuiſſe dicimus:Senecam uero qui coſ.fuit temporibus Nerōis
nemo principem appellaſſet.Erat enim Nero princeps nō Seneca
neqꝫ conſulatus Senecæ principatus erat ſed magiſtratus:& neque ī
perium Neronis magiſtratus dicebatur ſed principatus. Cum ue-
ro quidam magiſtratuum & non omnes pertractent multa nego-
tiorum publicorum neceſſe eſt eſſe alium magiſtratum qui ratio-
nes repetat atque corrigat:ipſe uero nihil tractet:uocant uero hos
alii correptores:alii rationales: alii ſcruptatores: alii procuratores :
præter uero hos homines magiſtratus unus eſt maxime principa-
liſſimus omnium:idem enim pleruncqꝫ habet finem & introductio
nē qui præſidet multitudini ubi populus dominatur : oportet autē
id quod cogit ſummam habere in re pu.auctoritatē: appellāt uero
quibuſdam in locis præconſultores ex eo quia ante deliberant ubī
uero multitudo eſt conſilium magis:Ciuitatum igitur magiſtratus
fere tot aliqui ſunt:Nec id præterea ſubticendum Marci Varronis
ſentētia libro rerum humanarum uigeſimo ꝑmo in magiſtratibus

inquit habent alii uocationem ut conſules & cæteri qui habent im
perium: alii prenſionem ut tribu. plebis & alii qui habent uiatorem
alii neque uocationē neque prenſionem ut queſtores & cæteri qui
neq; lictorē habent neq; uiatorē: Qui uocationē habent idem pren
dere tenere adducere poſſunt: & hæc oīa ſiue adſunt quos uocant
ſiue acciri iuſſerint tribuni plebis uocationē habent nullā neq; mi-
nus multi imperiti pinde atq; haberent ea ſunt uſi huius ergo iuris
quod. M. Varro tradit Labeonem arbitror una tunc fiducia cū pri-
uatus eſſet uocatum a tribuno non iiſſe: ſed quærētibus quā ob cau-
ſam tribuni qui haberent ſummā coercendi poteſtatē ius uocandi
non habuerint facile eſt reſpondere ꝙ tribuni plebis antiquitus cre
ati uidentur non iuridicendo nec cauſis querelisq; de abſentib9 no-
cendis ſed interceſſionibus faciendis: quibus qui præſens fuiſſet ut
iniuria quæ coram fieret arceretur ac ꝓpterea ius aduocandi adem
ptum quoniā ut uim fieri uetarent aſſiduitate horum & præſentiū
oculis opus erat. Moris porro erat magiſtratum petentibus prehen
ſos dextra ciues benignis orare uerbis & abſq; interiore tunica in fo
rum opertos ueſte deſcendere: ſiue ut eo habitu ad ſupplicandum
humiliores accederent: ſiue ut qui cicatrices haberent manifeſte
ſigna fortitudinis aperirent: hæc cū plura oſtenderent quæ aſſidue
multos per annos egregii bellatores exceperant uniuerſi illoꝝ uirtu
tem tacita ueneratione ꝓſequebantur: magiſtratum deniq; ultra q̄n
que dies niſi qui iuraſſent in leges non licebat gerere. Legati teſte
Varrone ſunt qui lecti publice quorum opera conſilioq; uteretur
peregre magiſtratus qui ue nuntii ſenatus aut populi eſſent.

Imperatores ſemper multi quotānis re bene atq; fœliciter geſta
aduerſus hoſtes a militibus honoris cauſa appellabantur: unde & ī
ter cæteros ætatis ſuæ duces & imperatores cum circunfuſa multitu
do hiſpanorum & ante: deditorum & pridie captorum regem Sci-
pionem ingenti plauſu ac conſenſu appellaſſent: tum Scipio ſilētio
per præconem facto ſibi maximum nomen imperatoris eſſe dixit
quo ſe milites ſui appellaſſent regiumq; nomen alibi magnum Ro
mæ exoſum & intolerabile eſſe regalem animum in ſe eſſe ſi id ho
noris ingenio ampliſſimum ducerēt taciti iudicarent uocis uſurpa
tione abſtinerent: Inter principes etiam ciuitatis. M. T. Cicero pro
coſ. dum parthos tripartito exercitu hoſtes īuaderet ac poſt magnā
eorum cædem Amanum eius gētis caput: Sepiram item & caſtella



cōplura ui cœpiſſet: ab exercitu imperator appellatus eſt. Iulius au
tem Cæſar cum ſæpius poſt partam uictoriam eēt imperator ab ex-
ercitu appellatus non imperatoꝝ aut regum ſed dictatoris nomen
uſurpauit tantum odium ſibi regis nomen in urbe contraxerat. Cū
autem regis nomen cuperet uereretq; populi indignationem moli-
tus expeditionem in parthos aſſerens in libris fatidicis cōtineri nō
niſi a rege parthos ſuperari poſſe ſe regem dici procurauit qui ma-
turandæ mortis ſuæ cauſam præbuit coniurationis. Nullus autē ſe-
quentium cæſarum ſe regem romanoꝝ dicere auſus eſt: imperato-
ris autem appellatio perpetua cæſarum non erat ſicuti nec conſulis
nec prætoris nec tribuni plebis: nam & priores illos uario numero
quoſdam ſepties quoſdam maiori quoſdam minori numero inue
nimus appellatos imperatores: ſic coſſ. ſic tribunos plebis: dignita-
tis enim non officii id nomē fuit. Nam re proſpere aduerſus hoſtes
geſta ſic erat a maioribus inſtitutum ac repu. libera perpetuo cuſto
ditum ut coſ. ꝓcoſ. prætor ſiue quis alius fuerit romanus qui hoſtiū
numerum q̄ maximum cæderet aut permagna contra hoſtes uicto
ria potiretur: is quodam pro excellenti honore ad uirtutis teſtimo
nium uel decus imperator ab exercitu uocaretur. Nondum erat q̄
nunc uiget mos ut quem romanoꝝ imperatorem gentes uniuerſæ
uocant is ſit unus orbis ꝓnceps & poteſtate ſumma rerum domin9
uideatur: id enim dum. S. P. Q. R. conſilio pu. rēpu. gubernarunt
ducibus nomen honoris ꝓ uictoria parta non poteſtatis fuit: a quo
autem primum hæc noua imperatoris noſtri tēporis coronandi no
minandiq; conſuetudo uel abuſio potius defluxerit nō ſatis ītelligo
Max: cum romanum Cæ. antiquis illis temporibus coronatum fui
ſſe nullum unquam audierim aut legerim. Non enim Iul. Cæ. non
Aug. non Tiberius: non Calligula: non Nero: & erant hi duo poti
ſſimum extremi intolerandæ ſuperbiæ ac luxuriæ: coronam impe
rii nunquam ſuſcepit aut habuit aut uſus fertur niſi forte laurea cū
triumphaſſet: aut quapiam alia ciuica uel caſtrenſi quæ non cæſaꝝ
erant magis q̄ quorumcūq; triumphantium aut uincentium. Exiſti
mo autem hoc a barbaris deriuaſſe qui cum priſcas hiſtorias igno
rarent neque uerborum uim imperatoris & regis probe noſcerent
eſſetque frequens apud eos regis nomen: utpote ſub regibus uiuen
tes imperatorem uero rarū uiderent id excellentius arbitrati ſūt q̄d
rarius ac inſuetius conſpiciebant: ubique tamen hoc adoleuerit id

plane conſtat uel a barbaris ut ante diximus non ſcite: aut a doctis
partim modeſte hanc ſublimē imperatoris ideſt dei appellationē
ut inquit Cicero magis q̄ regiam poſt coronationem uſurpatam &
a poſterioribus introductam eſſe regibuſque conceſſam Primum
autem apud maiores noſtros imperatorem appellatum utpote cui
armorum exercituſq; ad tutandam augendamque rempu. cōmiſſa
ſit auctoritas: Lucium Lucullum fuiſſe in deſcriptione temporum
teſtis eſt Euſebius.

Ontifices aliqui auctore Plutarcho dictos putant quoni
am deos colunt potētes ac omnium dn̄os: alii uero inqui
unt nomen confictum eſſe ad potentum profligationem
tanquam iubēte legumlatore ſacerdotes obire potentia ſacra: debe
ant: pontifices uero ut Varro inquit. Q. Mutius Scæuola dicere ſo
lebat a poſſe & facere appellatos eſſe: ſed ea deſcriptio a Varrōe nō
ſatis ꝓbatur: nam a ponte & facio potius dictos exiſtimat ꝙ ab his
ꝑmum pons Sublicius factus & ſæpe reſtitutus ſit: Secundum alios
a ſanctiſſimis & uetuſtiſſimis ſacrificiis quæ ad pontem fierent: Pō
tifices quattuor ex gente patritia totidemq; plebeia a romanis ꝑmū
creati. quoꝝ ordinem & conſtitutionem Nummæ tribuunt: Maxi
mus uero appellatus ꝙ & minores pontifices eſſent Liuius. L. Can
tilius Scriba pontificis quos nunc minores pontifices appellant qui
cum Floronia ſtuprum fecerat a pontifice maximo eo uſque uirgis
in comitio cæſus erat ut inter uerbera expiraret: hic maxim⁹ ex pō
tificibus ueluti interpretis & prænuntiantis quin hieroſante poti⁹ or
dinem & locum tenet: qui quidem non ſolum res quæ publicæ ſiūt
curato ſed etiam priuatim ſacrificantes obſeruat: impedimentoque
eſt ne quis legittima tranſgrediatur: doceatq; qua quiſpiam re ad ue
nerationem deorum uel ad poſtulandam ueniam īdigeret. Erat &
ſacraꝝ uirginum cuſtos quas Veſtales appellant & index & puni
tor ſacrilegii. Habebat etiam penes ſe idem pontifex ſacra oīa: deſi
gnabatq; quibus hoſtiis quibus diebus ad quæ templa ſacra fieri de
berent: cuiuſmodi diuinis in rebus & unde erogandæ pecuniæ ſum
ptus fieri deberet. Pontificibus etiam permiſſa eſt poteſtas memo
riam rerum geſtarū in tabulas cōferendi & hos annales appellant
equidem maximos quaſi a pontificib⁹ maximis factos: proinde ma
iores noſtri antiquiſſimi præſertim rerum geſtarum memoria de
lectati: hanc diligentiam habuerunt ꝙ hiſtoriam ſcribere uideret



nemo qui munus id datum ſibi de publico non haberet: id uero da
retur nulli niſi eſſet uir probitate fidei ſingularique uirtute aliq̄ præ
ditus ac dignitate cæteris anteiret: Hebræo nanque populo ut ab il
lis initium ſummā qui uetuſtate generis: qui magnitudine reꝝ: qui
dignitate hiſtoriæ ſe cæteris præponunt: hanc legem fuiſſe cōperi
mus ut quæ ab his geſta pace uel bello eſſent ea ſcriberet nō niſi q̄
ꝓpheta eſſet: ꝓphetam cum is populus habere deſiit: tum maxime
ad pontificem qui auctoritate honore dignitate præſtaret: hāc ipſā
ſcribendi curam & officium detulerunt hunc morē a uetuſtiſſimis
traditum perdiu & eo uſque dies quibus eſt Hieruſalem excidium
ſuum paſſa diligentiſſime cuſtoditum. Ioſephus in Appionē ſcri
bens tradit: Chaldæi quoq; & Aegyptii & q oriundi ſunt ab illis Fœ
nices Syriæ nobiliſſimi populi ſummo ſtudio & diligentia aſſerua
runt ut qui magno ſacerdotio potiretur his modo populi ſui geſta
perſcriberet. Plato itē philoſophus & Ariſtotelis præceptor ſuo in
thimeo adducit Sacerdotē ægyptium hoīem apud ſuos uenerabilē
& multaꝝ reꝝ notitia excellētem qui Soloni interroganti de geſtis
& uetuſtate gentis ægyptiæ reſponderet: Apud græcos qui militari
diſciplina qui imperio qui ſapientiæ ſtudio plurimū floruerunt: ea
lex perdiu manſit ꝙ deligeretur de publico uir bonus atque doct⁹
quiſpiam qui eo pacto & dicta & facta oīa memoraret: ut nihil inſe
reret quod aut ipſe oculis non uidiſſet ſuis aut ueꝝ eſſe certo & īdu
bitato teſtimonio non haberet. Romanis uero & maioribus noſtris
qui orbis tandē imperium uendicarunt hoc inſtitutum ab initio ur
bis ad multos annos fuiſſe memorant Ci. & Liuius: ut qui pontifex
eſſet maximus ſacra publica ab Numma inſtituta ſiue res oēs ſin
gulorum annoꝝ manderet litteris eaſq; in album efferret atq; domi
præponeret in publico tabulas ut populo eſſet poteſtas cognoſcēdi
nihil gratia: nihilq; odio ſcriptum eſſe. Illud nec minus prætereun
dū quod ſi maiorū religiones & eorum monumenta reuolueris in
uenies apud illos non humilibus & inopibus: ſed opulentis homini
bus & principibus ciuitatis ſummum ſacerdotium mandari ſolitū
eſſe: Imprimis primi cum ſe īgerant perſarum ſacerdotes q erant
& dicebantur magi ægyptiorum deinde Aſſyriorum aliarumq; na
tionum quantis diuitiis opibuſq; præpollerent his qui aliquam rerū
geſtarum notitiam habuerint ſatis conſtare poteſt: quod ſi parum
iſta te mouent ꝙ externa & peregrina ſunt: maximeq; a nr̄is legib⁹

abhorrent. Reputantur ſummi hæbreorum ſacerdotes quorum ue
tuſtiſſimi Aaron Eleazar Phinees Heli Abiathar: ſic omni copia-
rum genere abundarũt ut dictu icredibile cuiquam uideatur: ſi de
niq; ad romanos redeo unde cœpet oratio. M. Fabium primum ex
patribus lectũ. L. ꝙ poſt Metellum præclaꝝ uirum põtificem factũ
maximum duoſq; eum & .xx. annos ei ſacerdotio præfuiſſe cõſtat
Cæſares quoq; legimus & pleroſque alios qui romæ tẽporibus illis
gloria rerum geſtaꝝ opibus & potentia plurimũ præſtare putaban
tur: ſummos ſæpe ſacerdotes fuiſſe hanc dignitatẽ pontificum au-
gurum quæ Romulo regnante nulla erat Nummam Põpilium a
rege ad alios detuliſſe accepimus: ne quando rege bellicis rebus oc
cupato diuinus cultus intermitteretur: pontifices denique ueteres ut
in tertio de oratore teſtis eſt Ci. ꝓpter ſacrificiorum multitudinem
tres uiros epulones eſſe uoluerunt cum eſſent ipſi a Numma ut eti
am illud ludoꝝ ac epulare ſacrificium facerent: inſtituti epulões fe
ſto teſte dicebant antiqui quos nunc epulões dicimus datumq; his
nomen ꝙ epulas indicendi Ioui cæteriſq; diis poteſtatẽ haberẽt: de
his etiã Lucanus in p̄mo uirque epulis ſeptem Feſtus titiiq; ſodales

Cæterum cum aliqua ſpecies curationis ſit circa rem diuinã ceu
ſacerdotes & æditui circa templa ut conſeruentur quæ ſunt & erigã
tur ruinoſa aedificia & cætera omnia quae pertinẽt ad diuinum cul
tum: Euenit alicubi curam hanc eſſe unam ut in paruis ciuitatibus:
alibi uero ſeperatis a ſacerdotio ut ſacrificuli æditui & cuſtodes ſa-
crarum pecuniarum huic conſequens eſt cura illa quæ eſt circa ſa
crificia publica quæcunq; quæ ex ſacerdotibus lex non cõmittit ſed
ex publico fiunt: uocant autem eos qui iſtis præſũt alii reges ſacro-
rum: alii põtifices maximos: Maiorum enim conſuetudo tunc erat
ut rex eſſet etiam ſacerdos uel pontifex ſic poſteà uel reges uel ĩpe
ratores pontifices dictos Maro nullius religiõis expers his uerbis
oſtendit: Rex Annius rex idem hominum phœbiq; ſacerdos.

Fœciales quorum pater patratus princeps erat ſacerdotes dice-
bantur qui faciendis præerant fœderibus: hi ut Pomponio placet a
ferendo dicti ut. M. Varroni a fide & faciendo: ut aliis fœciales q̃ſi
fœdiales a fœderibus faciendis quorum ius ab equiculis ad roma-
nos tranſlatum eſſe non dubium eſt.

Caduceatores pacis legati dicuntur: ſicut enim per fœciales bel
la indicebantur: ita pax per caduceatores. Eſt autem caduceum uer



bena & pacis ſignum: quod non ab re Mercurii uirgam poſſumus
exiſtimare: Mercurius. n. orationis deus dicitur & interpres deoꝝ:
unde ſicut uirga ſerpentes diuidit hoc eſt uenenum: ita bellantes in
teruenientæ oratione ſedantur: bellumque cadit atque dirimitur.

Aediles quidam publicis ludis ac ædibus præerant nomẽ ab ædi
bus huic magiſtratui datum ut Feſto placet Varrõi & Paulo ꝙ ædi
um non tam ſacrarum q̃ priuatarum etiam curam haberent ac illiſ
præeſſent in quibus ſcita omnia ſua plebs deferret: duo quidem pri
mum & ex plebe conſtituti ac proinde plebei appellati: exactiſque
regibus anno propemodum ſeptimodecimo cum plebs a patribus
ſeceſſiſſet tribunos ſibi in mõte ſacro creauit qui eſſent plebei ma
giſtratus: deinde cum uellet ex ſuo quoque corpore coſſ. creare &
patres recuſarent: factum eſt ut tribuni militum crearẽtur: tum ex
plebe: tum ex patribus conſulari poteſtate: paulopoſt cum placui-
ſſet creari ex plebe conſules cœperunt ex utroque corpore cõſtitui
tunc ut aliqui pluris partes haberent: placuit duos ex numero patꝝ
conſtitui: & ita facti ſunt aediles currules unde ortum ut ædiles alii
plebei alii currules appellarentur. Sella enim quaſi ſeda a ſedendo
dicta eſt. Regia quidem ſedes erat currulis a curuitate pedum ipſi
us ſellæ in qua ſedetur ſic dicta: uel quod in ea qui eſſent reges cũ
ueherentur curru ad eminentiam uterentur. Poſtea uero cum regi
bus libera Roma fuiſſet: Magiſtratus maiores ut conſules dictato-
res & plerique alii regio more ſella curruli uectabantur: unde ma-
giſtratus hi ſunt currules: cæteri uero plebei ſeu pedanei ꝙ pedibꝰ
irent appellati: nec curru neque ſella curruli ueherentur: quod au-
tem duo fuerint aediles his uerbis in Piſonem oſtendit Cicero: Me
cum inquit quæſtorem imprimis aedilem priorem prætorem pri-
mum cunctis ſuffragiis populus faciebat aedilem priorem dixit ꝙ
duo erant tantum ædiles ſicut duo conſules: huius rei ſi quis fidem
poſtulet bini ſemper aediles in argumentis comœdiarum nominã
tur a Terentio: Hi etiam ſiue plebei ſiue currules ludos faciebant in
ſtaurabantque Liuius belli Macedonici libro primo: Ludi Romani
ſcænici eo anno magnifice apparateque facti ab aedilibꝰ currulibꝰ
Idem in eodem paulum poſt: & plebei ludi ter toti iſtaurati ab ædi-
libus plebis aedilium enim partes in ludis inſtituendis quãtum im-
penſae & in quibus ſpectaculis fierent haud quaquam minime fu
ere: id etiam erat potiſſimum aedilitatis munus ut ſua quiſq; ædilis

impenſa ludos pro modo patrimonii ac dignitatis ſuæ celebrãdos
curaret:huius inſtituti.M.T.Cicero in officialibꝰ cum ſuae & Cn.
Pompeii aedilitatis meminit teſtis eſt.Aſconius etiam Pedianꝰ Põ
peium aedilem factum theatrum quod ſumma impenſa ædificaue
rat magnificentiſſimis ludis in quos currꝰ cum elephantis induxit
aedificaſſe aſſerit:Valerius item maximus ĩ libris dictorum facto
rumq; memorabilium ſcripſitAttilium Seranum &.L.ſcribonium
ædiles ſenatus plebiſq; loca ſecreuiſſe: Quod ſi.Vlpiano auctore
mancipium fugitiuum erronemque aut iumentum morbo aut ui-
tio aliquo affectum quiſpiam pro ſano uenundederit dolis ac falla
ciis uendentium occurrendo aedilium edicto emptori ſuccurritur
redibeturq;:Porro ut urbis cloacæ aquaeductus & ædificia quaeq;
publica & priuata munda lota integra expeditaq; aſſeruarentur ad
ædiſium officium pertinere non dubium eſt:ut Cicero noſter cum
factus eſſet aedilis actione in Verrem ſeptima cæteris more ſuo lõ
ge uberius ac melius atteſtatur:Nunc ſum inquit deſignatus ædilis
habeo rationem quid a populo romano acceperim mihi ludos ſan
ctiſſimos maxima cum cerimonia cereri:libero:libereq; faciẽdos
mihi Floram matrem populo plebiq; romano ludorum celebritate
placandam mihi ludos antiquiſſimos qui primi romani ſunt nomĩ
nati maxima cum dignitate ac religione Ioui Iunoni Mineruæque
eſſe faciendos:mihi ſacrarum ædium procurationem mihi totã ur
bem tuendam eſſe commiſſam ob earum rerum laborem & ſolici
tudinem fructus illos datos antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicen
dæ locum togam prætextam ſellam currulem ius imagines ad me
moriam poſteritatemq; prodendã.Sunt præter hos ædiles plebeios
& currules duo alii qui frumento præerant & quorum creãdorum
auctor fuit.C.Iulius Cæ.hiq; ut inquit Pomponius a cerere cerea-
les dicti æditiui præterea appellatione ædiles intelligimus.eſt enim
æditꝰ idem ꝙ ædilis cuſtos ſacræ ſcilicet ædis uel templi q̈ſi ædem
tuens uel ædis tutor dictus is enim eſt cui ſacrarii cuſtodia cõmiſſa
erat ubi ſtatuæ ſeruabantur & ſimulacra deoꝝ gentilium quae opꝰ
erat exorare ſi quid optaſſet aliquid apud illa deprecari & impetra
re quod multi factitabant credentes exaudiri ſi uerba ſua ſimula-
crorum auribus inſtilaſſent.Seneca epiſto.li.v.non ſunt ad cælum
eleuandæ manus nec exorandus æditmus:ut nos ad aurem ſimula-
cri quaſi magis exaudiri poſſimus admittat æditꝰ quoq; idẽ quod



æditmus:ſed.M.Varro in ſecũdo libro ad Marcellum de latino ſer
mone: æditimũ dici oportere cenſet magis q̄ æditmũ:quod alteꝝ re
centi nouitate fictum:alteꝝ antiq̄ origine incorruptum Lauinius in
Protheſilao Clauſtrinũ dixit qui clauſtris ianuæ praeeſſet eadẽ.ſ.fi
gura æditimũ dici iubebat qui ædibꝰ praeeſt:in Verrẽ.M.Tul.ĩ ex
emplaribus fideliſſimis ita inueniri ſcriptum æditimi cuſtodeſque
maturæ ſentiunt.In libris aũt hoc uulgariis æditiui ſcriptũ eſt Pom
ponii fabula atheliana ẽ:quæ ita inſcripta eſt æditimus in q̄ hic uer
ſus eſt:qui poſtq̄ tibi appareo atq; æditimo in tẽplo tuo.T.aũt Lu-
cretius in carmine ſuo ꝓ æditmis æditmentes appellat.

Flamines permultos fuiſſe cõperio & tot deniq; ꝙ deos colerent
uſos ueteres romanos.M.Varro in his libris quos de origine lin-
guae latinae ſcripſit teſtis eſt:ut Dialem Martialem Quirinalẽ Vol
canalem caeteroſq; eiuſmodi: uerum flaminem Dialem Numma
Pompilius Romae rex creauit cum antea reges pontificũ ac regum
munera ꝓmiſcue gererent ut de Priamo & Aenea apud Maronem
& a minoribus tandem ut a.C.Cæ.diuo Augusto multiſq; aliis ꝑn
cipibus quos maximi pontificatus titulis inſignitos in multis quae
adhuc extant monumentis cernimus obſeruatum eſſe.Caeteꝝ Nũ
ma plures in urbe romuli q̄ ſui ſimiles reges fore ratus qui relicta
religionis cura belloꝝ negotiis implicarentur ſacerdotes quos fla-
mines appellant quiq; rei diuinae iugiter adacti eſſent multis deoꝝ
inſtituit flaminem unum Ioui inſigni ueſte & curruli regia ſella ad
ornatum quem Dialem uocant: huic duos flamines adiecit Marti
unum:Quirino alteꝝ:dicti autẽ primo flamines ut Plutarcho pla-
cet ab his qui circum caluaria ſunt pileis quibus ad tegendum ca-
pita utuntur quaſi pileamines quidam eſſent:Lucanus in primo:&
tollens apicẽ generoſo uertice flamen:uel ut Varro inquit ꝙ ĩ latio
capite uelato erant & caput filo lanae praecinctum habebant a quo
flamines quaſi filamines uocabãtur.Dialis uero a dio a quo uita da
ri putabatur hominibus:uel a Ioue quod ẽ iuuans deus.Caeteri enĩ
quiq; cui praeſunt numinis eius titulo decorantur:hic ſolus ut Var-
ro ait lib.ii.reꝝ diuinaꝝ: album habet galerum uel eo ꝙ maximus
eſt uel eo ꝙ ioui ĩmolari alba hoſtia opus ſit. Multiplices etiam ce
rimoniae ſunt quas in libris qui de ſacerdotibus publicis compoſi
ti ſunt.item in Fabii pictoris libroꝝ ꝑmo ſcriptas legimꝰ unde haec
ferme ſunt quae cõmeminimus:equo enim dialem flaminem uehi

religio eſt: itē iurare dialem fas nunquā eſt ignem & flamina ideſt flaminis dialis domo niſi ſacꝝ efferri ius non eſſet: uinctū ſi aedes eius introierit ſolui neceſſe eſt & uicula per īpluuiū in tegulas ſubduci atqꝫ inde foras in uiam dimitti hæderam neqꝫ tangere neqꝫ nominare fas erat ꝓ eo ꝙ hædera uincit ad quodcunqꝫ ſe applicat: ſed ne anulum quidem gerere ei licebat ſolidum aut aliquem in ſe neqꝫ in apice neque in cinctu neque alia in parte nodum habere ſi quis ad uerberādum ducatur: ſi ad pedes eius ſupplex ꝓcubuerit eo die uerberari piaculum eſt: Capillum dialis niſi qui liber homo eſt nō tonſet capram & carnem incoctā & fabā neqꝫ tangere diali mos eſt neque nominare ꝓcinctam claſſem ideſt paratam ad bellum militum multitudine diali flamini uidere non licet ꝓpagines e uitibus altius prætentis non ſuccidet pedes lecti in quo cubat luto tenui circunlitos etiā oportet unguis dialis & capilli ſegmēta ſubter arborē ilicem terra operientur: Dialis quotidie feſtatus eſt ſine apice ſub diuo autem eſſe licitum non eſt: ſub tecto utiliter & non pridē a pontificibus conſtitutum: Manſurius Sabinus ſcripſit & alia cerimoniarum genera in hunc modum farinā fermento imbutam attigere ei fas non erat: neqꝫ tunicam intimam niſi ī locis tectis exuiſſe: ſub cælo tanquam ſub oculis iouis nudus ne ſit: ſuper flaminē dialem ī cōuiuio niſi rex ſacrificulus haud quaquam alius accumbit uxorē ſi amiſit flaminio decedit: Flaminis matrimonium niſi morte dirimi non eſt ius locum ī quo buſtum eſt nunquam ingreditur: mortuū nunquam attingit: funus tamen exequi non eſt religio

Salii ſacerdotii genus quod ex huiuſmodi cauſa inſtitutum dicitur: nam annum iam octauum regnante Numma morbus peſtifer italiam occupans Romā quoqꝫ inuaſerat: mœrentibus uero cunctis traditur peltam Aeneam e cælo delapſam in nummæ man9 decidiſſe & in ea mirabilia quædam dixiſſe regem: ſed ex egeria muſiſqꝫ audiſſe ac peltam in urbis ſalutem miſſam oportereqꝫ eam obſeruare aliis undecim ad illius figuram: magnitudinemqꝫ & formā effectis quo dubium furi ob ſimilitudinē ſit cæleſtis illius adipiſcendæ: peltam itaqꝫ ex eius auctoritate atqꝫ imperio effingere artifices cum certaſſent diffidentibus ac deſperantibus cæteris: Vecturium Mamurium unum ex ſummis opificibus uſqꝫ adeo ſimilitudinem effinxiſſe ſtruxiſſeque omnes ſimiles ut neqꝫ Numma iam ipſe dignoſceret: harꝝ autem cuſtodes ac miniſtros conſtituiſſe dicitur ſalios ſacerdotes alii uero uocati ſunt non ut quidam fabulantur a nire Samotrace ſeu Mantiacho Salo nomine qui ſaltationem quae in armis dicitur edocuerit cum eam re uera teſte Plinio. vi. naturalis hiſto. Dardanus inſtituerit: ſed ab ipſo tripudio ſaltatorio: Ouidius iii. faſtorum: Iam dederat ſaliis a ſaltu nomina dicta: quod nec uehæmentius robuſtiuſqꝫ per urbem currentes ſaltarent: tum ad menſem Martium ſacras peltas ſuſciperēt induti puniceis tunicis æneis balteis latiſque ſuccincti æneas capitum galeas portantes & æneum ſuper tunicam pectori tegmē paruiſque gladiis arma pulſantes. Reliquum uero ſaltationis pedum eſt opus: mouētur enim ſuauiter cōuerſiones ac mutationes in celeri ac crebro numero robuſte ac leuiter reddentes: Mamurio autem artis illius ſuæ mercedem fuiſſe ꝑhibent memoriam quandam per ſaliorum carmen ſimul cum pirichii modulo abſolutum. Alii uero Vecturium mamuriū qui canebatur fuiſſe aiunt.

Senatoriam dignitatem a Romulo inſtitutam fuiſſe nemo ambigit. Romulus enim urbem conditurus paſtores inter quos adoleuerat conuocauit: cunque is numerus condendæ urbi parum idoneus uideretur: conſtituit Aſylum quo paſſim confugerent ex finitimis locis peſſimi quique ſine ullo conditionis diſcrimine ex his quae omnibus populum conflauit: legitque in ſenatu eos qui ætate anteibant & patres appellauit quoꝝ conſilio gereret omnia: De hoc etiā ſenatu Properti9 elegiarū ſcriptor hæc loquitur: Buccina cogebat priſcos ad bella quirites Centum illi in pratis ſæpe ſenatus erat: Curia prætexto nunc quæ inter alta ſenatu pellitos habuit Ruſtica corda patres. At qui ut apud lacedæmonios ſenes ſiue ſeniores appellari eos qui ſummum quendam magiſtratum gerunt Cicero auctor eſt: ſic niſi conſilium ratio ſententia ſenibus ineſſent: non ſummū conſilium maiores noſtri ſenatum appellaſſent: quod & Ouidius ī faſtis non reticet dicens: Magna fuit quondam capitis reuerentia cani: Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat: Martis opus iuuenes animoſaque bella gerebant Et pro diis aderant in ſtatione ſuis: Viribus illa minor nec habendis utilis armis conſilio patriæ ſæpe ferebat opē Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſeros Nomen & ætatis miræ ſenatus erat: iura dabat populo ſenior finitaque certis legib9: ē ætas unde petatur honos. Ab honore ergo patres: ab ætate ſenatores appellati. Alii ſenatores a ſinendo ꝙ facultatem darent dictos putant

ūel ꝙ agroꝝ partes tenuioribus ac liberis propriis attribuebāt: huic
centum ſenatorum numero plures ac diuerſis temporibus additos
inuenio. Brutus enim quo plus uirium in ſenatu etiam frequentia
ordinis faceret diminutum parum numerum primoribus eque-
ſtris gradus electis ad trecentorum ſummam expleuit traditumqꝫ
inde fertur ut in ſenatum uocarentur qui patres quiqꝫ adlecti atque
conſcripti eſſent patres ut diximus uocati uel ꝙ ſunt patritii generiſ
adlecti quod propter inopiā ex equeſtri ordine in ſenatoꝝ ſunt nu-
mero aſſumpti: Conſcripti autem ꝙ in ſenatu quē nouū effecerunt
ſunt ſcripti: uerum poſt Cæſaris obitum excreſcentem hunc nume
rum deformi incondita ac indigniſſima turba: Mille enim exceſſe
rant: & nonnulli per gratiam: nonnulli præmiis electi qui abortiui (Senatores abortiui)
uulgo appellabantur: Auguſtus admodum priſtinum & ſplendo-
rem redegit: Præter hæc ſenatorum nomina ſunt qui pedarios ſena
tores opinentur appellatos ꝙ ſententia in ſenatu non uerbis dicerēt
ſed in alienam ſententiam pedibus irent tanquam ſententiæ dictiōe
carentes aliorum dicta confirmarent & quaſi pedibus in alienā ſen
tentiam deſcenderent. Alii uero differentia quaſi quadam ꝙ eſſent
plerique qui magiſtratus curules adepti ſella curruli honoris gra
tia in ſenatum ueherentur: qui uero iter pedibus facerent pedarii
appellabantur. Marcus autem Varro equites quoſdam dicit pedari
os appellatos: uideturqꝫ eos ſignificare qui nondum a cenſoribus in
ſenatu lecti quidem erant: ſed honoribus populi uſi quidem erant
in ſenatum ueniebant & ſententiam eius habebant: Nam et curru
libus magiſtratibus functi qui nondum a cenſoribus in ſenatum le
cti erant ſenatores non erant: etiam quia in poſtremis ſcripti erāt
non rogabantur: ſed quas principes dixerant in eas ſententias de-
ſcendebant. De more autem habendi ſenatus Marcus Varro ro-
gatu Pompeii librum edidit cum ille coſſ. primum. M. Craſſo fu-
iſſet deſignatus creditur: quia foris militiaeque ad eam ætatem occu
patus ciuil s conſuetudinis expers eſſet uelletque caeteris non indo
ctior uideri: in hoc libro id genus multa ſcribere Varronem Geli-
us atteſtatur: primumque illud fuiſſe per quas perſonas haberi ſe-
natum liceret: nominans dictatorem conſules: praetores: tribunos
plebis: interregem: praefectum urbis: neque alii praeter hos ius fu
iſſe dixit facere ſenatuſconſultum: quotienſque uſu ueniſſet ut
omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent: tum quoque



ſupra ordinē ſcripti eſſent qui eoꝝ prior aliis eſſet ei potiſſimū ſe-
natus cōſulendi ius fuiſſe: Addit deinde ex ordinaria in re tribunoſ
militares qui ꝓ conſulibus eſſent: decēuiros item quib⁹ tū imperiū
conſulare eſſet: Itē triumuiros reipu. conſtituendæ creatos ius con
ſulendi ſenatū habuiſſe. De loco aūt habendi ſenatus aut ſenatuſcō-
ſulti rogandi niſi in locis per augures conſtitutis quae tēpla appellā
tur haberi rogari ue potuiſſe negabat. Moris etiā erat ut eo ī loco ſe
natus iniuſſus aſſidua ſtatione cogeretur ꝙ ſenatulum appellabatur
unde accitus deinde q̄ primū in curiā ꝓficiſceretur: De tēpore autē
habendi ſenatus ita diſeruit: ante exortū inquit ſolē aut poſt eius oc
caſum ſenatuſconſultū irritū: opus etiā cēſoriū fuiſſe ꝑ quos & quo
tēpore factū ſenatuſcōſultum eſſet excutere. De ætate autem ſena
toria ne cui paucioribus. xxv. annis nato ſenatum ingredi liceret ut
in uita magni Pompei auctore Plutarcho conſtitutum eſt: cæterum
minoris ætatis ſenatum aliquando ingredi moris fuiſſe uetera legē
tibus nō dubium eſt: ueluti. M. Valerio Coruino cōtigiſſe nouim⁹
cui tertium & uigeſimum annum ingreſſo conſulatum largiti ſūt:
Quo minus autem ſenatum introirent cum prætextatis filiis ſena-
toris ut moris antea fuerat decretum poſtea factum eſt papyriiqꝫ
praetextati factum in cauſa fuit: qui etiam ſenatum habiturus eſſet
auſpicari primo atqꝫ immolare hoſtiam debere idem Varro cenſe
bat. Docuit etiam de diuinis rebus prius q̄ de humanis ad ſenatum
eſſe referendum: idem ſenatuſconſultum duobus modis fieri aut ꝑ
diſceſſionem ſi conſentiretur aut ſi res dubia eſſet per ſingulorum
ſententiam de pignore quoqꝫ capiendo deqꝫ multa irroganda ſena-
tori: qui quo tempore uenire in ſenatum debuit non uenit: in quo
& illud animaduertendum de more quod ſicut lex a quinquageſi
mo anno militem non regit: ita a ſexageſimo ſenatorem non citat:
hunc etiam morem apud ueteres neceſſitates publice repierunt ut
ſi forte aliqua uis ab hoſtibus immineret quae cogeret uel humilia
captare conſilia uel aliqua conſtituere quae non prius oporteret di
ci q̄ effici: uel ſi nollent ad amicos aliqua permeare ſenatuſconſul-
tum tacitum fieret ita ut nō ſcribæ: non ſerui publici: non cenſuales
illis actibus intereſſent: ſenatoreſqꝫ exciperent omnium officia cen
ſualium ſcribarumquē complerēt: Horum & ars erat de irato face
re beniuolum: de ſuſpecto placatum: de auſtero mitem: de aduer-
ſante propitium. Et quanquam ut dictum eſt ſenio confecti armis

minus ualerent abiſſos tamen ſenatores ſingulis cohortantibꝰ praepoſitos tertio ab urbe con. libro teſtis eſt Liuius. Patritiorũ familia ioui noſcitur fuiſſe dicata ſi origine dignitatum antiquitatis ordinẽ perſcrutemur quo ſummĩ dei ſicut putauere cultura locum primarium poſſideret patriciatuſq; nomen ipſum ut quidam ueridicorũ a patribus dictum eſſe uoluerunt.

cti fuerant dimicantibus hoſtem perturbabant: Quod ſi pede col
lato pugnandum ſibi erat tranſlatis in læuam haſtis gladium ſtrin
gebant ut uelites etiam in legionibus eſſent: auctore peditum equi
tibus immiſcendoꝝ centurionem.Q.Neuium ferunt eo bello pri
mum quo Capuam nobiliſſimam ac potentiſſimam quondam ur
bem Fuluius Flaccus imperator obſedit

Velatos appellant ueſtitos & inermes milites qui exercitum ſeq̄
bantur quiq; in mortuorum militum loco ſuſtinebantur

Volones dicti ſunt milites qui poſt cannenſem plagam uſq; ad
octo milia cum eſſent ſerui uoluntarie ſe ad militiam obtulerunt:&
cum ſponte hi uellent uolones appellati.

Tituli milites proinde ſic appellantur ꝙ patriam tuerētur unde
& Titi prænomen ortum eſt: Titulum autem dici ait Numma Pō
pilius de pontificalibus ſcribens: Pallium quo ſacerdotes caput tuta
bant cum ad ſacrificium acceſſiſſent ſicut & Virgilius & capite an
te aras frigido uelamus amictu

Rorarii milites qui leui armatura ꝑmi prælīū cōmittebant ꝙ ut
ante imbrē:ſic illi ante grauē armaturā ꝙ ꝓdibant rorarii dicti.

Beneficiarii dicebantur milites qui uacabant muneris beneficio
ſicut econtra munifices uocabantur qui nō uacabant: ſed mun9 rei
pu.faciebant:uel beneficiarii militum genus qui ex eo ita appellan
tur quia promouētur ad honores beneficio tribunorū ut inquit Ve
getius:idque confirmatur auctore Cæſare in commentariis ſuis cu
ius uerba hæc ſunt:Hæc erant milia.xlv. euocatorum circiter duo
quæ ex beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum conuenerant
quæ tota acie diſperſa erant.

Duplicarii milites dicti ut Varro inquit quibus ob uirtutem du
plicia cibaria ut darentur inſtitutum eſt.

Latrones conducti milites uocantur:Moris enim erat ut hos im
perator circa ſe haberet & primo mitteret ad oē diſcrimē & quāquā
græcum eſt nomen: Varro tamen dicit hoc poſſe habere etiam lati
nam ethimologiam ut latrones dicti ſint ꝙ circa latera erant regi q̄
ſi laterones:atq; ad latera habebant ferrum quos poſtea a ſtipatiōe
ſtipatores appellarunt:& quia conducebantur & ea merces dicitur

græce ... ab eo ueteres portæ nonnunquã milites mercenarios appellant latrones: aut ꝙ latrocinari militare eſt mercede: aut ꝙ latent ad inſidias faciendas quos nunc ſatellites uocant.

Siccarii latrocinantium genus ſiccas & gladios ſub ueſte deferẽtium: Ioſephus bello iudaico li. ii. Sic eni regione purgata aliud genus latrocinantiũ in Hieroſolymis oriebatur: hi autem ſiccarii uocabantur: die claro & in media ciuitate paſſim quoſq; interficientes potiſſimũ uero diebus feſtiuis miſcebantur uulgo & ſiccas ſub ueſte geſtantes his diuerſos quoſq; interficiebant ac deinde collapſis hoĩbus illis inter reliquos de ſcelere quærebant qua fraude extra ſuſpitionẽ manebant: idem in eodẽ: Inter infirmiorẽ aũt uulgũ multi irrũpentes ſiccarioꝝ: ſic enim uocant latrones gladios in ſinibus gerentes audaciſſime utebantur opere quod adorti erant.

Deſiderati milites ſecundum conſuetudinẽ deperditi uel qui perierunt uel ſecundum rationẽ dictos puto ꝙ abſentium reꝝ nec dũ iuentaꝝ ſint deſiderium: Cicero pro. Acluentio Aſinius uero breui illo tempore quaſi in ortulos iret in harenarias qua ſolma extra portam aquilinã pductus occiditur qui cum unum iam & alteꝝ diẽ deſideraretur neq; in his locis in quibus ex conſuetudine quærebatur inuenirent ut & cætera Cæſar ſiue alius p eo. xi. duobus his unius diei præliis Cæſaris deſiderati ſunt milites. d. ccccix. idem li. xii. eodemq; die Lariſſam peruenit in eo prælio non amplius trecẽtos milites deſiderauit. Q. Curtius quarto cecidere perſaꝝ quoꝝ numeꝝ uictores finire potuerunt milia. xl. macedonum minus trecenti deſiderati ſunt: idem in tranſitu tigris nec quicquã præter paucas ſarcinas deſideratum eſt.

Triarii milites teſte Varrone ſic dicti ꝙ in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponebantur: quodq; hi ſubſidebant ab eo ſubſidiũ dictum: Plautus Agite nunc ſubſidite oẽs triariis Liuius ab urbe cõdi. xxxvii. haſtatoꝝ prima ſigna deinde principum erãt triarii poſtremos claudebant. Idem in octauo: Triarii ſub uexillis conſidebant ſiniſtro crure porrecto ſcuta innixa humeris haſtas ſubrecta cuſpide in terra fixas haud ſecus ꝗ q; uallo ſepta acies inhorreret tenentes ſi apud pncipes quoque haud ſatis pſpere eſſet pugnatum a pma acie ad triarios rediiſſe: cum laboratur puerbio increbuit

Retiarii nomen ab armaturæ genere ortum perhibetur. contra enim pugnantẽ mirmilonẽ retiarius ferebat occulte rete qđ iaculũ



appellatur ut aduerſarium cuſpide inſiſtentẽ operiret implicitumq; uiribus ſuperaret: huic retiario pugnanti aduerſus Mirmilonem cãtabatur: non te peto: piſcem peto: quid me fugis galle: quia mirmilonicũ genus armaturæ gallicum eſt: ipſiq; mirmilones ante galli appellabantur in quorum galeis piſcis effigies inerat: quod genus pugnæ inſtitutum eſt a pythaco ex ſeptem ſapientibus uno & exercitꝰ iperatore qui aduerſus Phrynonen athenienſium ducẽ qui Pãcratiaſtes & Olypionices fuerat dimicaturus ppter cõtrouerſias finiũ quæ erant inter atticos & mitilenos rete ſub clypeo occulte lato ipedinit Phrynonen & dum non cauit inuoluit.

Gregarii humilis militiæ ac uulgate milites qui ex minoribꝰ & extraordinariis ſunt cum alii maiores & ordinarii dicantur. Iuſtinꝰ epitg. trog. Pom. xiii. prima Ptolomæo ægyptꝰ Aphricæ Arabiæq; pars ſorte uenit quẽ ex gregario milite Alexãder uirtutis cauſa prouexerat. Idem. xxxviii. His auditis Antiochus occupandum bellũ ratus exercitum quẽ multis finitimoꝝ bellis indurauerat aduerſus parthos ducit: ſed luxuriæ non minor apparatus ꝗ militiæ fuit: quippe octoginta milia armatorum ſecuta ſunt trecẽta lixarum ex quibus coquorum piſtorum ſcortorumq; numerus fuerit maior: argẽti certe auriq; tantum ut etiam gregarii milites auro caligas figerẽt pculcarentq; materiam cuius amore populi ferro dimicant.

Optiones appellantur hi milites quos decurio aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtros quo facilius obeat publica officia optiones autem dicti ꝙ ſint electi nam optare eligere: ſicut eſt illud Optauitq; locum regno ideſt elegit.

Optices quoq; ab optãdo appellati eo ꝙ antecedẽtibꝰ ægritudĩe ppeditis tanquã adoptati eorũ atq; uicarii ſolent uniuerſa curare

Excubitores dicti pro eo ꝙ excubias ſemper agunt: ſunt enĩ ex numero militum

Procubitores antẽ dicuntur qui noctu cuſtodiæ cauſa ãte caſtra excubabant cum caſtra hoſtium ĩ ppinquo eſſent

Strenuus: efficax: gnauus: uigilans: fortis ſic dictus ꝙ ſternẽdo aduerſa renuat. Liuius. viii. ab urbe cõdita. Cn. C. Cornelio Lentulo. P. Philone iterum coſſ. palepolim ad res repetendas miſſis cum relatum eſſet a græcis gente lingua magis ſtrenua ꝗ factis ferox reſponſum: Iuſtinus epi. trog. Pomp. xii. Nam & manu ſtrenuus & ĩ contionibus perfacundus habebatur.

Tranſfuga Vlpiano teſte non eſt ſolus accipiend⁹ qui ad hoſtes aut bello tranſfugit ſed & qui per induciarum tẽpus aut ad eos cum quibus nulla amicitia eſt fide ſuſpecta tranſfugit.

Fugitiuus ut Ofili⁹ inquit is eſt qui extra domini domum fugæ cauſa ut ſe a dño celaret manſit: Cælius aũt fugitiuum eſſe ait eum qui ea mente diſcedat ne ad dñm redeat tam & ſi mutato conſilio ad eum reuertatur Nemo enim tali peccato ĩquit pœnitẽtia ſua nocẽs eſſe deſinit. Caſſius quoq; ſcribit fugitiuum eſſe qui certo propoſito domũ relinq̃t apud Iul. Item relatum eſt fugitiuũ fere ab effectu animi intelligendum eſſe: non utique a fuga. Nam eum qui hoſtẽ aut incendium latronem ruinam ue effuger et quanuis fugiſſe ẽ uerum non tamen fugitiuum eſſe: apud Labeonem & Cælium quærit ſi quis in Aſylum confugerit aut eo ſe conferat quo ſolent uenire qui ſe uenales poſtulant an fugitiuus ſit: Ego puto non eſſe eum fugitiuum qui fecit id quod publice facere licere arbitratur nec eũ quidem qui ad ſtatuam Cæſaris confugit fugitiuum arbitror: nõ. n. fugiendi animo hoc fecit: idem puto & in eum qui in aſylum uel qđ aliud ſimile confugit quia nõ fugiendi aĩo hoc fecit: ſi tamen ãte fugit & poſtea ſe contulit non ideo magis fugitiuus eſſe deſinit. item Cælius ſcribit placere eum quoq; fugitiuũ eſſe qui eo ſe conferat unde eum dñs recuperare non poſſit: multoq; magis illum fugitiuum eſſe qui eo ſe conferat unde abduci non poſſit.

Tirones dicuntur fortes pueri qui ad militiam deliguntur atque armis gerendis abiles exiſtunt: unde & tirones dicti: Tiro etiam rudem & ignarũ ſignificat ꝑinde Cæſar tirões neq; in ludo neq; per laniſtas ſed in domibus per equites romanos atq; etiam per ſenatores armorum peritos erudiebat: hi enim antea probantur ſicut mos fuit Romæ puberes exercere armis & ſub cuſtodibus eſſe poſtea militare de quibus poeta nobiliſſimus & primo flore iuuentus inde tirunculus per diminutionem paruus tiro dicitur.

Veterani legionarii dicuntur quiq; iã in uſu prælii nõ ſũt poſtq; multos militiæ labores quietis ſuffragium cõſequuntur: Veteranus etiã Modeſtino auctore eſſe creditur non ſolum legionari⁹ ſed oĩs qui q̃litercunq; militauerit & honeſte eſt ipſe abſolutus.

Emeriti dicuntur ſoluti militia & quia merere militare dicitur ob ſtipendia. ſ. quæ merẽtur ſicut emeriti ſtipendii uel emeritæ militiæ qui militia perfuncti ſunt noĩantur qui extra meritum ſtipẽdii



& militiæ poſiti ſicut miles olim poſt. lx. uel. lxx. annum qui a labore ſolutus non cogebatur militare agro uel uilla donatus: Non nullarũ enim rerũ publicarũ hic mos eſt ut poſt ſexageſimum ad militiã nemo cogatur: in pluribus detur remiſſio iuſta poſt. lxx. Iuſtin⁹ epi. trog. Pomp. li. xi. Alexander cum contra perſarũ tam periculoſum bellum exercitum non legeret: non iuuenes robuſtos nec primum florem ætatis ſed ueteranos pleroſq; etiam emeritos militiæ qui cum patre & patruis militauerãt elegit. Quintilianus: Emeritis hinc bello ſtipendiis & per tranſlationem a poeta præclaro emeriti boues dicuntur in georgicis quoque

Armiger eſt qui tela gerit & arma tantum domini ſui ut ſcutũ pilum arcum cæteraq; id genus ut quidam perhibent qui eos ĩperitiae quoq; arguunt qui armigerũ uocant armatum equitem quod a clariſſimis rerum geſtarum ſcriptoribus haud quaq̃ obſeruatum inuenio: Liuius ab urbe con. xxii. donec inſuper eques cui ducario nomen erat facieq; noſcitans coſ. inquit hic eſt cum popularibus ſuis qui legiones noſtras cecidit agroſq; & urbem eſt depopulatus: iam ego hanc uictimam manibus peremptorũ fœde ciuium dabo ſubditiſq; calcaribus equo per conſertiſſimam hoſtium turbam impetũ fecit obtruncatoq; prius armigero qui ſe ĩfeſto uenienti obuiam obiecerat: conſulem lancea tranſfixit ſpoliare cupientem: Curtius atarras ante cum trecentis armatis intrauerat regiam: huic decem ſatellites tradũtur quorum ſingulos deni armigeri ſeq̃bantur: hi ad alios coniuratos comprehendendos diſtributi: Seneca tragicus in hyppolito de amazonib⁹ & prorſus iſte gentis armigeræ furor odiſſe Veneris fœdera & caſtũ diu uulgare populis corpus: Suetonius in uita Octauiani Cæterũ numerũ partim in urbis: partim ad ſuam cuſtodiam adlegit dimiſſa calliguritanorũ manu quã uſq; ad deuictũ Antoniũ item germanorũ quã uſque ad cladẽ uariam inter armigeros circa ſe habuerat.

Lixæ qui exercitũ ſequũtur quæſt⁹ gratia dicti ꝙ extra ordinẽ militiæ ſunt eiſq; liceat qđ libuit: Alii boſa lixã appellatos dicunt ꝙ & ille Herculẽ ſit ſecut⁹: uel ꝙ lixæ militib⁹ aquam ad caſtra uel tentoria ſolerent ferre quam liuam ueteres dixere: quãque coctam elixã dicim⁹ qđã a liguriẽdo quæſtũ Liui⁹. xxiii. lixæ caloneſque & alia turba cuſtodiæ ĩpedimẽtorũ oppoſita ut paucitatẽ maxĩe ſpnẽtib⁹ poꝰ nũ ingẽtis repẽte exercit⁹ ſpeciẽ fecerit Calones Nonio teſte militũ

ſerui dicti ꝙ ligna militibus ſubminiſtrēt ſiue ligneas ferant clauas

Gacula etiā militis ſeruus: Plautus uideo gaculū militarē & dici
tur a græco ꝙ fuſtib⁹ clauiſque ligneis ad tutelā dños armari ſoliti
ſūt iſqꝫ q̄ huiuſmōi claua & teli genere utitur clauator appellatur

Auctoratus miles is dicitur q̄ obligat⁹ & ſubiectus eſt: Sueto. li.
iii. de legendo uel auctorādo milite ac legionum & auxiliorum de
ſcriptiōe ex quo fit auctoramentū qđ q̄ſi obligatio eſt rex uel ſtipē
diū quoddā uel pretiū cuiuſdam militiæ ac pugnæ actioniſqꝫ

Exauctoratus inſignibus militaribus āmotus: exauctorare. n. ē
inſignia militaria detrahere auctore Vlpia. Si enim Iuliano accedi
mus ſi quis militē exauctorauit inter infames effecit licet non addi
diſſet ignominiæ cauſa eū exauctoraſſe: exauctorare quoqꝫ iuliani
pace dixerim eſt non ſolum infamē militem reddere uerum ducē
ab īperio ſuo dimittere uel miſſum militē facere illūqꝫ hōeſta miſſi
one militiæ plerunqꝫ donare. Liuius ab urbe con. li. xxix. ubi ex his
unus auſus eſt dicere ſe pꝛſus ſe ſibi utrunqꝫ uelit liberum eſſe uol
le militare: tum Scipio ex quo igitur adoleſcens quid ſentires nō di
ſſimulaſti uicarium tibi expedit iam cui tu arma equumqꝫ & īde cæ
tera inſtrumēta militiæ tradas & tecum hinc ex templo domum du
cas: exerceas docēdum cures equo armiſqꝫ læto conditionē accipiē
ti uni ex. ccc. quos iermes habebat tradidit: ubi hoc modo exaucto
ratum equitē cum gratia imperatoris cæteri uiderunt ſe quiſqꝫ excu
ſarē & uicarium accipere: Iulius Frontinus ſtratagem. quarto: Diu⁹
Auguſtus Veſpaſianus cum quendam adoleſcentem honeſte natū
militiæ inabilem anguſtiarum rei familiaris gratia eductum ad lō
giorem ordinem erexiſſet cenſu conſtituto honeſta miſſione exau
ctorauit: iam hucuſqꝫ perductus liber iſte claudendus eſt cuiuſqꝫ pꝛo
lixitatis modus adhibendus: uerum quia nonnulla etiam mihi ī hoc
adhuc uideo ponendā eſſe quæ ſint illa: pꝛximus liber cōmodius in
dicabit ne hunc tam prolixum ulterius oneremus.

Quid quotuplexqꝫ bellum & unde cætera bellici exercitus uo
cabula acierꝫ ſingularumqꝫ denominationum cauſæ.

## LIBER NONVS

Voniam ſuperiori uolumine Sigiſmūnde Pādul
ſe uocabula militaris ac publici honoris priſca &
præclara per uarias eorꝫ origines & officia mōſtra
uimus: bellici nunc exercitus intactū ne q̄d aliorꝫ



relinquatur: is ſequēns liber patefaciet cauſaſque ſingulorum ac de
nominationes ſeorſum aperiet & explicabit

Bellum quod eſt multiplex ſuiſque diſtinctum nominib⁹: cum
aliud internum ſit: aliud externum: aliud ſeruile uel ſotiale uel py
raticum ut āte diximus dictum a belluis ꝙ belluarum ſit pernicioſa
diſſenſio: uel ut Seruio placet ſicut a lucendo lucus dictus eſt: ſic a
nulla re bella bellum eo ꝙ econtra ſit horridum & peſſimum unde
bella horrida: bella alii a Belo qui primum gladium ferreum pdu
xit Caſſi. ideſt Varro poſtea Belus ferreum gladium primus pro
duxit a quo bellum placuit denominari: & eſt bellum tempus om
ne quo præparatur aliquid pugnæ neceſſarium illis quo pugnetur:
uel bellum eſt totum tempus quo in militia ſumus: quod indocti no
ſtri temporis guerram uocant: ut bellum gallicum: bellum punicū:
bellum macedonicum

Duellum bellum uidelicet quod duabus partibus de uictoria cō
tendentibus dimicatur ut inquit Feſtus: bellum enim āte duellum
uocatum ut alii perhibent eo ꝙ duæ ſint partes dimicantium: uel ꝙ
altera faciat uictorē: altera uictum: poſtea uero mutata & detracta
littera dictum eſt bellum: Horatius pmo epi. Græcia Barbariæ len
to colliſa duello Stultorꝫ regum populorum continet æſtum: Oui
dius. vi. faſtorum: Hac ſacrata die thuſco bellona duello: dicitur &
latio pꝛſpera ſemper adeſt: Liuius primo ab urbe condita: Dic īquit
ei quē pmum ſententiam rogabat quid cenſes Tū ille puro pioque
duello q̄rendas cenſeo. idē. xxxvi. Si duellū quod cum rege Antio
cho ſūmi populus iuſſit id ex ſententia ſenat⁹ populiqꝫ romani con
fectum erit: Tum tibi iuppiter populus & ludos magnos dies decē
continuo faciet.

Tumultus grauius urget q̄ bellum: poteſt enī teſte Cicerōe eſſe
bellum ſine tumultu: tumultus eſſe ſine bello non poteſt. Quid ē
enim tumultus niſi perturbatio tanta ut maior timor oriatur: unde
etiam nomen ē ductum tumultus: itaqꝫ maiores noſtri tumultū ita
licum quod erat domeſticus: tumultum gallicum quod erat italiæ fi
nitimus: præterea nullum tumultum nominabant: grauius autē tu
multum eſſe q̄ bellum hinc intelligi licet ꝙ bello gallico uacationeſ
ualent: tumultu non ualent: ita ſit quemadmodum dixi ut bellum ſi
ne tumultu eē poſſit: tumultus ſine bello eſſe nō poſſit

Turbā appellari labeo ait ex genere tumult⁹ idqꝫ uerbū ex græ

eo contractu: turbã aũt ex quo numero admittimꝰ ſi duo rixã cõmiſerint utiq nõ accepimꝰ in turba id factũ quia duo turba nõ ꝓpe dicuntur: enĩuero ſi plures fuerint decẽ aut qndecim hoĩes turba dicetur: quid ergo ſi tres aut q̃tuor turba utiq nõ erit & rectiſſime labeo inter turbã & rixã multũ intereſt ait: nanq aũt turbã multitudinis hoĩum eſſe perturbationẽ & cætum ſed rixam duorum.

Prælia cõgreſſiones armatoꝝ certamina belli pugnæq ꝑtes dicũtur: Lucilius. xxvii. ro. po. uictus ti & ſuperatus præliis ſæpe eſt multis bello uero nõnunquã. Liuiꝰ ab urbe con. ix. Quãtalibet magnitudo hoĩs cõcipiatur aĩo unius tamen ea magnitudo hoĩs erit collecta paulo plus decẽ annoꝝ fœlicitate q̃ qui eo extollunt ꝙ po. ro. & ſi nullo bello multis tamen præliis uictus eſt. Dicitur autem præliũ ab imꝑmendo hoſtes unde præla ligna quibus uua præmitur uel a præludendo: bellum enim quaſi præludendo inceptabant

Pugna a bello differt & prælio. eſt enĩ unius diei & belli pars: ut cannẽſis cremerenſis: multaq cõtinet prælia cũ aliud in cornibꝰ aliud in media aliud ĩ extrema acie geritur & a pugnis dicta uel ꝙ ab initio uſus fuiſſet in bello pugnis cõtendere ꝙ ꝑmo bellũ pugnis ĩceptabant. Lucretius li. iii. reꝝ na. Arma antiq̃ manꝰ ungues dẽteſq fuerunt: Caſſio. li. i. uariaꝝ. Inter ipſos quoque aduerſarios ut ſcitis nõ erant plus armata certamina ſed pugnis ſe feruida quælibet laceſſebat intẽtio: unde & pugna nomen accepit: Pugnare etiã eſt manꝰ cõſerere: expugnare uero pugnando uincere: expugnare nauem ſimiliter teſte Caliſtrato eſt eã aut ſpoliare aut mergere aut diſſoluere aut ꝑtundere aut funes eius excidere aut uela conſcindere aut anchoras ĩuoluere de mari: quo equidem miror illud pſalmigraphũ Sæpe expugnauerunt me a iuuẽtute mea dicat nunc iſrahel etenim non potuerunt mihi. pro eo quod ẽ oppugnauerunt ſiue impugnauerunt: ſi enim non potuerunt mihi ꝑfecto non expugnauerũt ſed oppugnauerunt: græce autem magis eſt oppugnauerunt ſiue impugnauerunt q̃ expugnauerunt ꝓ eo ſignificato accepit interpres niſi librariorum uitio ita ſcriptum ſit.

Gymnicũ certamen uelocitatis eſt ac uirium gloria cuius locus gymnaſiũ dicitur ubi exercentur athletæ & curſoꝝ uelocitas cõprobatur: hoc alii ueteꝝ pentathiũ alii quinquaſtium dixerunt: id autẽ genus exercitationis in his quinq artibus conſtat: iactu diſci: curſu ſaltu: iaculatione: lucta: Ouidiꝰ ĩ faſtis. Ceſtibus & iaculis & miſſo



pondere ſaxi Brachia perluſis experienda dabant.

Luctatio lateꝝ cõplexus quibus cominus certantes utuntur.

Exercitũ militum copiã dicimus nõ unam cohortẽ tantum neq unã alam ſed numeros multos militum legionem uel legiões cũ ſuis auxiliis continentẽ: nomen autem exercitus ab exercitatiõe traxit uel ut Varroni uiſũ eſt exercitus ꝙ exercitando melior fit

Copias plurali tantũ numero de exercitu: copiã uero aliarũ dicimus teſtis ẽ Seruiꝰ in comento. ii. æneі. in hoc tñ numero cõtra Seruiũ uſu uenit eruditoꝝ. Saluſtius in catili. Poſtremo ex oĩ copia Catilinæ neq in prælio neq in fuga quiſ q̃ ciuis ingenuꝰ captus ẽ. Idem in eodẽ: Dum ea Romæ geruntur Catilina ex oĩ copia quã & ipſe adduxerat & Manliꝰ habuerat duas legiões inſtruit. idẽ in eodẽ ſed ex oĩ copia erat q̃rta pars inſtructa militaribus armis: Liuius belli mace. li. v. ipſe paucos poſt dies ſex milia ſuoꝝ militum & ex ea copia quæ lamiæ repẽte colligi potuit nõ ita multos æ tholos ducit. Statius. vii. the. Premit indigeſta ruẽtes copia & quæ ſint mecum: teſte Virgi. copia luſtro Teren. in eunucho teſte Donato in comẽto: ſex homines copias ducit militẽ. ſ. paraſcitum doracẽ Siricum Simalionẽ Sangã cum inquit militẽ ſecum ad te quãtas copias adducere

Expeditio dicta ꝙ milites ac bellatores expeditos curis & domeſticis affectibus abſolutos eſſe oportet.

Legionis proprietatem ut ab eligendo uel ab electione militum maxime & Seruius & Varro de uita patꝝ libro tertio dictam interpretantur: ita circa eius numerum omnes pene uariant: Seruius imprimis nobilis grammaticus uariis in locis Virgilii mentem interpretando: Nam in legionẽ inquit non niſi. ccc. equites erant Virgi. in ſeptimo: Equos numero pater eligit omni ſtabant trecenti nitidi in præſepibus altis: unde & alibi Trecenti ſcutati omnes noti idem legiones proprie peditum ſunt: turmæ uero equitum Virgiliꝰ in nono: Cætera tum legio campis inſtructa moratur: Varro de lingua latina Milites dicti ꝙ trium milium primo legio fiebat atque ſingulæ tribus Tacienſium Ramnẽſium Lucerum milia militum mittebãt. Cintius autem de re militari libro ſexto auctore Gelio no. atti. xvii. ita ſcriptum reliquit: in legiõe ſunt centuriæ ſexagĩta manipuli tringinta cohortes decẽ: Flauius uegetius. ii. de re militari Macedones græci dardani phalanges habuerunt in unaq phalangæ nouẽ milia armatoꝝ cenſebant: galli celtiberi pluresq barbaræ natões

caternis utebantur in ꝗbus sena milia armatorum erant: romani
legiones habent quibus singulis sena milia & cc amplius īterdum
eo minus censuerunt esse: Plutarchus in uita Romuli legiones sin
gulæ sex milium peditum & sexcentorum equitum cōplebant nu-
merum: Liuius li. xxxviii. ab urbe con. cum eas legiones q̄tuorde
cim scripsissent ꝙ plus q̄ quinq̧ milia peditum trecenti equites ī sin
gulis legionibus essent: idē in eodē: ob ea nouos exercitus cōscribi
placuit quattuor legiones in ligures uti singulæ quina milia & ducē
tos pedites. ccc. haberet equites sotiorum itē latini nois q̄ndecim mi
lia peditum addita & octingēti equites. idē trigesimosexto: Roma-
na acies unius ꝓpe formæ & hominum & armorum genere duae
legiones: romanæ duæ sotium ac latini nominis erant: quina milia
& quadrigenos singulæ habebant: idē li. octauo: scribebantur q̄ttu
or fere legiones quinis milibus peditum equitibus in singulas legi-
ones trecētis: idē li. xl. & præterea supplemento adducta quo āpliꝯ
duabus legionibus q̄. x. M. & quadringenti pedites sexcēti equites
essent & sotium latini nominis duodecim milia sexcenti eq̄tes: quo
rum forti opera duobus aduersus celtiberos præliis usus. Q. Fului
us esset quos si uideretur secum deportaret: legionem autē sex mi-
lium & ducentorum hominum primus. C. Marius Pomp. Festo te
ste descripsit: cum antea quattuor milium fuisset unde etiam uoca-
batur quadrata: Eusebius in ecclesiastica historia: Nostrorum uero &
Tertulianus hæc memorat & apud græcos Apollinaris qui etiam
ipsam legionē pro insignis facti miraculo mutato nomine uocitatā
dicit ab imperatore fulmineā Tertulianus uero. M. impe. epistolas
etiam nunc haberi dicit quibus de his apertius indicabit: unde autē
tanta inter doctissimos rerum gestarum scriptores uarietas aborta
sit Seruius in cōmento. xi. li. æneí. a seipso pene dissentiens his uer
bis ostendit: Legio autē habebat duodecim cohortes: sexaginta cen
turias: licet in his rebus accessu temporis ducū uarietas semper im
mutauerit militiæ disciplinam: unde Liuiꝯ belli punici libro secūdo
Numero quoq̧ peditum equitumq̧ legiones auctas milibꝯ peditū
& centenis equitibus in singulas adiectis

Legio linteata samnitum fuit sic dicta ꝙ samnites intrantes sin-
guli ad aram uelis linteis circundatam non cessuros se romano mi
liti iurauerunt: Liuiꝯ libro decimo: Primoribus samnitum ea desti
natiōe obstrictis decē noiatis ab imperatore eis dictum ut ius nisi



legerent donec. xvi. M. numerum cōfecissent: eo legio linteata ab i
tegmento consepta quo sacrata nouitas appellata est.

Phalanx lingua macedonū legio ē auctore Seruio. in cōmento
li. ii. æneí. Liuiꝯ ab urbe con. xxxii. & cohortes inuicē sub signisq̧
cuneū macedonū phalangē ipsi uocant si possent ui perrumperent
emittebant. idē. xxxvii. decem & sex milia peditum more macedo
num armati fuere qui phalangitæ appellantur.

Agmen ordinata proprie multitudo dicitur ut est ambulātis ex
ercitus ab agendo idest eundo dictum: neq̧ enim in uno loco stans
agmen uocatur aut si inuentum fuerit usurpatum est.

Cohors inquit Varro ꝙ ut in uilla pluribus tectis cōiungitur ac
quidam fit unum: sic ex manipulis pluribꝯ populatur cohors a co-
hærendo ꝙ cohæreat cuncta quæ interius sunt ut in uilla ꝙ circa eū
locum pecꝯ cogeretur uel ꝙ coerceat obiectu suo extraneos & ad
ire ꝓhibeat: huius numerum uarium esse inuenio: Plutarchus ī ui
ta Pelopide ꝓmus gorgia ex quadringentis electis uiris quibus ci-
uitas exercitationem dietamq̧ in arce thebana militantibus præbuit
sacram cohortem ut ferunt: ordinauit & ꝓpter hoc cohortem ex ci
uitate uocauerunt. Ephorus autem cohortem quingētos esse uiros
affirmat: Calisthenes uero septingentos: Quidam alii quod Polybi
us sensit nonagīta milium idoneum numerum perhibēt alii aliter
Iosephus belli iudaici li. iii. Decem autem cohortum singulæ mille
pedites habebat: in cæteris uero. xiii. sexcenti pedites & centeni ui-
ceni equites erant.

Cohors prætoria est dicta ꝙ a prætore non dissidebat. Scipio au
Aphricanus primus fortissimum quenq̧ delegit qui ab eo in eo bel
lo nō discederet & cætero munere militiæ uacaret & sexquiplex sti
pendium acciperet.

Manipulus ducentorum militum est & militum parua quoq̧ ma
nus sex uel septē in unumq̧ collecti uiri qui unum signum sequun
tur sic dicti: siue ꝙ bellum primo manu incoeptant: uel ꝙ anteq̄ si
gna essent manipulos idest fasciculos alicuius herbæ ꝓ signis ha-
bebant a quibus manipulares milites postea dicti sunt.

Globus ut īquit Vegetius tertio de re militari is dicitur qui a sua
acie superatus uago superuentu incursat inimicos contra quem
alter populosior uel fortior mittitur globus: Liuius libro. ii. ab urbe
con. in eum hæc gloriantem cum globo ferocissimorum iuuenum

Romulus impetum fecit:idē li.xxi.alii fugientes pugnantiū globo
illati hærebāt alios redeuntes ī pugnā auertebāt fugientium agmen

Cuneus eſt collecta ī unum militum multitudo: unde ꝓpter qđ
in unum coit huiuſmoī coitio in unū cuneus q̄ſi coneus ꝙ in unū
omnes coeant atq; cogantur in tria milia ea nec eſt equitum ſed pe-
ditū multitudo quæ iuncta cum acie ꝑmo āguſtior deinde latior ꝓ
cedit & aduerſarioꝝ ordines prumpit:quia a pluribus in unum lo-
cum tela mittuntur:nec eſt cunei determinatus militum numerꝰſed
ordinatio acierum in modum cunei.

Cuniculum autem foramen dicimus ſubterraneum occultū aut
a cuneorum ſimilitudine omnem materiam nodoſam quam ſubin
trant ſcindentium:aut potius ab animali quod eſt lepori perſimile
appellatum:quod ſub terra foſſa latere ſolitum eſt.Martialis:Gau-
det in effoſſis habitare cuniculus antris monſtrauit tacitas hoſtibus
ille uias.Sunt qui non cuniculum ſed cuniculos plurali tantum dici
numero debere arbitretur:quod a quodam noſtræ huius ætatis ali
as doctiſſimo hiſtoriarum ſuarum libris contra multorum uſum
eruditorum depromptum admiror: Vegetius inuentum eſt reme-
dium per noctem ſub fundamentis muri cuniculum fodi. Item ali
bi:Aliud genus expugnationis eſt ſubterraneum atq; ſecretum qđ
cuniculum uocant a leporibꝰ qui cauernas ſub terris fodiunt ibique
conduntur:Sic & Cæſar ſcriptor elegantiſſimus de tertia uigilia ani
maduerſum eſt aggerem fumare:quem cuniculo hoſtes ſuccende
rant:ſic Liuius belli macedonici libro.viii. ibi commiſſis operibus
cum e foſſa in cuniculum pateret iter:Sic Curtius ultima peſtis ur
bis fuit cuniculo ſubrutus murus per cuius ruinas hoſtis intrauit:
quod ut nequeat Apollonia nobilis quondam ciuitas documēto no
bis ſit:Nam cum ingenti admodum obſideretur exercitu & cunicu
lis milites minus ambigerent intra mœnia penetrare:id cum apollo
niatibus per ſpeculatores denuntiatum eſſet:eiuſmodi nuntio per-
turbati:conſternatique ſunt omnes ꝙ nec tempus nec locum ſcire
poſſe uidebantur quo emerſuri forent hoſtes: Tunc uero Tripho
Alexandrinus qui ibi fuerat ingenio ſummo intra murum plures
ſpecus deſignauit & fodiēdo tantum progrediebatur extra murum
dūtaxat ſagittæ emiſſionem & in omnibus uaſa ænea ſuſpendit
ex his in una foſſura quæ contra hoſtium ſpecus fuerat uaſa pēden
tia ad plagas ferramentorum ſonare cœperunt: ita ex eo intellectum



intellectum eſt q̄ urbis parte aduerſarii cuniculos agentes intra pe
nētrare cogitabant:Sic limitatione cognita tēperauit: Aenea feruētis
aquæ & picis deſuper & ſtercoris humani & arenæ coctæ candentis
deinde noctu pertulit crebra foramina & per ea repente ꝑfūdēdo q̄
in eo opere fuerunt hoſtes oēs necauit.Maſilienſes ſimili modo per
cuniculos obſeſſi cum numero ſupra triginta ſpeculatum miſiſſet:
ab his eo præcepto loco quo cuniculi agebantur intra murum bara
trum ampliſſima longitudine & amplitudine uti piſcinam fecerūt:
eamq; et puteis & e portu impleuerunt ita cum ſpecus eſſet repente
naribus apertis uehemens aquæ uis immiſſa ſupplantauit fulturas:
quiq; intra fuerant & ab aquæ multitudine & a ruina ſpecus ſūt opp
ſſi:Ambrachienſes pauidi ne etiā ſubrutis muris facta in urbē uia
per cuniculum eſſet ſilentio facto pluribus locis aure admota ſoni
tum fodientium captabant:quem ubi acceperunt aperuere rectā in
cuniculum uiam nouaq; haud magni operis aduerſus hoſtes qui in
cuniculo erant excogitata res eſt . Dolium enim ferreum a fundo
pertuſum quo fiſtula modica et ferrea inſeri poſſet: operculumq;
etiam ferreum etiam ipſum pluribus locis perforatum fecerunt te-
nuiq; pluma completum ore in cuniculum uerſo poſuerunt ꝑ ocu-
liq; foramina prælongæ haſtæ ad ſubmouendos hoſtis eminebant
ſintillam leuem ignis plumæ inditam fole fabrili ab caput fiſtulae ī
poſito flando accenderūt inde non ſolum magna uis fumi ſed acri-
or etiā fœdo quodam odore ex aduſta pluma cum totum cuniculū
adimpleſſent haud durare cōſiſtereq; quiſquā intus potuerat

Forficem ordinationem militarem uocant cuneo oppoſitam nā
ex lectiſſimis militibus in.v.litteram ordo compon.t & illum cune
um excipit atque ex utraque parte concludit frōs dicta ꝙ aduerſus
hoſtes ſpectat hæc in pugna publica ſi ſapienter diſponitur pluri-
mum iuuat.ſi imperite quanquā optimi bellatores ſunt mala ordi-
natione franguntur .

Serra præliari dicitur cum aſſidue acceditur receditur q; neq; ul
lo tēpore conſiſtitur dictaq; ꝑinde ſerra hæc a ſtrennis direpta ante
frontem opponitur hoſtibus ut turbata acies reparetur.

Alæ exercitus ordines qui circum legiones dextra ſiniſtraque
tanquā alæ in auiū corporibꝰ locabantur ut li.vi.de re militari apud
Cintium ſcriptum eſt: Virg.iii.æneI.Dū trepidant alæ ſaltuſq; inda
gine cingunt:Liuius ab urbe condi.xxviii.ſiniſtra ala ab romanis

& cohortes quæ a diuiſerant ſigna in prima acie pugnabant & ſunt alæ.xxx.equites ĩ exercitu ſint licet qui pluribus quã.xxx.equitibꝰ alam conſtitui cenſeant:Liuiꝰ ab urbe con.xxxviii.his ala mille fer me equitum hoc germani uocant.

Turma teſte Feſto & Varrone q̃ſi trina e in.v.abiit ꝙ terni equi tes ex tribus tribubus Ticienſium Ramniũ & Luceꝝ fiebat: Romani enĩ equites in una tribu trecenti fuere. De ſingulis enim cẽturiis decem dabantur & fiebat turma:itaque ſi Põponio credimus ſingulaꝝ decuriarum decuriones dicti quidã uolunt quorum eſt fronto decurionem eſſe turmæ quæ conſtat ex duobus &.xxx.equitibus Cyaxares aũt pmꝰ Herodoto teſte Aſianos dicitur p turmas diuiſiſſe:iuſſiſſeque ſagittarios ab equitibus alioſque ab aliis ſeorſum eẽ antea cum permixti & confuſi eſſent.

Nodus ꝓpe eſt denſa peditũ multitudo ſicut turma equitũ ut lectũ ẽ ĩ diſciplina militari ſic dictũ ꝑ difficultate ꝙ uix poſſit reſolui

Acus exercitus inſtructio dicitur ꝙ ea pars militum uehementiſſima eſt ad hoſtem uulnerandum acumine teloꝝ.

Acies exercitꝰ ĩſtructꝰ dicta ꝙ ferro armata ſit & acumĩe telorũ

Claſſes equites dicebantur ob diuiſionẽ exercitus qui poſtea manipuli dicti uel pro turmis equeſtribus a quibuſdam claſſicis quae habent unde non ab re nobili a poeta dictum:claſſibus hic locus ẽ claſſes etiã partes populi:Liuius primo ab urbe condita tum claſſes centuriaſque & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit uel paci decorũ uel bello & his qui centum milia æris aut maiorem cenſum haberet.lxxx.fecit cẽturias quadragenas ſeniorum ac iuniorum : prima claſſis omnes appellari:ſeniores ad urbis cuſtodiam ut præſto eẽnt iuuenes ut foris bella gererent:Claſſici ut inquit Gelius.vii.noc.at. dicebantur non omnes qui in claſſibus erant:ſed primæ tantum claſſis homines qui centum.xxv.milia æris ampliſſimæ cenſi erant: ĩfra claſſem autem appellabantur ſecundæ claſſis cæterarũque hominũ qui minore ſumma æris q̃ ſupra dixi cenſebantur:Columella claſſes non maiores q̃ denum hominum faciũdæ quas decuriae appellant antiqui:Quintilianus primo inſti.Nõn inutilem ſcio ſeruatum eſſe a præceptoribus meis cum pueros in claſſes diſtribuerent ordinem dedi ſecundum uires ingenii:dabant claſſes nauium poſtea ſubiere uetuſtiuſque fuit Pomp. auctore multitudinem hominum quam nauium claſſem appellari Diodoro enĩ teſte ab ipſo



orbis primordio animantia omnia eſſe genera eodemque modo & homines a principio genitos dicunt in agris paſſim quærentes ſyluestri & incondita uita uixiſſe quibus herbæ & arborum fructus ultro uictum præberent:belluas inſuper his fuiſſe infenſas quibus ut obſiſterent claſſes & coetus hominum ob timorẽ factos atque communis utilitatis gratia auxiliaque ĩuicẽ præbita & loca habitaculis quæſita: claſſes clypeatas antiqui dixere quas nunc exercitus uocamus claſſis uero procincta exercitus inſtructus & paratus ad bellum maxime cum exercitus cinctus erat gabino ritu ſine cinctu confeſtim pugnaturus.

Caſtra pro exercitu tantum pluraliter.Liuius punici belli lib.vi. Valerius ancias una caſtra magonis capta tradit.idẽ in eodẽ:Exuũtur caſtris atque ita nocte ac die bina caſtra hoſtium oppugnata bina proinde nõ duo caſtra dixit.idem libro.ix. Sed cum una caſtra in fines altera in finitima terra etruria prope in conſpectu habebãt caſtra autem quaſi caſta ob hoc dicta ꝙ illic caſtraretur libido ꝙ ſi ab ea origine ortum traxit apud noſtros inane nomen eſſe quis dubitat:Quotus enim inter hos homines inuenitur qui pudorem pudicitiam caſtitatemque colat qui non prorſus cupiditatibus cuncta irrideat atque contemnat quotus qui non proſtibulo congredi malit q̃ cum hoſte manus conſerere:quotus qui nõ libentius de expugnanda adoleſcentulorum pudicitia:de uirginibus uiolandis:de ui inferenda ingenuis:de ſuis ſtupris ſceleribus flagitiis ſermonem conferat q̃ de hoſtibus inuadendis : de excipiendis uulneribus: de morte pro dignitate appetenda:de ignominia fugienda : de gloria comparanda:de tolerantia:de patientia:& de labore:quod ſi quando forte contigit ut te quiſque es lector in horum hominum caſtra uel potius luſtra conferas:uidebis ibi ſuper lectulis non continentiſſimos duces Fabricium:Aemilios:Scipiones: Hannibalem: Alexandrum:ſed militares homines & eos qui cæteris dignitate excellunt iuxta meretrices exoletos:ſcorta:& pueros meritorios accubantes molliſſimis uerbis & flagitioſiſſimis & ad concitandam Venerem nedum caſtrandam accommodatis inter ſe colloquẽtes:ubi autem calere iã res cœperit hic alius ructet & uomat mingat alius & pedat:ibi luditur: hic bibitur:atque ut ex huiuſmodi euenire ſolet ſaepenumero rixa exorta eſt.Nullus ut ſummatim reliqua complectar pudor in eorum uerbis : nulla in rebus temperantia: nulla

Disiplina huiusce modi mil merito detestatur

[illegible] immodeſtia conſeſſu maiorum dignum ſilētiū ſed ſumma obſcoenitas [illegible] clamor: confuſio: perturbatioq; [illegible] omnium quod [illegible] diſciplina nefas quidē erat aut deli catius aut parum pudicum inferre ſermonem: ubi non modo uerbis non abſtinent turpibus ſed caetera etiam faciunt quae a uerecundo homine dici non poſſunt.

Metari caſtra diuidere & loca militibus in caſtris aſſignare uel ponere caſtra uel mutare: Lucanus in primo Audax heſperios ueniam metator in agros.

Tabernae appellatio Vlpiano teſte declarat omne utile ad habitandum aedificium non ex eo φ tabulis claudatur: inde tabernacula & contubernales. Tabernā etiam domicilii gen⁹ antiquiſſimum romanis fuiſſe teſtimonio ſunt exterae gētes quae adhuc tabulatis habitant aedificiis: unde etiam tecta caſtrenſia militumque tētoria quibus ſolis ardores tempeſtateſque imbrium ac frigoris iīurias uitāt quāuis pellibus tegerentur tabernacula dicta ſunt: Liuius belli macedonici li. iii. Tabernaculum regium p̱ uallo in conſpecto maxīe tumulo ut terrorem hoſtibus ſuiſque ſpem & fiduciam faceret poſitum: Cicero in Verrem ac. vii. Nam in ipſo aditu atq; ore portus ubi primum ex alto ſinus ad urbem ab litore inflectitur tabernacula carbaſeis intenta uelis collocant.

Tentoria p̱ eo dicta φ tendantur funibus atq; palis: unde & hodie praetendere dicitur ut olim Ouidius in heroi. Illic eacides illic tendebat Achilles. Virgili⁹ in primo aenei. Nec procul hinc reſi niueis tentoria uelis Agnoſcit lachrymans

Papyliones ſimili mō tentoria dicuntur auiculae ꝑuolantis ſimilitudine: Helius Spartianus in uita Seueri ſeptimi idem in omniū expeditione ante omnes militarem cibum ſumpſit ante papylionem





Hybernacula caſtrenſia ad obſidionem potius q̄ ad oppugnationem hyemando aedificiā: Liuius libro quinto ab urbe condita: cū ſpes maior imperatoribus romanis in obſidione q̄ in expugnatiōe

eſſet:hybernacula etiam res noua militi romāo aedificari cœpta cō
ſiliumq; erat hyemando continuādo bellum

Impedimenta caſtrenſem ſupellectilem dixere:impedire enim
quaſi irretire eſt & in pedicā trahere:Liui9 uigeſimonono Interim
romani impedimētis quoq; omnibus traductis cōtractiſq; in unum
locum quia iam moueri uidebant hoſtē nec ſpatium erat caſtra cō
muniendi aciem inſtruxerunt:Idem uigeſimotertio: Lixae calōeſ
que & alia turba cuſtodiæ impedimentoꝝ oppoſita

Comeatus ꝑ cibariis ad alimoniam reipublicæ aut exercitus aut
alicuius multitudinis comeantis dicimus:Liuius trigeſimoſexto ab
urbe condita Cum exercitibus comeatus quoque omnis generis ex
Aſia uēturos in præſentia curæ eſſe etholis debere ut copia frumē
ti ſuis & annona tolerabilis reꝝ aliaꝝ ſuppeditentur comeatus priua
tim etiam dicitur:Cicero pro lege Manili iama comeatu & priuato
& publico prohibemur:Ab imperatore etiam militibus comeat9 da
ri dicitur ideſt tempus quo ire & redire commode poſſint uel facul
tas ad tempus a militia recedendi eundiq; quo uelint ad præſcriptū
diem reuerſuri.

Munimenta munitiones ſunt caſtrorum cæterarumque rerum
quæ contra aduētum hoſtium muniunt ſiue uallo & foſſa ſiue alio
quouis modo quo ſint milites ab hoſtium ut dixi aduētu uel incur
ſu muniti.

Monumenta i mutata in u & ū in o ſepulchra ſtatuæ tituli libri
cæteraq; q̄ nos alicuius rei præteritæ moneāt recordari: nam quod
de futuro quidam uolunt ideo ſepulchra appellari monumenta ꝙ
noſtræ mortis moneant falſum arbitror:in honorem enim mortui
illa tantummodo fiunt non in publicam praeceptionem.

Athleta uir fortis uenatorq; qui perūcta corporis flexibilitate cū
beſtia dentata luctatur ut motibus ſuis ſpectantib9 placeat & ſangui
ne ſuo uoluptatem populo præſtet:Liuius belli punici li.xi. Athle
tarum quoq; certamen tum primo Romanis ſpectaculo fuit & ue
natio data leonum & pantherarum & prope huius ſæculi copia ac
uarietate ludicrum ~~celebratum eſt:Sabinus autem & Caſſius~~ & ge
neraliter omnes artem ludicram non facere Athletas opinantur:
horum ſpectaculum fabricis tam clarum & actione tam tetrum in
honore Scythicae Dianae quae ſanguinis effuſione gaudebat ab



athenienſibus repertum ē:damnoſa ꝑfecto publice priuatimq; no
cens delectatio:quod facile colligi poteſt ſi in mētem uenerit ex hi
ſtoriis rei huius initium progreſſuſq; apud noſtros quanto publici
cenſus impendio : quantaque inſaniæ proxima dictu cura quanta
demum populi ſtudio plauſu ac labore conſtiterit:tot milib9 ſimul
gladiatorum paribus tanto elephantorum precio tygridumq; & le
onum ac pardoꝝ gregibus onagrorum quoq; equorum ferocium
atq; animalium diuerſi generis e toto orbe terrarum omniū trāſmi
ſſis ſyluis omniq; gentium uenatibus romano famulātibus theatro
adde illam ædificandi luxuriem cunctas terra pelagoq; marmore
as columnas in ludorum uſum & artificum ſummis ingeniis expo
litas cuius princeps inſaniæ haud conticendus eſt Scaur9 is qui edi
lis in theatri ſcænam opus dierum paucorū & quod paucis lignis
ac funibus attolli poterat ſuffecturum oculis populi talibus gaudē
tis trecentarum ſexaginta talium monſtra columnarum intulit fe
citque opus ut ſcriptum eſt:maximum omnium q̄ unquam fuerē
humana manu facta:Curionem quoq; ex ſuperioris æui monumē
tis accepimus qui ciuili bello pro Cæſaris partibus in Aphrica occu
buit ut Scaurum quem opibus æquare nō poterat ſuperarit īgenio
non marmoreum ut ille ſed ligneum theatrum duplex tamē ac pē
ſile meditatus populum uictorem gentium:ludis uictum & pericu
lis plaudentem ſuis mira arte ſuſpendit ut ridentes interius ſtupen
teſque ipſi exterius ſpectatoribus riſui fierent & ſtupori iam īde ab
exordio primus regum noſtrorum Romulus fuit omne qui in his
rigidam thetricam illam Sabinorum pudicitiam circumuenit inde
porro Titi potentia principali diuitiaꝝ pfuſo flumine cogitauit ædi
ficium fieri unde caput urbium cerni potuiſſet cum theatrum qd̄ ē
emiſperium græce dicatur amphitheatꝝ quaſi in unum iuncta
duo uiſoria conſtet eſſe nominatum qui ſpeciem eius area conclu
dens ut & currentibus aptum daretur ſpatium & ſpectantes oīa fa
cilius intuerentur:dum quædam ꝓlixa rotunditas uniuerſa collige
ret: quæ autem latini certamina agones alii uocant ab a quod ſine
ſonat & agonia angulus quia ut Feſto placet locus in quo huiuſmo
di ioci facti ſunt ſine angulo ſint. Alii aliter atque aliter dici putant:
Ouidius primo faſtorum:Nominis eſſe poteſt ſuccinct9 cauſa mi
niſter Hoſtia celitibus quo feriēte cadit:Qui calido ſtrictos tinctu
rus ſanguine cultros:ſemper agat ne rogat nec niſi iuſſus agit: pars

quia non ueniant pecudes ſed aguntur ab actu: Nomen Agonalē credit habere diem pars putat hoc feſtum priſcis agonalia dictum una ſit ut ꝓprio littera dēpta loco: An quia præuiſos in aqua uidet hoſtia cultros An pecoris lux eſt ipſa notata metu Fas etiam fieri ſolitis ætate prioꝝ Nomina de ludis græcā tuliſſe diem: Et prius antiquus dicebat agonia ſermo: ueraꝗ iudicio eſt ultima cauſa meo

Bellona Martis ſoror & belloꝝ dea cui ꝓprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant Lactantius atꝗ Lucanus teſtes ſunt tunc quos ſectis bellona lacertis ſæua monet cecinere deos: & eſt dicta a bello bellona: nunc quæ duellona a duello ut inquit Varro

Minerua uirtutum præſul quam principem & inuentricem belli ferunt dicta ꝙ bene moneat. hanc enim pagani pro ſapientia ponebāt. Cornificius uero ꝙ figuratur pingaturꝗ minitans armis eā dē dictam putat galeatā. n. haſtam tenet & clypeum: alii nōnulli uel ꝙ minueret uel minueretur dictā putent: quamobrē eadē capta ſiue capita dicta ſit incertum eſt. Variæ enim ſunt huius noīs cauſae Ouidius tertio faſtoꝝ: Cælius ex alto qua mons deſcendat in equū hic ubi non plana eſt ſed ꝓpe plana uia ē: Parua licet uideas captæ delubra Mineruæ: Quæ dea natali cœpit habere ſuo: Nominis in dubio cauſa eſt. Capitale uocamus ingenium ſolers ingenioſa dea eſt An quia de capitis fertur ſine matre paterni Vertice cum clypeo ꝓſiliiſſe ſuo: Aut quia perdomitis ad nos captiua faliſcis Venit & hoc ſigno ſyllaba prima docet: Aut ꝙ habent legem capitis quæ pēdere pœnas exilio iubeat furta reperta ſuo A quacunꝗ trahas rōne uocabula pallas pro ducibus noſtris egida ſemper habet hæc eadē & tritonia dicta eſt ꝙ temporibus Ogigii ad lacum uel ripam Tritonis fluminis in uirginali fertur apparuiſſe habitu.

Pallas autē ſecundum Victorinū a Pallene inſula Thraciæ uel a gigante quem occidit: & ſane duo hæc anthonomaſia ſine ꝓprio ſunt nomine nonnunquā a poetis prolata. Virgi. ii. æneí. Tritonia reſpice pallas Inſedit nymbo effulgens & gorgone ſcæua

Mars ab eo ꝙ maribus præeſt ī bello ut Varroni placet licet tria ſint genera conſuetudinum ſicut apud Xamantes thanais fluminis hoſtio proximos ubi eaſdē artes fœminæ quas uiri exercent adeo ut ne militiæ quidē uacent: uiri enim pedibus inhærent ſagittiſꝗ depugnant: ille equeſtre prælium ineunt nunc ferro dimicant: ſed qđ laqueis intercœpe trahendo conficiunt uel apud Amazōes ubi ſolæ



fœminæ uel apud romanos aliaſꝗ gentes multas ubi ſoli mares dimicant: uel mars dictus ꝙ Sabinis arreptus ibi & mamers qđ idem eſt oſca lingua quod mars. tis. & enim cum ſæuit gradiuus dicitur cum tranquillus eſt dicitur eſſe Quirinus: Huius in urbe duo erāt templa: unum quirini intra urbem quaſi cuſtodis ideſt trāquilli: alterum ī appia uia extra urbem prope portam quaſi bellatoris ideſt gradiui: in bello enim gradum inferunt qui pugnāt aut īpigre gradiuntur: Ac ſicut Epaminūdas Boetium agrum Martis Orcheſtrā & Xenophon epheſum belli officinam appellat: Sic romani tūc belligeri templum Martis quem ferociſſimum omnes deum & armigerum dicunt: & ob id bellis armiſꝗ præeſſe hunc & liberum unū eundemꝗ deum arbitrantur nōnulli romaniꝗ utrunꝗ patris appellatione uenerātur: alterum liberꝝ patrem: alterum marſpitrem ideſt martem patrem cognominantes. Hinc etiam liber pater belloꝝ potens probatur qđ eum primum ediderūt auctorem triumphi: hoc etiam apud lacedæmonios ſimulacrum eius haſta inſigne nō tyrſo demonſtrat: ſed cum tyrſum tenet quid aliud q̄ latēs telum gerit cuius muro hædera labente protegitur: qđ oſtendit uinculo quodam patientiæ obligandos impetus belli. Habet etiam hædera uinciendi obligandiꝗ naturam nec non & calor uini cuius liber pater eſt auctor homines ad furorem bellicum uſꝗ propellit. propter cognatū ergo utriuſꝗ effectus calorem martem ac liberum unum eundēꝗ deum eſſe uoluerunt.

Mauors figuratum eſt ut induperator auctore Seruio in comēto primo ænei. ab aliis ꝙ magna uertat ſic dictus.

Gradiuus mars ſiue mauors dictus eſt a gradiendo eo ꝙ ī bello gradum inferant qui pugnāt aut impigre gradiantur uel a gradiendo in bella ultra citroꝗ ſiue ab uibratione haſtæ quod græci dicunt uel ut alii quia gramine ſit ortus quod interpretatur quia corōa graminea in re militari maximæ eſt honorationis

Feretrius iuppiter dict9 ē a ferendo ꝙ pacem ferre putaretur ex cuius templo ſumebant ſceptꝝ per quod iurarent & lapidem ſilicē quo fœdus ferirent. Alii cum Acron ceninēſium rex a Romulo uictus & infeſto telo traiectus eſſet eiuſꝗ ſpolia ioui uotis nūcupatis Romulus ad urbē reuerſus dicaret: hoc tropheum ioui ſtatutū cognomen deo addidit feretrio ioui a feriendo hoſtem eſt & a ferendo ut ante diximus. Propertius: Nunc ſpolia in templo tua condita

cauſa feretri omine ꝙ certo dux ferit enſe ducē ſeu ꝗs uicta ſuis humeris hæc arma ferebat: hinc feretri dicta eſt ara ſuperba iouis

Ianus faciendis fœderibꝰ præeſt. Nam poſtq̄ Romulus & T. Tacius in fœdera cōuenierunt Iano ſimulacrum duplicis frōtis effectum eſt quaſi ad imaginem duoꝝ populoꝝ. Gauius Baſſus in eo libro quem de diis compoſuit ianum bifrontem fingi ait quaſi ſuperꝝ atq; inferum ianitorē: Ouidius in faſtis: Quicquid ubique uides cælum mare nubila terras: Omnia ſunt clauſa noſtra patentq; manu: Me penes eſt unum uaſti cuſtodia mundi & ius uertēdi cardinis omne meum: Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua frōtes: E quibus hæc populum ſpectat & ille larem Vtq; ſed et ueſter p̄mi quoq; limina tecti Ianitor egreſſus introituſq; uidet: ſic ego proſpicio cæleſtis ianitor aulæ Eoas partes heſperiaſq; ſimul. Eundem quadrifrontē legimus quaſi uniuerſa climata maieſtate complexū Nec mirum ſane apud aliquos bifrontem quadrifontem apud alios eſſe: nam alii præter hæc eum dici deum uolunt in quo ortus eſt & occaſus. Horatius: Matutine pater ſeu iane libētius audis. Alii annum totius deum quem in quattuor tempora conſtat eſſe diuiſum anni autem eſſe deum illa res probat ꝙ ab eo prima pars anni nūc nominatur: nunc iam chaos patulicium & clauſium etiam appellauit antiquitas: Ouidius in faſtis: Me chaos ātiqui nam ſum res priſca uocabant nomina Ridebis modo nāq; patulicius idem & modo ſacrifico clauſius ore uocor: hoꝝ duorum nominum ratio hæc eſt Quia bello cauſæ eius patent pace claudūtur huius etiam rei hæc cā narratur cū bello Sabino quod uirginum raptarum gratia commiſſum eſt romani portam quæ ſub radicibus collis uiminalis erat quæ poſtea ex euentu ianualis uocata eſt claudere feſtinarent quia in ipſam hoſtes irruebant poſtquam eſt clauſa mox ſponte patefacta eſt: cumq; iterum ac tertio idem contigiſſet armati plurimi pro limine qua claudere nequiebant cuſtodes ſteterunt: cumq; ex alia parte acerrimo prælio certaretur ſubito fama pertulit fuſos a Tatio romanos quam ob cauſam qui aditum tuebatur territi profugerūt: cumq; ſabini per portam patentem irrupturi eēnt fertur ex æde iani per hanc portā magnam uim torrentium undis ſcatentibus erupiſſe multaſque per duellum cateruas aut exutas feruenti aut deuoratas rapida uoragine deperiſſe ea re placitum ut belli tēpore uelut ad urbis auxilium profecto deo fores reſerarentur: Ianualis porta



ut alii perhibent ab iano dicta: ideoq; ibi poſitum iam ſignū & ius inſtitutū a Pōpilio ut ſcribit in annalibꝰ piſo ut ſit aperta ſemper niſi cum bellū ſit: nuſquā tamē traditū ē memoriæ ut inqt Varro Pōpilio rege fuiſſe apertam ſed poſt eius regnū teſte Liuio. T. Manlio coſ. bello carthaginenſi p̄mo cōfecto bello itē actiaco finito ab īperatore Cæſare Auguſto pacē terra mariq; parta: hunc autem apud nos ianum oībus præeſſe ianuis nomen oſtendit: quod ē ſimile: nā et eum claui & uirga figuratur quaſi & rector uiaꝝ & omniū portarū: cuſtos belli licet geminæ ſint Virgi. in. i. æneí. Sunt geminæ portæ belli ſic nomine dicunt religione ſacræ & ſæui formidine Martis: Centum ærei claudunt uectes æternaq; ferri robora nec cuſtos abſiſtit limine ianus: Has ubi certa ſedit patribus ſententia pugnæ: Ipſe quirinali trabea cinctuq; gabino inſignis reſerat ſtridentia limina conſul: ipſe uocat pugnas ſequitur tum cætera pubes æreaque aſſenſu conſpirant cornua rauco hæc & tum æneadis indicere bella latinis More uidebatur triſteſq; recludere portas. Virgi. in. 7°. Enei.

Pactum a pactione dictum auctore Vlpiano: inde & pacis nomen appellatū ē: ſed ē pactū duoꝝ conſenſus atq; cōuentio: pactio uero duoꝝ plurium ue in unum placitum atq; conſenſus. Liuius li. vi. ab urbe condita: Cuius ſpei morem pati cum fortuna obſeſſorū non potuiſſet: confectaq; paucitas oppidanorum opere uigiliis uulneribuſque ſemper eoſdem urgebat per pactionem urbe hoſtibus tradita: inermes cum ſingulis emiſſi ueſtimentis miſerabili agmine penates reliquerant.

Pax ſignificatiōis notam habet: Virgi. in ſeptimo: pars mihi pacis erat dextrā tetigiſſe tyranni: pax uenia. idem i. iii. æneí. ſed uotis precibuſq; iubent expoſcere pacē: pax p̄piciatio. idem in eodem exorant pacem diuum: pax beniuolentia. idē in. iiii. pacemq; paras exquirunt: pax quoq; teſte priſciano li. v. tam ſingulariter q̄ pluraliter p̄lata idem poteſt ſignificare: ſed pluraliter non utimur quia auctoritas deficit: quod a grammaticorum principe dictum non parꝝ admiror: maxime cum apud nōnullos & quidem probatos & ſumma auctoritate præcellentes latina lingua uiros pluraliter p̄latū īueniam: Lucretius rerum naturalium libro quīto: Veniorum pauidiſ paces animaſq; ſecundas. Varro de uita patꝝ li. iii. Animaduertendum primum quibus de cauſis & quemadmodum conſtituerint paces ſecundū qua fide & iuſticia eas coluerint: Horatiꝰ p̄mo epiſto.

bella quis et paces longū diffudit in æuū.idē li.ii. Hoc paces habūe
re bonæ uētiq; ſecundi.hoc de pacis uocabulo et ei9 uſu dictū ſatis
ſit īpræſentiaꝝ.Effectus autē ſunt ut in ea populi ꝑficiāt: utilitas gē
tium cuſtodiatur:ut hæc bonaꝝ artium decora ſit mater: hæc eadē
mortalium genus:reparabili ſucceſſione:multiplicans facultates ꝓ
tendat:mores excolat:tantumq; boni in ſe contineat ut terrenis in re
bus nihil gratius ſoleat nihil cōcupiſci:deſiderabilius nihil poſtre
mo melius poſſit inueniri:ꝓinde non ab re poſt triumphos et Ro
mani īperii firmiſſimū ſtatū.D.Veſpaſianus tārquillitatis pacis &
concordiæ tēplum ædificare decreuit quo ea diuitiaꝝ largitatē uſus
ut oīa in illud phanum collecta eſſent quorum uiſendoꝝ ſtudio ꝑ
orbem totum qui eum ante fuerant uagabatur.

Fœdus lex nonnunq̄ pax quæ fit inter diſſidentes ſic dictū uel
q; inter fœdera interponatur fides:unde Varro:Per hos etiam nūc
fit fœdus quaſi fidus Ennius ſcribit dictum in re militari uel a fœci
alibus ideſt ſacerdotib9 per quos fiunt fœdera uel ab hirco uel hæ
do.f.littera addita quod ueteres in graui ſignificatione ponebant ut
ſanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes:uel a porca fœde et
crudeliter occiſa lapidibus cuius mors optabatur ei qui a pace reſi
liſſet unde poetarum doctiſſimus Poſt idem inter ſeſe poſito certa
mine reges armati iouis ante aram pateraſq; tenentes ſtabant et cæ
ſa iungebant fœdera porca.Arabum in huiuſmodi iungēdis fœde
ribus non porcam ſed interiorem manus partem iuxta pollicem in
cidere mos fuit accipereq; ex utriuſq; ueſte filum et ex utriuſq; ſan
guine lapides ſeptem in medio iacentes perungere Dionyſium ac
Dianam inuocantes:hiſque peractis deniq; hoſpites eos uel amicoſ
nuntiare.Scitæ et Lydii in hui9moī ſimiliter Herodoto teſte ſe ſau
tiant hauſtuq; mutuo ſanguinis fœdus fulciunt non ſuo tātum mo
re ſed Medoꝝ quoq; uſurpata diſciplina. Bello enim quod geſtum
eſt anno poſt Ilion captum ſexcenteſimoquarto iter Lyricē Lydiū
et Aſtiagem mediæ regem:hoc pacto confirmata ſunt fœdera:Ro
manis autem cum æcholis his legibus fœd9 ictum eſt imperiū ma
ieſtatemq; populi romani gens ætholorum cōſeruato ſine dolo ma
lo ne quem exercitum qui aduerſus ſotios amicoſq; eorum ducet ꝑ
fines ſuos tranſire ſinito ne ue ulla ope iuuato hoſtis eoſdem habe
to quos populus ro.ar maq; in eos ferto bellumq; pariter gerito:per
fugas fugitiuos:captiuos reddito romāis ſotiiſq; præterq̄ ſiq; capti



cum domos rediſſent iterum capti ſuerant ſiqui eo tempore ex his
capti ſunt qui tum hoſtes erant romanis cum intra præſidia romāa
ætholi eſſent aliorum qui comparebunt inter dies centum Corcy
ra eorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur: Qui non com
parebunt quando quiſq; primus eorum inuentus erit reddatur ob
ſides.xl.arbitratu conſulis romani dato ne minores duodecim an
norum neu maiores.xl.obſes ne eſto prætor præfectus equitū ſcri
ba publicus neu quis qui ante obſes fuerit apud romanos Cephala
nia extra pacis leges eſto.De pecuniæ ſumma quam penderent pē
ſionibuſq; eius nihil ex eo quod cum conſule conuenerant mutatū
pro argento ſi aurum dare malent dare conuenit:dum pro argente
is decem aureus unus ualeret:Quæ urbes qui agri qui hoīes ætho
lorum iuris aliquādo fuerunt qui eorum. T.Quintio Cn. Domi
tio coſ.poſt ue eos coſ.aut armis ſubacti aut uoluntate inditione po
puli romani uenerunt neque eorum ætholi recepiſſent uel in ætho
lia decem:urbes agroſque Arcananum ſumpto Alia etiam inſigniſ
fœderis forma auctore Liuio ex decem legatorum ſentētia in hæc
uerba cum Antiocho conſcripta eſt amicitia rege cum populo Ro
mano his legibus & conditionibus eſto ne quem exercitum qui cū
populo romano ſotiis ue bellum geſturus erit Rex per fines regni
eorum ue qui ſub ditione eius erunt tranſire ſinito:ne comeatu neu
qua alia ope iuuato idem Romani ſotiique Antiocho & his qui ſub
imprrio eius erunt præſtent belli gerendi ius Antiocho:ne eſto cū
illis qui inſulas colunt ne ue in Europam tranſeundi excedito urbi
bus agris:uicis:caſtellis:ciſtaurum:montem uſque ad Tanai am
nem:& a ualle tauri uſque ad iuga qua in Licaoniam uergit ne qua
arma efferto ex his oppidis agris caſtelliſque quibus excedat ſi qua
extulit quæ quoque oportebit recte reſtituito: nec militem neu quē
alium ex regno eumenis recipito ſi qui earum urbium ciueſque ab
ſedunt regno cum rege Antiocho utraque fines regni ei9 ſunt:apa
meam omnes ante diem certam redeant qui ex regno Antiochi
apud Romanos ſotioſque ſunt his ius abeundi manendique eſto
ſeruos fugitiuos ſeu bello captos ſeu quis liber captus aut tranſfuga
erit reddito: Romanis ſotiiſque elephantos tradito omnes neque
alios parato tradito & naues longas armamentaque earum neu
plures q̄ decem naues nulla plus q̄ triginta remis agatur habeto
neue minorem ea belli cauſa quod ipſe illaturus erit: ne nauigato

citra calicadnū neū ſarpidonium ꝓmontoria extra quæ ſiqua nauis pecuniam ſtipendium aut legatos aut obſides portabit milites mercede conducendi ex his gentibus quæ ſub ditione populi ro. ſūt antiocho regi ius ne eſto Ne uoluntarios quidem recipiendi & Rhodiorum ſotiorum ue quæ ædes ædificiaq; intra fines regni antiochi ſunt quo iure ante bellum fuerunt eo Rhodiorum ſotiorum ue ſinito ſi quæ pecuniæ debentur earum exactio eſto: ſi quid ablatum eſt id conquirendi cognoſcendi repetendiq; idem ius eſto ſi q̃s urbes quas tradi oportet hi tenent quibus Antiochus dedit & ex his p̃ſidia deducito utiq; recte tradantur curato: argenti probi talenta actica. xii. milia dato intra duodecim annos penſionibus equis talentum neue minus pondo. lxxx. Romanis ponderibus pendat & tritici. xl, milia modium eumeni regi talenta. ccc, l. intra quinquenniū dato & pro frumento quod eſtimatione fit talenta. c. xxvii. obſides romanis. xx. dato & triēnio mutato ne minores octodenum annorum neu maiores q̃ quadragenum ſi qui ſotiorum populi romani ultro bellum inferrent Antiocho uim ui arcendi ius eſto dū nequā urbem aut belli iure teneat aut in amicitiā accipiat cōtrouerſias inter ſe iure ac iudicio diſceptent aut ſi utriſq; placebit bellū de Hānibale pœno & ætholo thoante & miluna ſimacho & carnane & a calchidēſibus eubolida & philoppomenæ dedendis in hoc quoq; fœdere cōſcriptum eſt: ut ſi quid poſtea addi immutari ue placuiſſet ut id ſaluo fœdere fieret. Eſſe etiam tria fœderum genera quib9 integre paciſcerentur amicitias ciuitates regeſq; apud probatiſſimos auctores inuenio unum cum bello uictis dicerentur leges: ubi enim omnia ei qui armis plus poſſet dedita eſſent quæ ex his habere uictor quibuſq; mulctari eos uelit ipſius ius atq; arbitrium eſſe. Alterum, cū pares bello æquo fœdere in pacem atq; amicitiam uenirent: tunc n. repeti reddiq; per conuentionem res & ſi quarum turbata bello poſſeſſio ſit: eas autem iuris antiqui aut partis utriuſq; commodo cōponi. Tertium eſſe genus cum qui nunq̃ hoſtes fuerint ad amicitiam ſotiali fœdere integre iungendam coeant eos neq; dicere, neq; accipere leges: id enim uictoris & uicti eſſe: & quanquam auctore Liuio nulla uetuſtior fœderis memoria ſit q̃ eius qđ inter albanos romanoſq; ictum eſt: Thaſeum tamē primo fœdera inueniſſe. vi. natu. hiſto. li. teſtis eſt Plinius

Sancta proprie dicimus auctore Vlpiano quæ nec ſacra neque



ꝓphana ſunt ſed ſanctione quadā ſunt confirmata ut ſanctæ leges ſanctione enī quadā ſubnixæ ſunt quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt id ſanctum eſt & ſi deo non ſit conſecratum

Sanctum præterea teſte Martiano qđ ab iniuria hominum defenſum atq; munitum ē: Liuius belli mace. li. ix. Iam nec legatis quidem q̃ iure gentium ſancti ſunt uiolandis abſtinere in ſidias poſitas eūdi ad. T. Quintium ſanctum autem dictum eſt a ſanguinibus

Sagmina autē dicebant herbas uerbenaſq; quæ ex loco ſancto arcebantur legatis ꝓficiſcentibus ad fœdus faciendum bellumque indicendū. Liui9 li. i. ab urbe con. iubēte rege ſagmina inquit te rex poſco: Rex ait puram tollito fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit. Idem belli punici li. x. Fœciales cum in Aphricam ad fœduſ feriendum ire iuberentur ipſis poſtulantibus ſenatus conſultum in hæc uerba factum eſt ut primos lapides ſiliquios primaſq; uerbenas ſecū ferrent ut uti po. ro. his īperet ita fœdus ferirent: illi prætorē ſagmina poſcerent herbæ id genus ex arce ſumptum dari fœcialib9 ſolet: has etiam herbas legati. P. R. ſolebant ferre ut ab his defenſi atq; muniti eſſēt ne quis eos uiolaret: ſicut legati græcorum ea ferebāt quæ ceritia uocabantur

Obſides ab obſidio q̃ ꝗppe ab obſidib9 dantur: uel obſides ꝓ obſides quod ob fidē patriæ præſtandā datur teſte Feſto: Vas idē qđ obſes a uado dictus q̃a dato uade licet abire & uadere: inde uadat9 dicitur obſtructus uel ſub fidei iuſſione ambulans: ſicut Feneſtella ait: penes quem uadatus amicitiæ nodulo tenebatur

Hoſtis apud antiquos peregrinus dicebatur & qui nunc hoſtis perduellio Varro: hoſtis ante eo uerbo dicebant peregrinum qui ſuis legibus uterentur: nunc dicunt eum quem tunc dicebant perduellem. Cicero primo officiorum: Et quod etiam illud animaduerto q̃ qui proprio nomine perduellis eſſet is hoſtis uocaretur: uerbi lenitate rei triſtitiam mitigante: hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus indicant duodecim tabulæ aut ſtatutus dies cum hoſte: itemque aduerſus hoſtem æterna auctoritas quid ad hanc māſuetudinem addi poteſt: eum quo cum bellum geras tam molli nomine appellare; quanquam id nomē durius efficit iam uetuſtas: a peregrino enim receſſit: & proprie in eo qui arma contra ferret remanſit. Gaius de uerborum ſignificatione: Quos nos inquit hoſtes appellamus eos ueteres perduelliones

appellabantur [illegible] indicantes cum quibus eſſet bellū.
Vlpianus [illegible] ubi ad legē iuliā maieſtatis: [illegible] quiſquis īquit lege
iulia maieſtatis reus eſt: [illegible] ſemper [illegible] uel [illegible]
[illegible] eſt: hoſtes [illegible] & ſunt qui nobis aut quibus nos
publicę bellum [illegible] cæteri prædones aut latrones appellan
tur: hoſtire æquare [illegible] æquamentum: unde & hoſtes di
cti ſunt quia ex æqua cauſa pugnam adeunt.

Hecathombem Iul. capi. teſte: Sacrificium eiuſmodi eſt centum
aræ uno loco ceſpititiæ extruuntur & ad eas centū ſues centūq; oues
mactabantur iam & imperatorū ſacrificium ſit centum eōe's centū
aquilæ ſi cætera huiuſmodi aīalia centenà feriuntur: quod quidem
etiam græci quondam feciſſe dicuntur cum peſtilentia laborarent.

Hoſtiæ ſacrificia dicuntur quæ ante ab his fiūt qui in hoſtē per
gunt dictæ ab eo ꝙ & hoſtire eſt ferire: harū gratia Trebatius lib. i.
de religionibus docet eſſe duo: alterū in quo uolūtas dei per extā di
ſquiritur: alterū in quo ſola aīa deo ſacratur: unde & aruſpices ani
males hoſtias uocant: utrunq; hoſtiarū gen9 diuino carmine ſuo Vir
gi. oſtendit & primo quidem id quo uoluntas numinum per exta
monſtratur: Mactat inquit lectas de more bidentes: & mox pecudū
que recluſis pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta: Alterum id
in quo hoſtia animalis dicitur quo his tantum anima ſacratur oſtē
dit: Cum facit entellum uictorem erici: mactare taurum Nā ut ex
ploret animalis hoſtiæ cauſas ipſo uſus ē nomine hanc tibi erix me
liorem animam pro morte daretis & ut nuncupata uota ſignificare
ait perſoluo quod de uoto proprie dicitur: utq; oſtenderet perſolutū
diis ſignificauit dicens: Sternitur exanimiſq; tremens procūbit hu
mi bos. idem circa hoſtiam animalem ſanguine placaſtis uentos
& uirgine cæſa cum primū iliacas Danai ueniſtis ad oras: ſanguie
quærendi reditus animaque litandum argolica: Nā cū aīam. i. ho
ſtiæ nomen poſuit & litare quod ſignificat ſacrificio facto placaſſe
numen.

Victimæ uero ſacrificia quæ poſt uictoriam fiunt dictæ ſūt uel
ꝙ uinctæ ad aras ducebantur uel ꝙ ictu percuſſæ uictriciq; dextra
cadebant: de hoc ſuperioreq; uocabulo quæ licenter plerunq; cōfu
dit auctoritas. Ouidius primo faſtorum: Victima quæ dextra ceci
dit uictrice uocatur: hoſtibus a domitis hoſtia nomen habet. De al
tero tantum Liuius ab urbe condita. xxii. donec inſuper eques cui



Ducario nomē erat facieq; noſcitans conſulē inq̄t: hic ē cū populari
b9 ſuis q legiōes nr̄as cecidit agroſq; & urbē ē depopulatus: iā ego
hanc uictimā manib9 peremptorū fœde ciuium dabo.

Poſtliminium Scæuola. P. filius iunctum eſſe putat uerbū ut ſit
in eo & poſt & limen ut quæ a nobis aliena ſunt cum ad hoſtem p
uenerint & ex ſuo tanquā limine exierint hinc cum redierint poſt
ad idem limen poſtliminio rediiſſe uideantur.

Præda teſte Varrōe ab hoſtibus captaꝙ manu capta dicta qua
ſi parida.

Manubiæ ut. Q. Aſconio Pediano placet ſunt præda īperatoriſ
ꝓportione de hoſtib9 capta: manubias aūt a præda ut in libris rerū
uerborūq; ueterū ſcriptum eſt in hoc diſtare exiſtimauerūt ut ſit præ
da ipſa rerū quæ captæ ſunt: Manubiæ uero appellatæ ſunt non præ
da ſed pecunia per quæſtorē po. ro. ex præda uendita cōtracta per
quæſtorē aūt qđ dictum ē oportuit præfectū ærarii ſignificari: nā
cura æraria a quæſtorib9 ad præfectos tranſlata ē. Liui9 ab urbe cō
dita. xxxvi. P. Cornelius Scipio Galliam ꝓuintiam ſortitus priuſq̄
ad bellum: quod cū hoīs gerēdum erat ꝓficiſceretur poſtulauit a ſe
natu ut pecunia ſibi decerneretur ad ludos quos prætor in Hiſpāia
inter ipſum diſcrimen pugnæ uouiſſet: nouum & iniquū poſtulare
eſt uiſus. Cenſuerunt ergo quos ludos in conſulto ſenatu ex ſua uni
us ſentētia uouiſſet eos ut idē manubiis ſi quā pecuniā ad id reſer
uaſſet uel ſua ipſe īpenſa faceret. Eſt tamen nōnunquā inuenire ita
ſcripſiſſe quoſdā non ignobiles ſcriptores ut aut temere aut incurio
ſe prædam ꝓ manubiis & manubias ꝓ præda poſuerint: aut tropica
quadam figura mutatiōe uocabuli fecerint quod facere cōceſſum ē
ſcite id periteq; facientibus: ſed eum qui ꝓprie atq; ſignate locuti ſūt
ſicuti plures &. M. T. auctor diligentiſſimus in oratione quā dixit
de lege agraria manubias pecuniam dixerunt. in libris quoq; etru
ſcorū lectum eſt iactus fulminum manubias dici. Manubies deniq;
dicuntur ornamenta regum. unde & Petronius: Arbiter tot regum
manubies penes fugitiuum repertæ.

Reſignatum æs dicitur militi cum ob delictum aliquod iuſſu tri
buni militum ne ſtipendium ei detur in tabulas refertur: ſignare. n
dicebant pro ſcribere.

Aerarii milites ab ære dicti teſte Varrone ꝙ ſtipendiā facerent
hinc ipſum ſtipendium a ſtipe dictum ꝙ æs quoq; ſtipem dicebant

& milites ſtipendii ideo ꝙ eam ſtipem pendebant:abeo etiam En
nius poeni ſtipendia pendent:ſtipem autem eſſe nummum ſignatũ
teſtimonio eſt & pro eo quod datur in ſtipendium militi et ꝙ ſpõ
detur pecunia quod ſtipulari dicitur.

Pecunia quem belli neruos eſſe non dubium eſt ut inquit Ci.te
ſte Varrone dicta ꝙ in pecore cum paſtoribus conſiſtebat. Plinius
natu.hiſto.xxxiii.Seruius primus ſignauit æs ſignatumq; nota pe
cudum unde & pecunia appellata:Caſſi.li.vii.uar.pecunia a pecu
dis tergo nominata gallis auctoribꝰ ſine aliquo adhuc ſigno ad me
talla tranſacta.

Aes alienũ miles etiã habere dicitur et q̇ aureos debet & qui co
rium forma publica percuſſum q̃le apud lacedæmonios fuit quod
uſum numeratæ pecuniæ præſtat ut de beneficiis libro quinto inq̃t
Seneca

Denarii q̃ſi denari teſte Varrone q̃d denos æris ualebant ſicut
qnarii qui quinos:Victruuius Archi.li.iii.noſtri aũt ꝓmo fecerũt
antiquum nummũ et in denario denos æreos cõſtituerunt & ea re
cõpoſitio nominis ad hodiernum diem denarium retinet

Didimus autẽ a decima libella dictũ putat Pliniꝰ na. hi.xxxiii.
& placuit denariꝰ pro decẽ libris æris:quinarius ꝑ quinq;: ſeſtertiũ
pro dipondio & ſemiſſe:libræ autem pondus æris imminutũ bello
punico primo cum ĩpenſis reſpu.non ſufficeret cõſtitutũq; ut aſſes
ſeſtario pondere ferirentur:ita quinta parte facta lucri diſſolutũq;
æs alienum nota æris.Fuit ex altera parte ianus geminꝰ ex altera ro
ſtrum nauis:in triente uero & quadrante æs quadrãs ante triuncis
uocatus a tribus unciis.Poſtea Hannibale urgente.Q.Fabio Ma
ximo dictatore aſſes unciales facti placuitq; denarium.xvi.aſſibus
permutari & quinarium octonis ſeſtertium quaternis ita reſpu.di
midium lucrata eſt:in militari tamen ſtipendio ſemper denarius ꝑ
decem aſſibus datus.Nota autem argenti fuerunt bigæ atq; quadri
gæ & inde bigati quadrigatiq; dicti:paulo poſt lege papiriana emi
unciales aſſes facti Licinius Druſus in tribunatu plebis octauã par
tem æris argento miſcuit qui nunc uictorianus appellatur lege clo
dia percuſſus ẽ:antea enĩ hic nummꝰ ex ilirico aduectus mercis lo
co habebatur:eſt autẽ ſignatus uictoria & inde nomen aureꝰ num
mus poſt annum ſexageſimum ſecundum argenteus auctore ĩcer
to percuſſus eſt:qui anno urbis qngenteſimo octuageſimo quinto



Q.Fabio coſ.quinq; annis ante bellũ punicum ſignatus eſt:eoq; ẽ
po.ro.ne quidẽ ante Pyrrhum regẽ deuictũ uſus fertur fuiſſe etiã
aurei nũmi & argentei & ærei apud alias gentes uſum & originem
Lucanus his uerbis expreſſit primus Theſſaliæ rector telluris ionꝰ
in formam calide percuſſit pondera maſſæ fudit & argentum flam
mis auꝝq; moneta Fregit & imenſis coxit fornacibus æra

Nummus non a numero nec a Nũma Pomp.dictus ſed a no
ma quod principum nominibus priſco more effigietur: uel potius
Ariſtotele.v.ethi.teſte ob hoc uocatur ꝙ non a natura ſed a lege q̄
nomos dicitur eſt inductus

Seſtertius teſte Priſ.de figuris numeroꝝ & ponderibus nũmus
eſt duaꝝ ſemis libraꝝ unde ſeſtertiꝰ dicitur ſemiſtertius de quo arũ
tius ſeſtertiꝰ olim dupõdus et ſemis q̃ſi ſemiſtertiꝰ quo tẽpore dena
rius decuſſis pretiũ ualebat.Varro de lingua latina li.v.Seſtertiꝰ ꝙ
ſemis tertius dupõdus.n.& ſemis antiquꝰ ſeſtertius ẽ.Victruuiꝰ li.
iii.archi.quod efficiebatur ex duobus aſſibꝰ & tertio ſemiſſe ſeſter
tium uocauere.Plinius na.hi.xxxiiii.& placuit denariꝰ ꝑ decem li
bris æris quinarius ꝑ quinq; ſeſtertius pro dipondio ac ſemiſſe:Plu
tarchus in uita. M.Antonii.xxv.milia romãi decies ſeſtertiũ appel
lant:Helius ſpartianus in uita Heliogabali idem nunquã minus cẽ
tum ſeſtertiis cœnauit hoc eſt argenti libris triginta

Talentũ quanti ſit qa de eo uariant ſcriptores neceſſariũ exiſti
maui diuerſoꝝ auctoꝝ dicta ſubiicere:Liuiꝰ.xxxiiii. ab urbe cõdi
ta Ingens numerꝰ bello punico captiuoꝝ quoꝝ Hannibal cũ ab ſuiſ
nõ redimerẽtur uenunderat multitudĩs eoꝝ argumẽtũ ẽ ꝙ Polibiꝰ
ſcribit centũ talentis eã rẽ acheis ſtetiſſe cũ qngẽtos denarios ꝓciũ
in capita ꝙ redderentur dominis ſtatuiſſent mille enim ducẽtos ea
rõne Achaia habuit captiuos italicos:adiice nunc ꝓportiõe quot ue
riſimile ſit græciã totã habuiſſe q̄ rõne oſtenditur ſex milia denari
orũ habere talentũ:nã qngeni denarii ꝑ mille ducẽtis captiuis da
ti colliguntur ſex centa milia denarioꝝ centũ ea oſtendit fuiſſe talẽ
ta:centeſima autem pars ſexcẽtorum milium ſex milia inueniũtur:
denarii autem illo tempore nummi argentei erant quod in eodem
oſtendit Liuiꝰ:Signati inquit argenti.lxxxiiii.milia fuere atticorũ
tetragma uocant:trium uero denariorum argẽti in ſingulis ẽ põdꝰ
idem Liuius.xxxvii.oſtenditur magnum talentum atticum.lxxx.
habere libras & paulo plus cũ ſupradictoꝝ computatio manifeſtet

lxxxiiii. libras & quattuor untias habere taletũ quod ẽ ſex milia denariorũ: Liuius talentum ne minus põdo. lxxx. Romanis põderibus pẽdebat ſimilimodo ægyptium ut Varo & Plinius ĩquit. xxxiii. na. hi. idem Liuius ſic decreuit: ſenatus ut nõ pluſ q̃ ternæ libræ & quaternæ untiæ ſingulis deſint talentis: & ſciendum ſecundum Liuii cõputationem centum Minæ atticæ quarum ſingulæ. lxxxv. dragmas habent faciunt talentum magnum: nam minas. lx. habet ſecundum dardanum quod autem eſt magnum & minus oſtendit Terentius in formione: ſiquis daret talentum magnum: Seneca in. x. epi. xxiiii ſeſtertia ideſt talentum atticum paruum: Priſcianus de ponderibus talentum athenienſe paruum minæ. lx. Magnum minæ. lxxxiii. & untiæ quattuor. A. Gelius noc. att. lib. iii. Ariſtotelem quoq; traditur libros pauculos Speuſypi philoſophi poſt mortem eius emiſſe talẽtis atticis tribus: ea ſumma fit nummi nrĩ ſeſtertia duo & ſeptuaginta milia. Idem libro quinto: Equus Alexandri regis & capite & nomine buccephalas fuit emptus. Cares ſcripſit talentis. xiii. & regi philippo æris noſtri ſumma eſt ſeſtertia. ccc. xii. Seruius autem in commento. v. æneі. talentum ſecundum uarias gentes uarium pondus ẽ Apud romanos eſt ſeptuaginta librarum ſicut Plautus oſtendit in muſtel. qui ait duo talenta eſſe. c. xl. libras: Legimus etiam talentum eſſe paululum: nã Homerus in ludis funebribus patrocli ultima præmia dicit duo talenta quod cogit nos aliquid minimum intelligere: nam ſicut primus uictor bouem accepit conſequens non eſt ut dicamus ꝙ ultimus magnum accepit.

Pondo ſingulari numerõ caret teſte Foca. Dicimus tamen duo pondo tria pondo nõ bina pondo aut terna Quĩtilia. li. ꝓmo inſti. Quid quod quædam ſingula ꝓculdubio uitioſa ſunt iuncta ſine reprehenſione dicuntur: nam duo tres & pondo diuerſorum generũ ſunt: Barbariſmi aut duo pondo & tripondo uſque ad noſtram ætatem ab omnibus dictum eſt & recto dici Meſſalla confirmat & idẽ eſt duæ tres & quattuor libræ quod duo tria & quattuor põdo ut quidam uolunt & ex multis colligitur quod quidam auctores non uſq; quaque probant: Liuius. xxii. li. Argenti põdo bina & ſex libras in militem praeſtaret: Idem libro tertio: Dictator coronã aureã librae pondo ex publica pecunia populi iuſſu in capitolio ioui donũ dedit

Spolia cum proprie ea tantum ſint quibus hoſtis ſpoliari poteſt ut lorica uel ueſtis abuſiue: tamẽ iam ſpolium dicitur quicquid ab



hoſtibus tollitur: M. Marcellus captis Syracuſis [illegible] digna & Siciliæ [illegible] compoſuiſſe ut non modo ſuæ gloriæ ſed etiam maieſtati populi romani augeret ornamenta: ſigna tabulaſque quibus abundabant Syracuſæ romam deuexit hoſtium quidem illa ſpolia & parta belli iure. Cæterum inde primum initium mirandi græcarum artium opera licentiæque huius ſacra prophanaque omnia uulgo ſpoliandi factum eſt

Opima ſpolia ſunt quæ dux duci detraxit [illegible] dicta ab ope ut inquit Varro: uel ab opere ut alii ferunt [illegible] opus egregium & clariſſimum belli ducẽ [illegible] ſuperarunt

Exuuias & ſpolia & hominum [illegible] ueſtes dici poſſe. Virgi. auctor eſt exuuias indutus Achillis & cum de ſerpente [illegible] geor. Nunc poſitis nouus exuuiis nitidaque iuuenta [illegible] & Lucretius: Nam ſæpe illorum ſpoliis [illegible] auctus

Excubiæ diurnæ ſunt uigiliæ autem nocturnæ quas primo Palamedes troiano bello auctore Plinio li. vii. inueniſſe traditur

Indutiæ quid ſint duobus modis M. Varro in libro humanarum qui eſt de bello & pace diffinit: indutiæ inquit ſunt pax caſtrẽſis paucorum dierum. idem alio in loco indutiæ inquit ſunt belli feriæ ſed lepidæ magis atq; iocundæ breuitatis [illegible] diffinitio q̃ plana aut approbata eſſe uidetur Nam neq; pax eſt indutiæ: bellum enim manet nec pugna ceſſat nec in ſolis caſtris nec paucorum tantum dierum indutiæ ſunt Quid enim dicemus ſi indutiis immenſum aliquid factis caſtris concedatur: nonne ideo indutiæ ſunt aut rurſus quid eẽ id dicemus quod in primo annali quadrigarii ſcriptum Cn. Pontiũ Samnitẽ a dictatore romano ſex horarum indutias poſtulaſſe: Quid eſſe id dicemus quod a Liuio ab urbe con. x. ſcribitur tres ualidiſſimæ urbes etruriæ captæ Volſcum Peruſia Aretium pacem petiere & ueſtimentis militum frumentoq; pacti cum conſule ut mitti Romam oratores liceret indutias in quadraginta annos impetrauerũt: Quid illud quoq; eiuſdem libro primo [illegible] haud min9 q̃ aduerſa pugna ſubacti uehientes pacem petitum oratores Romã mittunt agri parte mulctatis in centum annos indutiæ datæ ſi indutiae tantum paucorum dierum appellandæ ſunt. Græci autem ſignificãtius conſignantiuſq; ceſſationem illam pugnæ dixerunt nam qđ eo tẽpore nõ pugnetur & manus cohibeatur appellauerunt ſed ꝓfecto id nõ fuit Varroni negotiũ & indutias ſuperſtitioſe diffiniret

ſ

& a legibus rationibuſq̃ [illegible] diffinit[illegible]
autem uocabuli quæ ſit rõne factum [illegible] legimus [illegible]
bebilem id quod dicam [illegible] indutias [illegible] arbitror quaſi ita
dicas [illegible] ut in diem certum [illegible] non pu-
gnetur nihilq̃ icõmodi detur [illegible] tem pus ubi [illegible]
uti iam pugnetur icõirco ex [illegible] uocibus quaſi per quen-
dam coitum & copulam nomen [illegible] est. Appelli-
[illegible] Opillus [illegible] induti[illegible] dicun[illegible] inquit cum hoſtes [illegible]
ſeſe utrinque [illegible] ad alterū impune & ſine pugna [illegible] ab
eo inquit nomen eſſe [illegible] liceonem [illegible]
niſſe troiano bello auctor eſt Plinius [illegible] hiſto[illegible]
Suppetiæ illæ ſunt auxilia quæ maxime petuntur ab aliis quæ ma
xime præcipue dantur qui ſub alioꝝ detinentur poteſtate: ſuppetias
etiã auctore Fabio placiade auxiliũ uel ad auxiliũ dicim⁹ [illegible]
[illegible] Herculis: Ferte inquit ſuppetias optimi milites: Suetoni
us de Veſpaſiano legatum inſuper Syriæ conſularẽ ſuppetias feren
tem rapta aquila fugauerunt. Plautus in epid. Sed memento ſi quid
ſæuiunt ſenes ſuppetias mihi non ſorori ferre. L. Apuleius li. ſexto
meth. Et occipit ſtatim clamans ululatibus auxilium ualidioris ma-
nus implorare ſed fruſtra fletibus [illegible] cõmouebat: Quippe
cum nullus afforet qui ſuppetias ei ferre poſſet niſi ſola uirgo illa ca
ptiua: Auguſtinus. viii. de ciuitate dei: Qui huic deferunt petitiões
noſtras inde referunt deoꝝ ſuppetias ad auxilium Cæ. xii. cõmen.
& nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias ueni-
re. idẽ in eodem: Siliſque rebus timens elephantiſque. xxx. relictis
ſuis finibus oppidiſque ſuppetias profectus eſt. idem quoque in eo
dem: Atque ſuis fugientibus ſuppetias ire contendit.

Stringa caſtrenſe uocabulũ interuallum turmaꝝ in quo eq̃ ſtrin
guntur: uel ſtringæ appellantur ordines reꝝ intra ſe cõtinuatæ collo
catæq̃ a ſtringendo dictæ unde & ſtringoſi nominantur ut aiũt cor
pore macilenti: uel ſtringoſus apud ueteres morbus dicitur iumen
torum qui corpora ſtringit aut fame aut alterius uitii cauſa; q̃ſi ſtri
goſus: Maſurius Sabinus li. xxvii. cenſores inquit P. Scipio Naſi
ca & M. Pompilius cum equitum cenſum agerent equũ nimis ſtri-
goſum & male habitum: ſed equitem eius uberrimũ & habiliſſimũ
uiderunt. Liuius. xxvii. Morem pugnæ attulit quod Haſdrubal p-
uectus ante ſigna cum paucis equitibus [illegible] hoſtiũ notauit:



quæ ante non uiderat & ſtrigoſiores equos multitudoq̃ maior ſo-
lita uiſa eſt: Stringere in re militari etiam nudare unde enſem ſtri-
ctum ideſt nudatum dicimus: Liuius ab urbe con. vii. piloq̃ poſito
ſtricto gladio in hoſtẽ impetũ facit: Idẽ in nono: Fluctuantẽq̃ & ĩ
ſtabilem aciẽ reddente grato clamore ſtrictis gladiis haſtati & pn-
cipes inuadant: Suetonius de Cæſare Vtq̃ animaduertit undique ſe
ſtrictis pugiõibus peti toga caput obuoluit

Defendere & offendere non ex uulgari cõſuetudine ſed admo
dum ꝓpe & latine accipienda ſed eoꝝ alteꝝ ſignificat incurrere
in aliquid & incidere alterum eſt aduertere atque depellere: quod
hoc in loco a Quinto Claudio dicitur cum a pœnis inquit hoſtis
defendebant facillime. Cernere dicebant antiqui cum aliqui pu
gnarent inter ſeſe de re aliq̃ quam quiſq̃ ſuam diceret: Virgi. ingẽ
tis genitos diuerſis partib⁹ orbis inter ſe coiiſſe uiros & cernere fer
ro: quod nunc clariſſimo teſte ad Lucillum Seneca decernere dici-
mus ſimplicis illius uerbi uſu amiſſo

Recipere recuperare uel periculo liberare: Cicero in Catone: nã
niſi tu amiſiſſes ego nũquã recepiſſem: Virgi. Frugeſque receptas
& torrere parant flãmis Receptus is dicitur quo ſe exercitus recipit
unde & ſigna receptui canere dicuntur: Liui⁹. xxxvii. ab urbe con
dita Coact⁹ ergo periculo militum prætor receptui cani iuſſit ne ob
iiceret incautos furentibus deſperatione ac rabie

Prandium tam & ſi ex græco ẽ dictum cum meridianum cibũ
cœnã uocarẽt negare nõ poſſum aliunde a pleriſque dici debere &
a parando maxime quaſi parandium quod milites ſiue bellatores
ad bellum uel pugnã paret huic rei argumẽtum ẽ præter auctorem
cõprobatum uetus illud Leonidæ eulogium: hic enim lacedæmoni
orum dux clariſſim⁹ cum eſſet in bello aduerſus Xerxem qđ ſu-
premum ſibi atque hoſtib⁹ fuit cum ſexcentis ſuis famoſiſſima illa
incitamenta dixit prandete cõmilitones tanquã apud inferos cœna
turi: Cato in q̃nto orig. exercitum ſuum pranſum paratum cohor
tatus eduxit foras atque inſtruxit

Subpileis ſeruos uenum ſolitos ire quoꝝ nomine uenditor nihil
præſtaret Cælius ſabinus ſcriptum reliquit Cuius rei cauſam eẽ aut
q̃ eiuſmodi conditionis mancipia inſignia eſſe in uendendo debe-
rent ut emptores errare & capi non poſſent: neque lex uẽdẽdi ope
rienda eſſet ſed oculis iam perciperent quid nam eſſet iam manci-

ciꝑiorum genus ſicuti inquit antiquitꝰ mancipiorum ...
ta coronis induta ueniebant & iccirco dicebantur ſub coronis ueni
re: nãque ut ea corona ſignum erat captiuorum uenalium: ita pileꝰ
impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos uenundari: quorum no
mine emptori uenditor nihil præſtaret: Eſt etiam alia rationis opi-
nio cur dici ſolitum ſit: Captiuos ſub corona uenundari ꝙ milites
cuſtodiæ cauſa captiuorum uenalium greges circundarent eaque
circunſtatio militum corona appellata ſit: eniuero id magis uerum
eſſe quod ſupradixi: quod Cato in libro quem compoſuit de re mi
litari docet: Catonis uerba hæc ſunt ut populo ſua opera potiꝰ ob rē
bene geſtam coronatus ſupplicatum eat q̃ re male geſta coronatus
ueniat: Iuſtinus epit. trog. pomp. xxxiiii. urbs ipſa Corĩthus dirui
itur populus omnis ſub corona uenditur in hoc exemplo cæteris ci
uitatibus metus nouaꝝ rerum incuteretur ſerui ex eo deinde appel
lati de hominum ſtatu Floro auctore ꝙ imperatores captiuos uēde
re iuberent: & per hoc ſeruare neque occidere ſolerent. Auguſtinꝰ
ciuitatis dei libro undeuigeſimo: Origo autem uocabuli ſeruorum
in latina lingua inde creditur ducta ꝙ hi qui iure belli poſſent occi
di a uictoribus conſeruabantur: ſeruiꝗ fiebant a ſeruando appella
ti ſub haſta captiui ueniebant haſtæꝗ ſubiiciebantur eaque publice
uenundabant. Liuius ab urbe con. iiii. Hoſtes præter ſenatores oēs
uenundati ſunt præda pars ſua cognoſcentibus latinis atque herni-
cis reddita partem ſub haſta dictator uendidit: ſub iugum mitti di
cuntur hoſtes cum duabus haſtis in terra defixis tertiaque ſuperli-
gata inermes diſcinctiſ pectoribus terra tenus ſub ea tranſire cogū
tur. Liuius ab urbe con. ix. Si quidem etiam ꝙ quibuſdam in anna
libus inuenio Pontius herennius ſamnitum imperator ut expiaret
conſulis ignominiam ſub iugum cum cæteris eſt miſſus. ſub uitem
præliari dicuntur milites cum ſub uinea militari pugnant: Lucilius
Neꝗ ꝓdire in altum præliari procul ſub uitē: ſub uitē haſtas iacere
cum eas ſub manu miles ſurſum mittit: Lucilius: Vt uelles bonus
ſub uitem qui ſubmiſit haſtas. ſub uineam iacere dicuntur milites
cum centurionibus aſtantibus iacere coguntur ſudes

Deditio eſt quando uicti hoſtibus ſe tradunt ſpontanea traditio
in qua rex ſi Liuio credimus interrogabat eſtis ne uos legati oratoꝝ
reſꝗ miſſi a populo collatino ut uos populumꝗ collatinum dederi
tis illis: annuentibus: tum rex: Eſt ne populus collatinꝰ in ſua ꝑtāte



ita eſſe illis demum reſpondentibus ſubiungebat rex: Deditis ne uos
populumꝗ collatinum urbē agros aquam: terminos: delubra: utē-
ſilia diuina humanaꝗ omnia in meam populiꝗ ro. deditionē cum
omnia hæc illi dederent: Tūc ille demum: At ego recipio & hæc ſe
cundum ueteres in re militari deditionis formula.

Victoria dicta ꝙ ui ideſt uirtute adipiſcatur: nam uictoria dolo
quæſita turpis eſt: & apud ueteres maxime habebatur. iuſtinꝰ epit.
trog. pomp. xv. Et ut apparet non odii ſed dignitatis gloria accenſos
doniſꝗ muneribꝰ inter ipſa bella contendebant: tanto honeſtiꝰ tūc
bella gerebant q̃ nunc amicitiæ coluntur. hãc quoꝗ uictoriã & uir
ginem & deam cõmunem cum Bellona & Marte finxit ãtiquitas ꝙ
hi in bello utriꝗ parti poſſent fauere. Claudianus: Ipſa duci ſacras
uictorias panderet alas & palma uiridi gaudens & amica tropheis
cuſtos ĩperii iugo quæ ſola mederis uulneribꝰ nullũꝗ doces ſentire
laborē. Tibullus elegiaꝝ ſcriptor: Ecce ſuper feſſas uolitat uictoria
puppes: tandē ad troianos diua ſuꝑba uenit. Ouidi. viii. meth. & pē
debat adhuc belli fortuna diuꝗ iter utroꝗ uolat dubiis uictoria pen
nis. Armiluſtrum teſte Varrone ab ambitu luſtri locus ideſt cir
cus maximus dictus quo circũſpectaculis ædificatus ibi ludi fierēt
& quod ibi circum methas ferretur pompa & equi currerent & lu-
dentes ancilibus armati: luſtrum autem ut idem inquit nominatum
tempus quinquennale a luendo ideſt ſoluendo ꝙ quinto quoꝗ an-
no uectigalia & ultro tributa per cenſores perſoluebantur

Armamentarium ubi tormenta & arma & tela quæcunque ſint
illa ponuntur ac ſeruantur. Liuius. xxxi. Aucto etiam tumultu qđ
circa forum ignis tectis iniectus erat conflagrauerunt & ora regia
& armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormen
torumque: Idem uigeſimonono: Tormenta machinaſque adue-
xerat ſecum & ex Sicilia miſſa cum commeatu: erant & nouam in
armentario multis talium operum de induſtria incluſis fiebant

De Militari cultu qui pro conſuetudine gentium
& inuentu hominum uarius reperitur Ca. I.

## LIBER DECIMVS

Elatis in militiam honore pu. dignis Sigiſmunde Pandulfe & ꝑ uirili mea eoꝝ ac totius exercitus muneribus expreſſis ſui ſinguli cultus ornamenta reddemus & primo quidem quæ a maioribꝰ circa hoc tradita ſūt ornamentoꝝ genera armoꝝ deinde tormētorum machinarumq̃ ratiōes: materias: genera: ſpecies: & formas ſigna porro cognoſcendi in bellis quæ ſuperiori etiā tēpore ī uſu fuere & intellectū & ſignificationē quāpiā uideantur habere. Gradus igitur honoꝝ ordinumq̃ ac magiſtratuū diuiſiones habitus ipſe ſecernit: qui ꝓ conſuetudine gentium & hominum inuētus uarius reperitur Apud romanos toga ueſtis erat qua primū ſexus oīs & omni tempore inter diu & noctu uteretur ſiue ſicut in conſuetudine habebatur quia in foro amicerētur: & a tegendo dicta ꝙ exterior ac longa ueſtes aliaſ tegeret: Eius forma rotunda erat & fuſiore & quaſi inundante ſinu & ſub dextro ueniens: ſup humeꝝ ſiniſtꝝ obuoluta ponebatur ut ī operimentis ſimulacrorum Romæ eſt aſpicere utq̃ a Valerio Maximo de Scipione Naſſica in mutiū Scæuolā litteris traditū ē: quoniam inquit conſul dum iuris ordinē ſequitur id agitur ut cū oībꝰ legibus romanū īperiū corruat: Egomet me ꝓuatꝰ uoluntati ueſtre ducē offero: ac deinde læuā manū apertæ togæ circūdedit ſublataq̃ dextra ꝓclamauit: Qui rempublicam ſaluā eſſe uult: me ſeq̃tur.

Toga candida eademq̃ creata in qua candidati ideſt magiſtratum petentes ambiebāt addita creta quo candidior inſigniorque eēt utque magiſtratuum huiuſmodi cōpetitores innocētes uiderent ex habitu & nō per ambitionē uelle magiſtratus expoſcere: Gabinus cinctus ē toga ſic reiecta & una eius lacinia reuocata hoīem cingat Hoc autē ueſtimenti genere utebatur conſul bella indicturus: ideo quia quom Gabii Cāpaniæ ciuitas ſacris operiretur bellum ſubito euenit tunc ciues cincti togis ſuis ab aris ad bella ꝓfecti uictoriam adepti ſunt: unde is ortus eſt mos. Virgiliꝰ: ipſe quirinali trabea cinctuque gabino inſignis Reſerat ſtridentia limina conſul.

Toga palmata ea dicebatur qua triumphantes & qui palmā meruerunt utebantur uocatur & toga picta eo ꝙ uictorias cum palmis intextas haberet: hanc palmatam tunicam & togam pictam ut inq̃t iulius Capitolinꝰ Gordianus ſenior ꝓmus romanorum ꝓuatꝰ ſuā



ppriam habuit cum ſuperiori tempore etiam imperatores de capitolio acciperent uel de palatio praetextam & toga picta quae inſignia quondā magiſtratuum etruſcoꝝ erant. Primꝰ Tullus Hoſtiliꝰ rex romanoꝝ tertius debellatis etruſcis ut Romæ haberentur inſtituit ſed prætextam illo ſæculo puerilis nō uſurpabat ætas: erat enim ut cætera quæ enumeraui honoris habitus: ſed poſtea Tarquinius demarathi exulis Corinthii filiꝰ Priſcus: quē quidā Lucinonē uocatum ferūt Rex tertius ab Hoſtilio quintus a Romulo de ſabinis egit triumphū quo bello filium ſuū anno .xiiii. natū ꝙ hoſtē manu percuſſerat: & ꝓ contione laudauit & bulla aurea prætextaq̃ donauit: inſigniēs puerum ultra annos fortē premiis uirilitatis & honoris: Alii putant eūdem Priſcum cum ſtatū ciuiū ſolertia ꝓuidi principis ordinaret: cultum quoq̃ ingenuoꝝ pueroꝝ inter præcipua duxiſſe inſtituiſſe que ut patritii bulla aurea cum toga cui purpura prætexitur uterentur: duntaxat illi quoꝝ patres curulē geſſerāt magiſtratum cæteris autē ut prætexta tantum uterentur indultum: ſed uſque ad eos quorum parentes equos ſtipendia iuſta meruiſſent: libertinis uero nullo iure uti prætextis licebat: Ac multo minus peregrinis quibus nulla eſſet cum romanis neceſſitudo ſed poſtea libertinoꝝ quoque filiis prætexta cōceſſa eſt ex cauſa tali quam .M. Lælius augur refert qui bello punico ſecundo duumuiros dicit ex ſenatuſconſulto propter multa ꝓdigia libros ſybillinos adiiſſe & īſpectis his nuntiaſſe in capitolio ſupplicandum lectiſterniumque ex collata ſtipe faciendum ut libertinæ quoque quæ longā ueſte uterentur in eam rem pecuniam ſubminiſtraſſent. Acta igitur obſecratio pueris ingenuis itemque libertinis. Sed & uirginibus patrinis matriniſque ꝓnuntiātibus carmen ex quo cōceſſum ut libertinoꝝ quoque filii qui ex iuſta duntaxat matrefamilias nati fuiſſent togā prætextā & loꝝ in collo ꝓ bullae decore geſtarent. Verrius Flaccus ait: Quom po. ro. peſtilentia laboraret eſſetque reſponſum id accidere ꝙ dii reſpicerēt anxiam urbem fuiſſe quia non intelligeretur oraculum: eueniſſet que ut in circenſium die puer de cœnaculo pompā ſuperne diſpliceret & patri referret quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilētia cōpoſita uidiſſet: qui quom rē geſtam ſenatui nuntiaſſet placuiſſe uelari loca ea qua pōpa ueheretur atque ita peſte ſedata puerum q̇ ambiguitatē ſortis abſoluerat togæ praetextae uſum īpetraſſe ueruſtatis periciſſimi referunt in raptu ſabinarum unam mulierē nomine

Herſiliā dū adhæreret filiæ ſimul raptam: quam quom Romulus Oſco cuidam ex agro latino: q in aſylum eius cōfugerat uirtute cōſpicuo uxorē dediſſet: natū ex eo puerū: antequam ulla alia ſabinarum partum ederet eumque q primus eſſet in hoſtico procreatus Hoſtilium a marte uocitatum & eundem a Romulo bulla aurea ac ptextae inſignibus honoratum: is quom raptas ad conſultandū nō caſſet ſpopondiſſe fertur ſe eius infanti quae pma ſibi ciuem romanum eſſet enixa illuſtre munus daturum: Nōnulli credunt ingenuis pueris attributum & cordis figuram ī bella ante pectus annecterēt quam inſpicientes ita demum ſe homines cogitarent ſi corde pſtarent totamque praetextam his additam ut ex purpurae rubore ingenuitatis rubore tegerentur

Paludamentum ueſtis quae nunc chlamis dicitur inſigneque palium ducum & imperatorum: albo uel colore ſanguineo purpureum & auro diſtinctum hoc belli q tēpore impatores indui mos erat: pinde teſte Varrone ſic dictum q eo indut9 palam faceret bellum futuram paludati arma & etiam ornati omnia enim militaria ornamenta paludamenta uocabant

Trabeæ ueſtes regiæ har tria eſſe genera Suetonius in libro de genere ueſtium auctor eſt unum puriſſima purpura tātum diis ſacratum: aliud regium quod eſt purpureum: habēt tamen albi quippiam tertium auguriale croceo & purpura

Læna ueſtimentum militare quod ſuper oīa ueſtimēta ſumitur & q de lana ſit teſte Varrone ſic dicitur: quidā thuſce appellatam exiſtimant qdam græce quam chlenam dicunt obbas non lænas: ſed chlenas eſſe ait: cuiuſmodi enim ueſtis genus quo ue colore ſit oſtendit his uerbis Maro: Tyrioq ardebat murice læna.

Sagum ſagā ſiue ſagulum ueſtē breuē & idoneā bello cōſtat ac militiæ Liuius li. octauo ab urbe con. Non oīa ſagulo regali amict9 centurionibus: item manipularium militum habitu ductis ne ducē circūuenire hoſtes notarēt perluſtrauit. Liui. xxi. de Hanibale multi ſæpe inquit militari ſagulo opertum humi iacentem inter cuſtodias ſtationeſq militum conſpexere ueſtitus nihil īter æquales excellens arma atq equi conſpiciebantur. Sunt & qui militare pallium q dratum & a gallorum ſagacitate contra aeris intemperiem inuentū ſic dictum appellant.

Penulam militare palliū pendentib9 cū fimbriis ſic dictā ut q dam uolunt q a penis initium hūerit qui tali ueſte maxīe utebātur Seneca ad Liberalē de benefi. li. v. Meminiſti quidā ſub qdā arbore minimū umbræ ſpargente quom uellet reſidere feruentiſſimo ſole & eſſet aſperrimus locus: iniquo e rupibus acutis unica illa arbor erupe rat quendā ex cōmilitonib9 penulam ſuā ſubſtraniſſe. Spartianus in uita Adriani: Penulis uti tribuni plebis pluuiæ tpe ſolebant imperatores aūt nunq: undeq imperatores ſine penulis a togatis uidentur. Helius Lampridius in uita Alexandri Seueri: Penulis ītra urbem frigoris cauſa ut ſenes uterentur permiſit quom id ueſtimenti genus ſemper itinerariū aut pluuiale fuiſſet. Iuuenalis in pmo: Sed licet hoc fuerat: ppter quod ſæpe relicta contingeper montē aduerſum gelidaſq cucurri. Exquilias fremeret ſæua cum grandine uernus Iuppiter & multo ſtillaret penula nymbo Lacerna pallium fimbratum quo olim ſoli milites utebantur; unde ī diſtinguēda caſtrēſi urbanaq turba hos togatos illos lacernatos uocabant indeq lacernæ quaſi amputatis fimbrarum capitibus dictæ.

Maſtruca ut Cōſentius inquit eſt ſardor ueſtis quæ fit ex pellibus ferinis ſic dicta ut quidā uolunt qſi monſtruoſa; quia qſquis ea induitur qſi fera monſtratur. Ci. p Scauro; Quem purpura regalis non cōmouit eum ſardorum maſtruca mutauit ex induſtria qd ſardum illudēs Ci. maſtrucam dixit teſte Quintiliano.

Stragulas ueſtes pellicias nōnulli licet habeant ueluti etiam ſarmatar populi qui pellib9 teguntur: nec dubium ſit ut Labeo inquit: Qui ſtragula ueſtis ſit oē paliū: Magnopere me mouēt Pomponii & Caſſii multorūq auctoritas ut ſtragula ueſtis ſit nec ſordida quidem ſed pretioſa ut Liui9 bel. macedo. li. iii. Quom tibi inquit uiro liceat purpura in ueſte ſtragula uti. idem in eodē li. ix. Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu aſiatico inuecta ī urbē eſt lectos auratos ueſtem ſtragulam pretioſam. Cicero in Verrem actione. iiii. dicebat ſiphorum paria complura hydrias argenteas pretioſam ueſtam ſtragulam: Valerius maxim9 lib. iiii. Age ſi quis hoc ſæculo uir illuſtris pellibus p ſtragulis utatur. Horatius ſecundo ſermonū ūde octoginta annos cui ſtragula ueſtis; rectius tamen et ppe magis arbitror Varrone opulentiſſimo teſte ubi de culcitra loquitur ī lingua latina: Quicquid inſternebant a ſternendo ſtragulum appellari. Seneca epiſto. libro. xv. culcitra in terra iacet ego in culcitra ex duabus penulis altera ſtragulum altera opertorium facta eſt

Vel Marcelli [illegible] ſagula purpurea [illegible] tipe [illegible] quæ equis [illegible] ſolent non puto ueſtes eſſe [illegible] quam nonnulli puniceam [illegible] repertam conſtat ad celandum coloris ſimilitudine ſanguinē quoties quis in acie uul neraretur ne contemplāti aduerſario animus augeſceret hac ſub cōſulibus romani uſi ſunt. Vnde ſolebat etiam pridie q̄ dimicandum eſſet ante principia præponi quaſi admonitio & iudicium futuræ pu gnæ eſſet q̄ ita eſſe Plutarchus ī uita Fabii maximi auctor eſt: Han nibali inquit quom apud [illegible] fluuium caſtra haberet ꝓpe eam [illegible] orto die exēplo belli ſignum extulit: nam erat rubra quædam ueſtis ſupra cōſulis tentoriū pꝛenſa: q̄re Carthagnienſes ꝓſpecta ī peratoris romani & audacia & copiarū multitudīe quom ipſi haud ad medium numerum attingerent principio ingenti trepidatōe per culſi ſunt. idem in uita Pompeii: Tum Cæſar exoptatum inquiens aduenīſſe diē in qua cum uiris non cum inedia non cum egeſtate pugnandum eſſet extēplo coram contuibernio tunicam rubram po ni iuſſit: hoc enim romanis pugnæ ſignum erat.

De armis & unde dicta ſunt Ca. II.

Re ipſa nunc graui labore monemur armorum ſpecies uni uerſas inſtrumētorum tormentorumq̄ muralium ignoran tibus circūſcripte monſtrare: & quoniam ſua cuiq̄ gentium placita ſunt & artificum recentia ingenia nouis ſemper inuentis gaudent: proinde ſingula pro uirili noſtra proſequemur nuſquam ingeniis hominum præſcribentes: Quin liceat cuique & referre quæ uide rit & ſuis inuentis gratulari: Arma ut inquit Cicero tuſcula. II. ꝑmo membra militis eē dicuntur: quæ quidē ita geruntur apte ut ſi uſus foret abiectis oneribus expeditis armis ut mēbris pugnare poſſint Lucretius libro. v. de rerum na. Arma antiqua manus ungues den teſquē fuere: & lapides & item ſyluarum fragmina rami & flammæ q̄ ignes poſtq̄ꝫ ſunt cognita primum: poſterius ferri uis ē æriſq̄ reꝑta & prior æris erat q̄ ferri cognitus uſus arma Vlpiano teſte ſunt oīa tela: hoc eſt fuſtes & lapides nō ſolum gladii haſtæ & frameæ ideſt rompheæ. Caius de uerborum ſignificatiōe: armorum appellatio non utiq̄ ſcuta & gladios ſignificat: ſed & fuſtes & lapides: & quo niam his arceri poteſt hoſtis: arma ab arcendo dicta cēſeri poſſunt uel arma dicuntur ab armis ꝓprie ideſt humeris dependētia ut ſcu



tum gladius pugio ſicca cum ea quibus ꝑcul prœliamur tela dican tur: Armatos Cicero ꝑ. A. Cecina ſi latine loqui uolumus quos ap pellare uere poſſimus opinor eos q̄ ſcutis teliſque parati armatique ſint: Quid igitur ſi glebis aut ſaxis aut fuſtibus aliquē de fūdo præ cipitē egeris iuſſuſq̄ ſis quē hōibus armatis deieceris reſtituere: re ſtituiſſe dicis te uerba ſi ualent: ſi cauſæ nō ratione ſed uocibus pō derantur: Me auctore dicito uinces ꝑfecto non fuiſſe armatos eos qui ſaxa iacerent: qui de terra ipſi tollerent non eſſe arma ceſpites neq̄ glebas non fuiſſe armatos eos qui prætereuntes ramum defrin gerent arboris: arma eſſe ſuis nominibus alia ad nocendum alia ad tegendum quæ qui nō habuerint eos inermes fuiſſe uinces.

De armis quibus tegimur. Ca. III

E his igitur quibꝰ tegimur ꝑmo dicendū nec temerariū ſu perioris temporis patrium quendam galloꝝ morē tuum eſt imitari: qui corporis uiribus fidentes tanquā glorioſius dimicaturi nunq̄ niſi in pugna nudabantur undique uerſabantur in acie unde multa pericula ꝓbatiſſimis contigerunt Arma igitur quibꝰ tegimur ſunt caſſides tunicæ: uarii generis clypei & id genus plurima: fer rum autē in arma conuertere & armis corpus tegere. Sunt qui Mi neruæ: ſunt qui ioui Theſſaliæ regis ferant inuentum.

Silæ galeæ dictæ ſunt a ſimilitudīe Sili: Silus enim ut Feſto pla cet naſus appellatur ſurſum uerſus atq̄ repandus: Eſt autem galea quam Curetes reperiſſe perhibēt teſte Diodoro criſta capitis de co rio quom ſit caſſis de lamina: dictaque galea ut inquit Varro a ga lero quo multi antiquoꝝ uſi ſunt conū curuaturam galeæ quæ in ea præeminet dicimus ſuper quā criſtæ ſunt: Virgi. iii. æneī. Et conū ī ſignis galeæ criſtaſque comantes: buccula galeæ pars eſt. Iuuenalis in. iii. Et fractæ de caſſide buccula pendens: Comantē autē galeam quom legimus aut criſtatā ꝙ de caudis aīalium habeant criſtas ut Criſtaque hirſutꝰ equina aut comas habentem. Statius: Non ergo in terga comantes abanciadas: & ibi deinde Comantem Androgei galeam: Simili modo qui ſe de uelocitate iactabant pinnas in galea ſua ponebant in ſignum uelocitatis quas deuictis hoſtibus auferen tes collo ſuo in ſignū uictoriæ ſuſpenſas ferebant: maiorēque illis rapiendo profeſſi uelocitatem Pinnirapi appellati ſunt. iuuenalis in ꝑmo: inter pinnirapi iuuenes: iuueneſque laniſtæ.

Torques colli induuias & ornamenta tam maſculino genere q̄

fœmineos idoneos quoſdā & præ cæteris illuſtres latinæ linguæ au ctores poſuiſſe inuenimus. Ouidius primo faſtoꝝ: Ex uno quidā ce lebres aut torquis adempti. Tul. iii. officioꝝ: Atq. T. Manlius is eſt qui ad aniehem galli quē ab eo ꝓuocatus occiderat: Torque detra cto cognomen inuenit. Liuius li. vii. ab urbe condita. Iacens idē cor pus ab oī alia uexatione intactū uno torque ſpoliauit quē reſperſū cruore ſuo collo circūdedit. A. Gellius noc. atti. li. ix. ubi eum exer citū caput præcidit: torquem detraxit eā ſanguinolentā ſibi in collū imponit. Hieronymus in expoſitione Danielis. ii. Rē quidē facito ridiculam ut in expoſitione ꝓphetaꝝ de uerborum generibus qua grammaticus diſputem: ſed quia a quodam nihil ſciente & omnia pollicente reprehenſus ſum: quare torquem fœmineo genere tran ſtulerim breuiter annotabo quod Cicero in Mario Torquem gene re fœminino Titus Liuius maſculino dixerunt

Armillas ex armo quas uiri militares ab imperatoribꝰ donati ge runt dictas eſſe exiſtimant quod antiq humeros cum brachiis uo cabant armos: unde arma ab his dependentia ſunt uocata & ſunt ar millæ humeralia ſiue ornamenta brachioꝝ in circuloꝝ modū quæ græce dicuntur. A. Gellius noc. atti. libro nono quom iter gallus q dam nudus præter ſcutū & gladios duos torque atq armillis deco ratus ꝓceſſit. T. liuius additur fabula ꝙ uulgo ſabini aureas armil las magni ponderis brachio læuo gēmatoſq magni ſpecie annulos habuerunt pepigiſſe eam ꝙ in ſiniſtris manibꝰ haberent. Ouidi. ii faſtorum: Fregerat armillas non illa ad brachia factas

Cæſtus quom pugilum arma ſignificet & quartæ ē formæ coriū eſt cum plumbo inſuto rigentiq ferro quo manus ſuas & brachia pugiles muniunt & uinciunt & apud plurimas nationes maxīe ſau romathas ſe inuicem pugnando cædunt unde & cæſtus nomen in ditum. Cicero. ii. tuſculanarum: Pugiles etiam quom feriunt aduer ſarium in iactandis cæſtibus ingemiſcunt nō ꝙ doleant animoque ſuccumbant: ſed quia in ꝓfundenda uoce omne corpus incenditur uenitque plaga uehementior. Virgi. in quinto ſic deinde locutus: in medio geminos immani pondere cæſtus: proiecit quibus acer erix in prælia ſuetus: Ferre manum duriq intēdere brachia tergo: Ob ſtupuere animi tantoꝝ ingentia ſeptem terga boum plumbo inſuto ferroq rigebant. idem in eodem: Ante omnis ſtupet ipſe dares lon geq recuſat: Magnanimuſque Anchiſiades & pondus: & ipſa huc



illuc uincloꝝ īmenſa uolumina uerſat. idē in eodē: Tum ſatus An chiſa ceſtus pater extulit equos: & paribus palmas amboꝝ innexuit armis: conſtitit indigitos extēplo arrepꝰ uterq: brachiaq ad ſupe ras intentꝰ extulit auras: Adduxere retro lōge capita ardua ab ictu: Immiſcentque manus manibus pugnāque laceſſunt. Idem ī eodē Duroſque reducta librauit dextra media inter cornua cæſtus: Ar duus effractoq illiſit in oſſa cerebro. Statiꝰ: Et didici quo pœne ar ma rotatu: Quo maſſagete ſua bella cient: quo turbine cæſtū: ſau romate: Iſculponeas etiam dici uoluerunt cæſtus plumbo illigatos: ut & Neuius in philemporo comœdia. Iſculponeis bactuenda huic ſunt latera plumbo. Plautꝰ in caſſina. ſimili modo ait: Melius iſcul poneis quibus bactuatur tibi os ſenex nequiſſime

Pectorale ferreum pectoris tegimē: Pli. na. hiſto. xxxiiii. Fecit & Spurius cauillius iouē qui ē in capitolio uictis ſamnitibus ſacra ta lege pugnantibus e pectoralibus eoꝝ ocreiſque & galeis

Thorax humanum pectus ꝓprie uel eius eminentior pars eſt: Plinius. xxvi. na. hiſto. iſopi quinque ramis cum duobus rute & fi cis tribus decoctis thoracē purgant: cæteꝝ ꝓ eo quod ferreum eſt & quo uelatur pectus & corpus nōn unq̄ ponitur Plutarchus ī uita Luculli: Erat ipſe thoracē ferreū indutus ſplendidum atq ſquamo ſum quos ſuper punicam geſtabat epheſtridem.

Tunicas quibus nudū tegitur corpus pro uſu & exiſtimatione plerique uaria habent ſerico uel byſſo plurimis plicaturis impene trabilia audio: Alii ſpumam ferri ſolutam in puluerem & plicaturis iniectam omnem ferri aciem repellere dicunt: nonnulli thuris pul uerem probant eo modo congeſtum: corium apud alios ceruinū ſucco maceratum probari maxime comperio Lanas denique ace to coctas ferro reſiſtere in naturali hiſtoria auctor ē Pli. ꝓinde mi lites nullum præſidium habentes in gladio totum ſubſidiumi hu iuſmodi tegimine ponunt laminis ferreis & loricis uniuerſum cor pus tegentibus confiſi

Phaleræ & epyphia equorum ſiue hominum uel bellorum mu nimenta ſiue ornamenta: Virgi. in. v. Primus equum phaleris inſi gnem uictor habeto. Saluſtius in iugurtha: Ac ſi repoſtulet haſtas uexillū phaleras & alia militaria arma. Virgi. x. Curiales phaleras rāuetis & aurea bullis cingula: Iuuenalis in. v. Vt læti phaleris oēs & torquibus omnes. Horatiꝰ in epi. Optat epyphia bos piger optat

arare caballis.

Lorica quam mydias meſſenus reperiſſe dicitur: eſt ꝓpe tegmē de loro factum quo maiores dolo uti cōſueuerant. Varro de lingua latina: lorica ꝙ e loris de corio crudo pectoralia faciebāt: poſtea ſuccidit calibs ferro ſub id uocabulum ex annuliſque ferream tunicam fecere: quae tātum pectora apud maiores tegebat: poſtea uniuerſū corpus: unde triplici ſeruantur pectora ferro: nā tergo tunc nullus erat metus. & Lucanus. vii. quaerit iter quo torta graues lorica catenas oppoſuit: totoque latet ſub tegmine pectus. haec pro diuitiis materia uel opere pretioſe ut Maximiani adoleſcentis & Ptholomaeorū regum aureae quaedam aeneae & cōmunes ferreae: Simplices quidā habent bilices ac trilices: alii loricas ſquāmatas iuncturis adopertis ſiue plumatas alii probant illiſque teguntur criſpus equis paria operimenta erant quae lintheo ferreis laminis in modum plumae annexu erant: uirgi. quoque ſpumantemque agitabat equum quem pellis aeneis in plumam ſquammis auro conſerta tegebat. Iuſtinus epi. trog. pōpe. li. xli. munimētum ipſis equiſque loricae plumatae ſunt: quae utrumque toto corpore tegebant.

Baltheus ē non tantū militare cingulum ſiue cingulus militaris quo cinguntur milites ſed etiam a quo arma dependent nec ad humilitatem ſolum uerum ad inſultationem nonnunꝗ & iactantiā ut Turnum habuiſſe conſtat Virgi. ī. xii. Infoelix humero quō apparuit alto: Baltheus & notis fulſerunt cingula bullis Pallantis pueri uictum quem uulnere Turnus Strauerat: atque humeris inimicū inſigne gerebat.

Clypei peditū tegmina ſunt: ſcuta uero equitū. Virgi. in. ix. Et clypeum ſuperintonat ingens: aut ipſe ingens clypeū ſupra ipſū aūt lectum ē & hoc clypeum ut ꝓbat caper quod magis debem⁹ accipere nam Homerum imitatus eſt: neutro nanque genere & maſculino a doctiſſimis artium ſcriptoribus uſurpatum inuenimus

Trabellius pollio illi clypeus aureus uelut grāmatici loquuntur: clypeum aureum ſenatus totius iudicio in romana curia collocatus eſt: Neutro quoque Liuius. xxxv. ab urbe con. Aedilitas inſignis eo anno fuit. M. Aemilii Lepidi & . P. Aemilii Pauli multos pecuniarios dānarunt: ex ea pecunia clypea īaurata in faſtigio Iouis aedis poſuerunt. Idem. xxxviii. Et duodecim clypea aurata ab aedilibus curulibus. p. Claudio & . p. Sulpitio Galba ſunt poſita ex pecunia qua

[illegible] ad unguem cōprehenſum [illegible] Pacuuius clypea curuum reliquit chlamydis coronam appellamus quoque clypeū [illegible] quū ob rotunditatē & corium bouis in quo foedus gabinorum [illegible] ſcriptum cum romanis. Apud maiores enim fortium uirorū picta erant ſcuta: econtra inertium & tyronum pura erant: unde ē parma quoque inglorius alba id eſt non picta ſcutis etiam qualibus apud troiā pugnatum eſt: auctore Plinio natu. hiſto. xxxv. continebantur imagines: unde & nomen habuere clypeorum: non ut peruerſa grammaticorum ſubtilitas uoluit a cluendo: cluere enim antiqui pugnare dicebant. Clypei maiora ſcuta ſecundum Seruium ab eo dicta ꝙ celent corpus a graeco: maſculino autem genere frequentiſſime prolatum inuenimus. Verum clypea ut alii uolunt neutro ad imaginem uel picturam uel ornamentum maſculino uero genere ad ſcuta referuntur. Clypeos Proetus & Acriſius inter ſe bellātes ſiue Calchus Athamantis filius inueniſſe produntur: Chares quoque fuiſſe tradit Herodotus qui primi ſcutis ſigna fecerunt & anſas quibus ſcuta tenentur: quom antea ſine illis uterentur loris ex corio ad collū & ad ſiniſtrū humerum appendentibus. Horum autem materia commendatur ex forma poeni ex auro factitauere. M. Aufidius docuit maiores ſuos argenteos clypeos habuiſſe: Alexāder rex iudaeorum octo milia pugnatorum Ptolomaeo oppoſuit quos hecatomachos appellabat: hoc eſt contra centum pugnantes: eo ꝙ clypeis aeneis uterentur. Numidae coriis elephantorum ſcuta feciſſe traduntur impenetrabilia quidē iaculis: ſed ea caſu inutilia fiunt: corii nāque ea natura eſt ut imbre ſpongiae modo ebibat quo pondere preſſa circūferri non poſſunt: ligneis faciendis praeſtant: ligna frigida aquis innutrita ac lenia quorum plaga contrahit ſe protinuſque claudit ſuum uulnus & ob id continuatius tranſmittit ferrum in quo ſunt genere fici ſalix tilia ſambucus populus: leuiſſima ſalix ideo utilior ſed formae placido ſingulis reſſere oblonga ſunt peditibus nonnullis recuruaque teſtudineſque uocant: alii rotunda ut caetra pelta uel parma.

Caetra ſcutum breue loreum quo utuntur Afri & Hiſpani. Virgi. laeuas caetra tegit. Pelta ſcuti genus breuiſſimi in modū lunae iam mediae caetrae haud diſſimile unde Maro Ducit amazonidum lunatis agmina peltis.

Parma ſcutum breue etiam ſic dictum teſte Varrōe ꝙ e medio in omnes partes ſit par. Ancile ſcutum breue caelo regnante

Numa Pompilio demiſſum ſit dictum propter figuram: circum
enim non eſt [illegible] ſed exciſum
habet lineas [illegible] cuius apices curuaturam habentes & demiſſi
ſe in ſe coeuntes ancilis figuram faciunt. Ancile ſcutum eſt bre-
ue inquit Feſtus quod ideo ſic appellatur quia ex utroque latere erat reci
ſum ut ſummum infimumque eius latus medio pateret: uel dictum an-
cile ab ambeciſu teſte Varrone quod ea arma ab utraque parte ut thracum in-
ciſa ſunt. uel ut Seruio placet in comento li. viii. æneid. Ancile ſcutum
breue atque rotundum ſic dictum uel quod undique circumciſum eſt: aut
a græco id eſt undique labrum habens. Ouidius iii. faſtorum atque ancile
uocat quod ab omni parte reciſum eſt quod que notes oculis angulus
omnis abeſt. Alii ex an quod eſt circum & cilio uoluo dictum putant
alii propter anchona id eſt cubitum ad quem circumferunt: hoc enim
Iobbas inquit cupiens nomen a græco deducere poſſet primum hoc
cognomen ab eo uel motu uel impetu deſcendere qui anathen id
eſt ſuperne factus ſit: ſiue ab ægrotantium curatione quæ a cælis
dicitur ut ab anchinomoyſeos hoc eſt ſiccitatum ſolutione: præterea
a triſtium amotione quam Anaſcheſim uocant ex quo Caſtorem
& Pollucem Anachas athenienſes appellant. ſi quid eſt in græcum
eloquium deducendum ſit hoc eſt a cubito quo deferri conſue-
uerunt poſſe uocari etiam aſſerunt. Sariſſa clypeus æneus: Q.
Curtius li. ix. ingens hic militum multitudo inter quos erant græ-
ci qui Dyoxippo ſtudebant: Macedo iuſta arma ſumpſerat æneum cly-
peum quem ſariſſam uocant læua tenens dextra lanceam gladioque
cinctus uelut cum pluribus dimicaturus. Tholos græcum eſt: &
proprie uelut ſcutum breue quod in medio tecto eſt in quo trabes
coeunt & ad quod dona ſuſpendi conſueuerant. Statius. ii. theb. Hic
ego maiorum pugnas uultuſque tremendos: Magnanimum effigiem
regum figamque ſuperbis Arma tholis quæque ipſe modo quæſita re-
uexi: Sanguine quæque dabis captis tritonia thebis. Vmbo ſcuti pars
media quaſi umbilicus: umbo etiam ſcutum ſæpe ſignificat: nam a
parte totum intelligimus. Virg. in. x. Inde aliud ſuperque aliud fi-
gitque uolatque: ingens gyro ſed ſuſtinet aureus umbo. Ocreæ
crurum tegmina quod opponebantur ob crus dictæ. Liuius. ix. ab ur-
be con. & ſiniſtrum crus ocrea tectum galeæque criſtatæ quæ ſpeciē
magnitudini corporum adderent: cas uero & criſtas galearum feruntur
chares tradidiſſe: ſed galeam Lacedæmonii inuenerunt.



Pero ruſticum calciamentum a græcis more ubi hoc armorum
fuerat genus tractum & hernicis a poeta nobiliſſimo aſſignatū un
de iſti tranſferant: proinde ſunt in li. vii. Virgilii illi uerſus quibus
hernici populi & eorum nobiliſſimi ut tunc erat ciuitas Anagnia enu
merantur: quos diues Anagnia paſcit: Quos amaſene pater non il
lis omnibus arma: Nec clypei currus ue ſonant pars maxima gladiſ
liuentis plumbi ſpargit pars ſpicula geſtat Bina manu fuluoſque lu
pi de pelle galeros Tegmen habent capiti ueſtigia nuda ſiniſtri In
ſtituere pedis crudus tegit altera pero: Hunc morem in italia fuiſſe
ut uno pede calciato & altero nudo iretur ad bellū: nuſq̄ adhuc qđ
ſciam reperi ſed eam græcorum nonnullis conſuetudinem fuiſſe:
Locupleti auctoritate iā palā faciā in qua quidē re imitari ē poetæ in
clyti occultiſſimam diligentiam qui quom legiſſet hernicos quorū
eſt Anagnia a pelaſgis oriundos: appellatoſque ita a Pelaſgo quo
dam duce ſuo qui hernicus nominabatur morem quem De ætholia ſe
gerat hernicis aſſignauit qui ſunt uetus Colonia pelaſgorum & herni
cum quidem hominem pelaſgum ducem hernicis fuiſſe. Iulius hi
ginus in libro ſecundo urbium nō paucis uerbis probat: morem ue
ro ætholis fuiſſe uno tantummodo pede calciato in bellum ire oſtē
dit: clariſſimus Euripides ſcriptor tragicus in cuius tregœdia quæ Me
leager inſcribitur nuntius inducitur deſcribēs quo quiſque habitu fu
erit ex ducibus qui ad aprum capiendum conuenerant: in eo hi uer
ſus ſunt animaduertitis diligentiſſime uerba Euripidis a Marōe
ſeruata: ait enim ille & eundem pedem nudum: Virgilius quoque
dixit ueſtigia nuda ſiniſtri inſtituere pedis: In qua quidem re quo
nobis ſtudium noſtrorum magis comprobetur nō reticebimus rē
pauciſſimis notam reprehenſum Euripidem ab Ariſtotele ſecūdo
de poetis libro qui ignorantiā iſtius Euripidis fuiſſe contendit: ætho
los enim non læuū pedem nudū habere ſed dextrū: quod ne affir
mem potius q̄ probem Ariſtotelis uerba ſunt ex eo libro quem de
poetis ſecūdo ſcriptum reliquit in quo de Euripide loquens ſic ait:
G. hæc quom ita ſint Virgilium tamen Euripide auctore q̄ Ariſto
tele uti maluiſſe conſtat: nam ut haec ignorauerit uir tam anxie do
ctus minime crediderim: iure autem prætulit Euripidem: eſt enim
ingens ei cum græcarū tragœdiarum ſcriptoribus familiaritas quod
ex multis dictis eius licet opinari

Scanſilis ferri in equos uſum adminiculum apud ueteres tam

graecorum q̃ latinorum fuiſſe haud inuenio: Virgilius in duodecimo: Infrænant alii currus aut corpora ſaltu ſubiiciunt in equos & diſtrictis enſibus adſunt idem in eodem: Turnus ut Aeneã cedentem ex agmine uidit: Turbatoſq; duces ſubita ſpe feruidꝰ ardet: poſcit equos atq; arma ſimul ſaltuque ſuperbus Emicat in currum & manibus mollitur habenas: Vegetius libro primo: Non tãtum a tyronibus ſed etiam a ſtipendiariis militibus ſalitio equo diſtricte eſt ſemper exacta: quem uſum uſque ad hanc ætatem licet iam cum diſſimulatione perueniſſe manifeſtum eſt: equi lignei ſub tecto hyeme æſtate ponebantur in campo ſuper hos tyrones primo inermes dum conſuetudinem perficerent: deinde armati cogebantur aſcendere tantaq; cura erat ut non ſolum a dextris ſed etiã a ſiniſtris partibus & inſilire & deſilire condiſcerẽt: euaginatos etiam gladios uel contos tenentes: hoc enim aſſidua meditatione faciebant ſcilicet in tumultu prælii ſine more aſcenderent qui tam ſtudioſe exercebantur in pace. Liuius ſecundi belli punici li. iii. Nec omnes numidæ ĩ dextro locati cornu: ſed quibus deſultoꝝ in modum binos trahentibus equos inter accerrimam ſæpe pugnam in recentem equũ ex feſſo armatis tranſultare mos erat: tanta uelocitas ipſis tãque docile equorum genus Xenophon ſocraticus in eo libro qui equitũ præfectus inſcribitur: poſtquã uero equites quales eſſe oporteat dictum eſt: qua nam parte equites optimi comparentur hoc in medium conabor exponere. Ex his igitur iuniores impellere atque adhortari debemus ut in equos inſilire diſcant. Huius autem rei magiſtꝝ præceptoremque qui adhibuerit iure laudabitur: natu autem grandiores aſſuefacere ut in ſcandendis equis perſico more ſe inuicem adiuuent. Plutarchus in uita graccorum: Dimenſo præterea uiaꝝ ſpatio ſingulis miliariis: eſt autem miliarium paulo minus q̃ octo ſtadia: columnas lapideas ſpatii ſigna proferentes conſtitutos: alios in ſuper lapides parum inter ſe diſtantes ex utraque uiarum parte diſpoſuit ut ex illis faciliter & ſine ſaltu in equos eſſet aſcẽdere. Huiꝰ rei præter hæc teſtes & iudices ſunt etiam arcus in urbe romana triumphales ac æneus apud lateranum equus abſque huiuſmoĩ ſcandendi adminiculo cum equite & ſeſſore ſuo.

Calcar agitandi cõcitandique equi ſtimulus eſt a calce denominationem aſciſcens: Ouidiꝰ: nõ nocet admiſſo ſubdere calcar equo in eo autem quod. vi. æneí. ſcribitur: ſeu quom pedes iret in hoſtẽ: ſeu ſpumantis equi foderet calcaribus armos: ſpeciẽ pro genere poſuit maro: hoc eſt equi Armos pro equo quom non poſſint Armi calcaribus fodi: utq; hoc ad concitandum ſic uirga ad regendũ equum diuerſarum gentium inſtitutum fuiſſe proditur: Valeriꝰ maxi. li. tertio de P. Craſſo inter eleam inquit: & ſmirnam exceptus ne in deditionem eius perueniret dedecus Arceſſita ratione mortis effugit: Virga enim qua ad regendum equum uſus fuerat in unius barbari oculum direxit: qui ui doloris accenſus latus Craſſi ſicca confodit. Lucanꝰ in quarto Et gens quæ nudo reſidens maſſilia dorſo Ora leui flectit frænorum neſcia uirga

Quæ arma ad nocendum apta inſtrumentaq; bellica quibꝰ nominibus explicentur Ca. IIII.

Vꝗ ſuis nominibus ad tegẽdum ſunt arma dixiſſe uidemur: nunc ad nocendum quæ ſunt reliqua pſequamur.

Acinacis gladius militaris lingua parthoꝝ uel medoꝝ ut inquit Acron pro quolibet licet poni poſſit. Q. Curtius li. vi. ſed p̄ter clypeum eius patrem & arcus duos ſcithicos & acinacẽ nihil reperit. Hieronimus lib. i. contra Iouinianum: ſtrato regulus ſidonis manu propria ſe uolens confodere ne imminentibꝰ perſis ludibrio foret: gladium quem arripuerat circũſpectans hoſtium pauidus expectabat aduentum quem iam iãque capiẽdum uxor intelligẽs extorſit Acinacem e manu & latus eius tranſuerberauit.

Enſis & gladius huius naturæ ſunt auctore Quintiliano inſti. libro. ix. ut idem pluribus uocibus declarent: ita ut nihil ſignificationis quo potius utaris interſit. Macrobius. i. de ſomno Scipionis: nũc uideamus quæ ſunt hæc duo nomina quorum pariter meminit cũ dicit: Quæ ſidera & ſtellas uocatis neq; enim hic res una gemina appellatione monſtratur ut enſis & gladius.

Gladius quem auctore Plinio. vi. natu. hiſto. a lacedæmoniis cõſtat inuentum teſte Varrone. c. in. g. commutato a clade dicitur qd̕ fit ob hoſtium cladem utq; dupondii nomen quod dicitur a multis duobus modis: hic duopondus & hoc duopondium: ſic hoc gladiũ & hic gladius: Quintilianus lib. i. hiſti: Et gladia qui dixerunt genere exciderunt: ſed hoc quoq; notare contentus ſum ne arti quorũdam culpa perpaucicatium perplexe uidear & ipſe quæſtionem addidiſſe Spata enſis ſiue gladius nomina ſunt omnibus pene nota

Liuius trigeſimonono: ubi omnia fuga completa uidit Cato ipſe ad ſecundam legionem quæ in ſubſidio poſita erat reuehitur & ſigna præ ſe ferri plenoq; gradu ad caſtra hoſtiũ oppugnanda ſuccedere iubet: ſi quis extra ordinem auidius procurrit & ipſe inter equites ſpata percutit & tribunos centurioneſq; caſtigare iubet: hoc uocabulum in ueterum etiam libris ſcriptum inuenies & apud A. Gellium noctium ſuarum libro decimo.

Harpe falcatus enſis quo uſus eſt Perſeus in occiſione Gorgonis: Lucanus in nono: harpem alterius monſtri iam cæde rubentem: Idem in eodẽ: Perſeos aduerſi cylenida dirigit harpem: Lata colubriferi rumpens confinia colli. Maro in ſeptimo: Læua ſceptra tenet falcati cominus enſes.

Linguam ueteres dixere gladiolum oblongum in ſpeciem linguæ factum: cuius meminit Neuius in tragœdia exiona.

Machera gladius longus ex altera parte acutꝰ a græco nam græci longum uocant: Cæſar. iii. comen. Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum eſt propterea quod pro uallo carros obiecerant & e ſuperiore in noſtros uenientes tela coniiciebant: nonnulli inter carros rotaſq; macheras & ſtragulas ſubiiciebant noſtroſque uulnerabant: Seneca libro quinto de benefi. ad Liberalem: Nec galeam illam ſi uideris agnoſces: machera enim hiſpana diuiſa eſt.

Dolones gladii ſunt: Plutarchus in uita Gracchi: Nec ſecus paratis clam percuſſoribus necem Tyberio machinabantur: ille uero palam gladium quem dolonem uocant accinctus ambulabat. Dolones aliorum ſententia flagella ſunt intra quorum uirga pugiones latent: aut ſecundum Varronem ingens contus cum ferro breuiſſimo a dolo uel a fallendo dicti ꝙ decipiant ferro quom ſpeciem præferant ligni: Sunt & qui uelint periteretes mucrones dolones dici: & Maro inquit: Pila manu ſæuoſq; gerunt in bella dolones.

Sicca a ſecando dicta: eſt enim gladius breuis quo maxime utuntur qui apud italos latrocinia exercent a quo & ſicarii dicti quanq̃ auctore Quintiliano libro nono inſtitutionum per abuſionẽ ſiccarios omnes uocamus qui cædem telo quocunq; cõmiſerint.

Pugio gladius breuis & bis acutus lateri adhærens ſic dictꝰ Feſto teſte ꝙ eo punctim pugnatur: eſt & pugio ſecundum Varronẽ ingens contus cum ferro.

Clunadum cultrum ſanguinarium dictum eſt uel ꝙ ad clunes dependet uel ꝙ clunes beſtiarum diuidit.



Seceſpitam cultrũm ferreum dicunt oblõgum manubrio eburneo rotundo ſolido iuncto ab capulum argento auroq; fixo clauis æneis ære cyprio quo pontifices flamineſq; ad ſacrificia utebãtur a ſecando ſeceſpita dicta: alii ſecurim alii dolabram æneã eſſe putant.

Mucro enſis & gladius idem ſunt: Priſcianus artis grãmaticæ li. ii. ſynonima tam ꝓpria q̃ appellatiua inueniuntur ſicut enſis gladiꝰ mucro unum atq; idem ſignificant ſicut. P. Cornelius Scipio Aphricanus unum atq; idem ſignificant. Boetius de trinitate: In reꝝ enim numero non facit pluralitatem unitatum repetitio: ut ſi de eodẽ dicam gladius unus: mucro unus: enſis unus. poteſt enim unus tot uocabulis gladius agnoſci. hæc enim unitatum iteratio potius eſt: non numeratio: ueluti ſi ita dicamus enſis mucro gladius: repetitio q̃dã eius non numeratio diuerſoꝝ: uelut ſi dicã ſol ſol ſol unꝰ ſol nõ tres ſoles effecerim ſed demum totiens prædicauerim. Idem in eodẽ: Recte repetitio magis de eodẽ q̃ enumeratio diuerſi uidetur eſſe quõ dicitur: Deus pater deus filius deus ſpiritus ſanctus: atq; hæc trinitas unus deus uel enſis atq; mucro: unus gladiꝰ ueluti ſol ſol ſol unꝰ ſol. Idem paulo infra in eodẽ: Non uero ita dicitur ac filius ac ſpiritus ſanctus quaſi multiuocum quidam: nam mucro enſis ipſe ẽ: & idem uero pater ac filius & ſpiritus ſanctus idem quidẽ eſt: non uero ipſe. Liuius li. vii. ab urbe con. Gallus uelut molles ſuperne eminens proiecto læua ſcuto in aduenientis arma hoſtis uanum cæſim cum ingenti ſonitu enſem deiecit: Romanꝰ mucrone ſurrepto quõ ſcutum ſcuto percuſſiſſent: mucro enſis quoq; uel gladii uel cuiuſlibet rei acumen dicitur. Liuius ab urbe con. xxii. Gallis Hiſpaniſq; ſcuta eiuſdem formæ erant fere diſpares & diſſimiles gladii. gallis prælongi ac ſine mucronibꝰ: hiſpano pũctim magis q̃ cæſim aſſueto petere hoſtem breuitate habiles cum mucronibus. Seneca ad Lucil. li. xi. Gladium bonum dicere non cui auratus eſt baltheꝰ nec cuius uagina gemmis diſtinguitur: ſed cui & ad ſecandum ſubtilis acies eſt & mucro munimentum omne rupturus. Macrobius li. i. de ſomno Scip. Nam & Dionyſius aulæ ſidereæ inclæmentiſſimus incubator familiari ſuo cuidam ſolam beatam exiſtimãti uitam tyrãni uolens q̃ perpetuo metu miſeram quanq; impendentiam ſemper periculoꝝ plenam oſtendere: gladium uagina raptum & capulũ de filo tenui pendentem mucrone demiſſo iuſſit familiaris illius capiti imminere inter epulas: unde etiam a poeta clariſſimo dictũ eſt in. xii

illa manu moriens telũ trahit oſſa ſed inter ferreꝰad coſtas alto ſtat
uulnere mucro.oẽs hæ denique gladioꝝ ſpecies uaginis abduntur

Aclides auctore Seruio tela ſunt quædam antiqua adeo ut ne
ꝗcquã cõmemoretur in bello.Legitur tamen ꝙ clauæ cubito ſemis
eminentibus hinc & hinc acuminibus quæ in hoſtes ita iaciūtur re
ligatæ loro uel lino ut peractis uulneribus poſſint redire:putatur ta
men eſſe teli genus quod in flagello immenſum iaci poteſt dicente
Marone: Teretes ſunt aclides illi tela: ſed hæc lento mos eſt apta-
re flagello. Telum uulgo id appellatur qđ ab arcu mittitur ma-
nu ut lapis lignum fuſtis haſtis lanceæ pilum & quodcunque in lõ
ginquũ mittitur græca uoce ſignificatum q̃nquã etiam legimus de
gladio Liui.li.i.Arma his im̃pata galea clypeus ocreæ lorica oĩa ex
ære:hæc ut tegmenta corporis eſſent:tela in hoſtem haſtaq; & gla-
dius.Seneca li.xv.epi.de diuitiis loquens ille inquit neminem læ-
dunt nec ſua nocet cuiquam ſtulticia aut aliena nequitia: ſic quem-
admodũ gladius neminem occidit & occidentis telum eſt. Virgiliꝰ
At non hoc telum mea quod ui dextra uerſat effugies

Verutrum telum breue & anguſtum Nonio teſte Mar.Liuius
ab urbe con.decem quibus pleriſq; in ſcuta uerutis in corpora ipſa
fixis ſternitur cuneus.Idẽ in ꝓmo:Arma mutata nihil præter ha-
ſtam & uerutum datum:Vegetius li.ii.Quom de miſſilibus loque
retur & de uno ac maiore dixiſſet Aliud inquit minus ferro uncia
rum quinq; haſtili pedum totidẽ & ſemis quod tunc uerutulũ nunc
uerutum dicitur Fuſtes ſunt quoſq; palos ruſtici uocãt quiq; ĩter
prima humani generis arma fuere. Baculus a Bacco ſecundum
Rabanum & pleróſque alios repertus & appellatus uſu communis
mas eſt ſignificationem habens notiſſimam.Liuius li.i.Augur ad
læuam eius capite uelato ſedẽ cœpit:dextera manu baculũ ſine no-
do aduncum tenens quem lituum appellarunt : diminutiuũ tamen
neutro genere bacillum habet:Cicero.ii.de fin.bono. Bacillum ali
ud inflexum:aliud ita natum:primitiuum etiam quod eſt baculus
baculum neutro genere prolatum inuenimus.Appuleius magie li.
i.Veꝝ tamen hoc Diogeni & Antiſteni pera & baculum quod regĩ
bus diadema quod imperatoribus paludamentum quod pontifici-
bus galerum quod Lituus Auguribus Ouidius.xv.meth.eſſe ſolet
baculumque tenens agreſte ſiniſtra. Vindicta uirga prætoris q̃
ſerui percuſſi liberantur & libertatem acquirunt:a uĕdico dicta qa



per eam uendicent libertatem Perſiuꝰ ad dominum ignorãs niſi quẽ
uindicta relaxat:Liuius li.ii.ab urbe con.Ille primum dicitur uin-
dicta liberatus quidam uindictæ quoque nomẽ tractum ab illo pu
tant uiridatio ipſi nomen fuiſſe poſt illum obſeruatur ut qui ita li-
berati eſſent in ciuitatem accepti uiderentur

Verbera pro uerberatione licet nõnunquã accipiantur:rẽ tamẽ
corpoream proprie ſignificãt ut flagella quæ ſunt ꝓprie ſarmento-
rum ſummitates.Quintilianus:Ignes ex proximo raptos & uerbe
ra quæ caſus obtulerat:Iuſtinus epi.trog.pomp.li.ii.Admonentur
Scythæ mutare genus pugnæ memores non cum hoſtibꝰſed cum
ſeruis præliandum:nec armoꝝ ſed dominoꝝ iure uincendos uer-
bera non arma in aciem afferenda:omiſſoque ferro uirgas & fla-
gella caeteraque ſeruilis metus inſtrumẽta paranda Haſtas quas
lacedæmonios inueniſſe dicitur Fraxinus obædientiſſima corilus
melior ſorbus lentior:ea Homeri præconio Achillis haſta nobili-
tata eſt Haſtilia minores lanceæ ſunt ferro ꝓducto & quas ma-
nu iacere ars eſt Conti haſtæ longiores ſunt & robuſtæ ſinẽ fer-
ro ſed acuta cuſpide:Iuuenalis.Nocte iter ingreſſus gladium con-
tumque timebis Lancea quam ethiolos inueniſſe.vi.na.hiſto.te
ſtis eſt Plinius ut haſta manifeſtam habet ſignificationem:latinum
licet nomen non ſit ſcriptumq; eſt in li.M.Varronis reꝝ diuinarũ
xxiiii.quo in loco Varro quom de pectorico dixiſſet eſſe id uer-
bum gallicum lanceam quoq; dixit non latinum ſed hiſpanicũ uer
bum eſſe:alii a græco dictum putant quam græci uocant

Pilum Panthaſileæ licet inuentum haſta romana ut geſa galloꝝ
& lariſſæ macedonum id auctores dicunt maximi uſus in bellis ꝙ
huiuſmodi haſta amento æqua lance ſi pendeat & ponderata uibre
tur ubi excuſſo lacerto ualide intorta fuerit uix armatura ĩuenitur
quæ uibrantis ictum ſuſtineat eminus intortum ubi armis hæſerit
agitatione & motu continuo penetrare contendit:nec ſubitum euita
ri poteſt aut repelli ſed nec euelli hoſte præmente:his Britanni ma
xime uſi & circumiacentes etiam inſulæ Geſa galloꝝ telæ ſiue ui
riles haſtæ:nam & uiros fortes galli geſos uocant: Liuiꝰ.ix. ſere pa
ſtorali habitu agreſtibus telis falcibus geſiſq; binis:armati ſunt qui
a cædendo cæſa dici rectius putant Ruma pilũ rumata pilata ru
mex telum ſparo gallico q̃ſimile: Iaculum quod cum amento
etholum Martis filium inueniſſe ferunt telum etiam quod ut iaciat

fit teſte Varrone dictum. Spara Pomp. teſte minimi generis ia
cula agreſtia & ruſtica a ſpargendo dicta: Aemilius de excellētibꝰ
ducibus exteraꝝ gentium Epaminundam pugnātem & ſparo emi
nus percuſſum concidere uiderunt. Lucilius: Tum ſpara tum mu
rices portantur ſtragula porro Sparos maſ. etiam genere legimꝰ
Saluſtius in Cati. Sed ex omni copia quarta pars erat militaribus ar
mis inſtructa cæteri ut quoſq; caſus armauerat ſparos & lanceas alii
præacutas ſudes portare. Sariſſa ut Pomp. placet te ſeruio ē ha
ſta macedonica Liuius ab urbe con. li. ix. Arma clypeus ſariſſæq; il
lis ideſt haſtæ: idem. xxxvii. ibi ſimul perturbari ordines & impe
ditus intercurſu ſuoꝝ uſus prælongaꝝ haſtarū ſariſſas macedones
uocant intulere ſigna romanæ legiones: Idem. xxxviii. Per oculi
foramina perlongæ haſtæ quas ſariſſas uocant ad ſubmouēdos ho
ſtes emittebant. Q. Curtius li. vii. Prior Barbarꝰ emiſit haſtā quā
exiguus modica capitis declinatiōe uitauit atq; ipſe infeſtā ſariſſam
equo calcaribus concito in medio barbari gutture ita fixit ut p cer
uicem emineret præcipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repu
gnabat: ſed ille extractam ex uulnere haſtam rurſus in eos dirigit.
Gibinam appellant illirici telum uenabulo ſimile: Ennius Illirici
reſtant ſiccis ſibiniſq; fodentes Securis quaſi ſemicuris uel ſemi
quiris quod eſt haſta: uel a græco a cocrano qui regem ſignificat:
conſtat autem romanos græcos fuiſſe & erant ſecures ſigna quæ an
te conſulem ferebantur. Tragula eſt haſta ferro præacuta: & ut
Varro inquit a traiiciendo dicta ut Pomp. teli genus dictum ꝙ ſcu
to infixum trahatur: Ceſar li. v. cōmētarioꝝ monet ut tragulam cū
epiſtola ad amentū deligata intra munitionem caſtroꝝ abiiciat: Li
uius. xxv. ibi ſignis collatis pugnatū per quattuor ferme horas egre
gieq; uincentibus romanis ſignum receptui eſt datū: quod Cn. Sci
pionis ferrum tragula confixum erat Claua teli genus quo Her
cules utebatur ſic dicta ꝙ ſit clauis ferreis īuicem religata: claua enī
& leonis pelles antiquo Herculi conueniunt: quo tempore arma nō
dum erant adinuenta: ſed fuſtibus homines iniurias propulſabant
ac ferarum pellibus tegebant pro armis corpora: hanc quidam Ca
thegiam quam & Horatius Caiam uocat dictam etiam putat eſtq;
Cathegia gallici teli genus: quod ſi ab artifice mittatur rurſus uenit
ad eum qui mittit: huius Virgiliꝰ meminit theotonico ritu ſolito tor
quere catheias: theotonico ritu dixit quia theotonici galliæ comatæ



ſunt populi. Bipennis dicitur quod ex utraq; parte acutam habet
aciem quaſi duas pennas: pennum autem antiqui acutum dicebāt: un
de & auium pennæ quaſi acutæ: Quintili: li. i. inſtitu. Quare diſcat
puer quid in litteris proprium quid cōmune quæ cū quibus cogna
tio nec miretur cur ex ſcāno fiat ſcabellum aut a pinna quod ē acu
tam: ſecuris utrinq; habens aciem bipennis ne illoꝝ ſequatur erro
rem qui quia a pennis duabus hoc eſſe nomē exiſtimāt pinnas aui
um dici uolut. Dolabra quaſi duo labra ꝙ duo habeant labra ad
dolandum & delendum demoliendumq;: Liuius belli punici lib. ii.
Tunc Hannibal occaſionem ratus quingentos ferme Aphros cum
dolabris ad ſubruendum ab imo murum mittit. Idem in eodem li.
quarto: Dolabræ calonibus diuiduntur ad uallum proruendum: fo
ſſaſq; implendas intra munimenta inſtruit acies. Idē in eodem lib.
viii. Eademque porta ſigna infeſta in urbem illata & aliis partibꝰ ſe
curibus dolabriſque cædebantur portæ: Iuuenalis libro tertio: No
doſam poſt hæc frangebat uertice uitem ſi lentus nigra muniret ca
ſtra dolabra Falarica genus teli miſſilis quo utuntur ex falis id
eſt ex locis extructis dimicantes ut Seruio placet ingens telum tor
no factum ferrum habens cubitale & rotunditatem de plumbo in
modum ſperæ: in ipſa ſummitate dicitur & ignem habere affixum
hoc autem telo pugnatur de turribus quas falas dici manifeſtum ē:
a falis dicta falarica ſicut a muro muralis ſane falaricam Lucanꝰ di
xit neruis mitti tortilibus ex quadam machina: hunc aut tortilibꝰ ui
brata falarica neruis: obruit aut uaſti muralia pondera ſaxi. Virgi
lius uero in nono ſic ait: Turnum manu iaculari potuiſſe: quod a
poeta uel poetice uel in laudem & uirtutem Turni forte dictum eſt
qui talem haſtam manu iaculatus eſt: Liuius ab urbe condita. xxii.
li. Falarica erat ſaguntinis miſſile telum haſtili ab ligneo & cætero
teretri præterq̄ ad extremum unde ferrum extabat id ſicut in pilo
quadratum ſtuppa circūligabant liniebantque pice. Ferrum autem
tres in longum habet pedes ut cum armis tranſfigere corpꝰ poſſet:
ſed id maxime ſi exiſſet in ſcuto nec penetraſſet in corpus pauorē
faciebat quod quom medium accenſum mitteretur conceptumque
ipſo motu multo maiorem ignem ferret arma admitti cogebat: nu
dumque militem ad inſequentes ictus præbebat.



Maleoli tela ſunt in muliebris coli formam. Ammianus Marcellinus.xxiiii.reꝝ geſtaꝝ Maleoli autem teli genus figuratur hac ſpecie. Sagitta eſt cannea inter ſpiculum & arũdinem multifido ferro coagmentata quæ in muliebris coli formam ocnentur lintea ſtamina concauatur uentre ſubtiliter & pluriſariam patens atq; ĩ alueo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento & ſi emiſſa lentius arcu inualido arcus ictu enim rapidiore extinguitur æſtus incendioꝝ nec remedio ullo q̃ ſuperiecto puluere uel amurca conſopitur: Liuius xxxviii.ab urbe con.alii cum ardentibus facibus:alii ſtuppã piceq; & maleolos ferentes tota collucente flammis acie aduenere in huiuſmodi autem maleoli concauo glutinum igniſq; fomentum ẽ inextinguibile ex colofonio ſulphure ſale quem nitrum appellant omnibus in lauri oleo liquefactis ſecũdum alios oleo petroleo adipe anatis medulla cannæ ferulæ ſulphure ut aliis uiſum ẽ ex oleæ oliuo ſepo collophonia camphora reſina ſtuppa hanc ueteres compoſitionem bellatores incendiarium appellant





Miſſilia haſtilia tela a mittendo dicta: Liuius.xxxii. magna tormentoꝝ etiam uis ut miſſilibus procul arcerent hoſtem. Cathapulta quã Plinius.vi.na.hiſto. Cretes inueniſſe perhibet: iaculum eſt celer uel ſagitta ut Nonius inquit Cæſar ſiue alius pro eo cõmentarioꝝ.x. Bentoneſq; inſuper iniecerunt ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perſtringerent aut ſaxa & cathapulta lateritium diſcuterent: Liuius belli punici li.i. Collatiſq; eo cathapultis ſagittis baliſtiſque ut caſtellum in ipſa urbe uelut arcem ĩminentem haberent murocircundant: Plautus in gorgulione: Atq; ita te neruo torq̃bo ut cathapultæ ſolent: idem in captiuis: Nam mens eſt baliſta pugnus cubitus cathapulta humerus aries: Cathapultam etiam organũ bellicumque inſtrumentum quo tricubitalia tela iaciuntur uſu doctiſſimoꝝ comprobatur auctoꝝ Pomp. Triſax telum lõgitudinis triũ cubitoꝝ qđ cathapulta mittitur: Victruuius li.x. Ex ratione grauitatis proportiones ſumuntur quemadmodum cathapultis de longitudinibus ſagittarum: Liuius belli punici lib.i. Ipſe Hannibal qua turris mobilis omnia munimenta urbis ſuperans altitudine agebatur: hortator aderat quæ quom admota cathapultis baliſtiſque per omnia tabulata diſpoſitis muros defenſoribus nudaſſet

Pars catapulthæ quæ fune trahitur debet eſſe ex calibe



Romphæa teſte.A.Gelio no.atti.li.ix.gen9 teli ē thracæ natiōis apud alios frameā ſpatā & gladiū:licet ſonet hoc uocabulū in.Q. Ennii annaliū.xiii.poſitū īuenies:Liui9ab urbe con.xxxi.Tiracas quoq̧ rōpheæ ingētis & ipſe longitudinis inter obiectos undiq̧ romanos īpediebant. Arcus q̄rtæ formæ ad iaciendas ſagittas bellica inſtrumēta & ueluti arces quæ ꝑtes urbis excelſæ atque munitae ſunt:ab arcēdo hoſte dicti q̄nquā quantū ad arces ſpectat ſint cū q̄bus ē Serui9 q ꝙ archana ſecreta dicūtur arces dictas putēt q̄ſi res ſecretas:uel ſint alii licet teſte Solino li.i.memorabiliū.Qui uideri uelint quom Archades in excælſa parte mōtis habitaſſent deriuatū deinceps ut tutiſſima urbiū arces nominarentur Arcus inſuper ſagittandique Apollinē ferunt extitiſſe repertorē: q̄ de cauſa cretēſes præcipue arcu delectati ſunt quem ſciticum nominarunt





Coriti proprie ſunt arcuum tecæ:dicuntur tamen eſſe ſagittarū foruli quos & pharetras nominamus: Virgilius in.xii. Quid tela ſagittæ coritiq̧ leues humeris & lætifer arcus.Ouidius metha.Exuit hic humeros pharetram lentoſq̧ tetendit arcus. Scorpiones ut īquit Vegetius libro quarto dicebantur quos nūc manu baliſtas uocant ideo ſic nuncupati ꝙ de paruis ſubtilibuſque ſpiculis inferant mortem:Regum li.i.& ſtatuit illic baliſtas & maculas & ignis iacula & tormenta ad lapides iactandos & ſpicula & ſcorpiones ad mittendas ſagittas & fundibula:Cæ.comen.li.vii. Quidā āte portam oppidi galus per manus ſæui ac picis traditas glebas in igne & regionem turris ꝓhibebat ſcorpione a latere traiectus exanimatus concidit:Sunt & qui ſcorpionum ictibus non ſagittas tantum ſed lapides mitti annuant:Ammianus Marcellin9 reꝝ geſtaꝝ.xxv. Et ſcorpiones quocunq̧ manus perite duxiſſent rotundos lapides euibrabant:idem uigeſimoq̄rto:Scorpioni onagri uocabulū indidit aetas nouella ea re ꝙ aſini feri cū uenatibus agitantur:ita eminus lapides poſt terga calcitrando emittunt ut perforent pectora ſequentiū: aut perfractis oſſibus capita ipſa diſplodant:Vegetius Renati9 libro q̄rto:Per ſcorpiones ſpiculis ſaxis item grauioribus per onagꝝ deſtinatis non ſolum equi eliduntur ſed etiam hoſtium machinamenta franguntur:Nonius Marcel.ſcorpionem teli genus eſſe aſſerit:alii a Nonio minus diſſidentes ſcorpionem ſagittam ſed ueneno oblitam eſſe aiunt:quæ uirus quo figitur infūdit unde & ſcorpio nomē accepit:ſcorpiones huiuſmodi a ſcythis originem traxiſſe arbitror illi enim uipera ſanie & humano ſanguine tinctis ſagittis quolibet uulnere leui licet tactu ſed irremediabili illico mortem afferunt: de his Lucanus:ſpicula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro ſtridula : ſed multo ſaturantur tela ueneno:uulnera parua nocent fatumq̧ in ſanguine ſummo eſt:Ad poſtremum ſiue ſcitha ſiue cretēſis ſiue alio cælo genitus fuerit qui ſcorpionem ad mittendas ſagittas primus inuenit aut ꝓditor ſane fuit aut nocendi auidus aut metuēs hoſtis cogitauit eum quod idem Lucanus inquit Longe tendere neruos & quo ferre uelit committere uulnera uentis.



Sagitta a ſagaci ictu ideſt ueloci uocata ut quibuſdam placet: ſiqui
dem ut ocius mors præueniret ad hominem alitem illam fecimus
pennasꝗ ferro adiecimus quo ſcelere humani ingenii ac fraude
inuentum arbitror has primum cretenſes ut inquit Solinus: alii ut
refert Plinius na.hi.ſaterem iouis filium uel perſem Perſei filium ĩ
ueniſſe aſſerunt frequenſque circa hæc orĩetalium uſus hi calamis
ſpicula addunt irreuocabili hamo uarieque mortem accelerat pen
na calamis addita: fitque ex ipſis telum aliud priore facto in uulne
ribus: hanc barbaram ſagittam appellant huiuſmodi telis ſolẽ ipſũ
obumbrant: propter hoc maxime ſerenos dies optant oderuntque
uentos & imbres qui inter illos pacem eſſe cogunt. hic uſus in creta
bellatores ſuos præcipitauit in hoc ut in cæteris uicis italia ĩ agro ma
xime bononienſi ac penes flumen rhenum quoniam ſagittis nullus
aptior calamus eſt quibus pondus uoluere & contra flatus quoque
peruicax. Spiculum ſagittæ præacutæ ferrum. Curtius li. ſeptĩo
quos dum obſidet rex inter promptiſſimos dimicans ſagitta ictus ẽ
quæ in medio crure fixa reliquerat ſpiculum: idẽ ĩ nono: Medici li
gnũ ſagittæ ſcilicet corpori ĩfixũ ita ne ſpiculũ moueretur abſcidũt
corpore deinde nudato animaduertũt hamos eſſe telo nec aliter id
ſine pernicie corporis extrahi poſſe q̃ ut ſecundo uulnus augerent

Murices tribulos aiunt ferreos qui tribus radiis abiecti quo quo
modo ſituentur ſtant & erecto quarto infeſti ſunt. Q. Curtius lib.
quarto: Quom homo quidam tranſfuga quãto maximo curſu ad
regem peruenit nuntians murices ferreos in terram diffudiſſe Da
rium qua milites emiſſurum eſſe credebat: notatumꝗ certo ſigno
locum ut fraus euitari a ſuis poſſet.





Scalprum præacutum ad feriendum ferrum: Liuius. belli pu.
li. vii. elephanti plures ab ipſis rectoribus q̃ ab hoſte interfecti fa
brile ſcalprum cum maleo habebant: id ubi ſæuire beluæ ac ruere
in ſuos cœperant magiſter ĩter aures poſitum ipſo ĩ articulo quo
iũgitur capiti ceruix quãto maximo poterat ictu adigebat ea celer
rima uia mortis in tantæ molis bellua inuẽta erat ſcalpellum a ſcal
pro ĩminutum Cicero. ii. de diuina. aut quorum linguæ ſic ĩhaerent
ut loqui non poſſent hae ſcalpello reſectæ liberarentur Hieremiæ
xxxvi. cũꝗ legiſſẽt ludi pagellas tres uel quattuor ſcidit illud ſcal
pello ſcribe & proiecit ĩ ignem Veruina genus iaculi lõgi teſte
Fabio Placiade: Plautꝰ in Bacchide ſi tibi machera eſt foris: at mihi
ueruina eſt intus qua te & illos confodiam. Soliferum genus te
li hoc eſt totum ferreum: ollos enim græce dicitur id quod nos totũ
uocamus: Liuius belli macedo. libro quarto. Et cohortes a tergo ſtã
tes pauidi reſpiciebant ut emiſſis ſolliferis falaricisque gladios ſtrin
xerunt. Funda ꝓ ea fundantur lapides ideſt mittantur hoc telũ
habena uolutatur in iactu glanſque librata quom ſederit uelut ner
uo miſſa excutitur. Liuius. xxviii. fundis ut nunc plurimũ ita nunc
ſolo eo telo utebantur ne quiſquã alterius gentis unius tantum ea ar
te quantum inter omnes alios baleares excellunt apud quos ut inq̃t
Flauius matres a teneris unguiculis ita natos erudiſſe produntur
ut nullum cibi genus contingere ſinerent niſi quem ex funda ĩmi
ſſo lapide percuſſiſſent: proinde ſunt qui balearium inſularum ha
bitatores huius teli uſum primos inueniſſe aſſerant: quanquã Plini
us. vi. natu. hiſto. hoc idem apud ſyrophenicas dicat inuentum

Glans uel glandis telum eſt ſiue maſſa plumbea ĩſtar glãdium
quæ funda baliſta ue ꝓiicitur. Claudianus li. vii. Hunc ſpicula cor
nu tẽdere nũc glandes baleari ſpargere fũda. Saluſtiꝰ ĩ iugur. pars
eminꝰ glande aut lapidibꝰ pugnare Virgi. ĩ. vi. pars maxia glandes

liuentes ſpargit plumbi: Ouidiꝰ in.xiiii.metha. ut lata plūbea funda
miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo: ſimiliter Lucretius protu-
lit & Liuius.xxvii.ab urbe condita: Nā quod apud Virgiliū in.iiii.
georgicoꝝ inuenitur glandis in dubium uenit uteꝝ nominatiuus ſit
an figurate genitiuus Nec de concuſſa tantum pluit ilice glādis: pōt
enim tantum glandis intelligi ut hoc regni & tantum lucri Cæli-
donium auctores uocant ipſi falcaſtrum altera parte tantum acie te
nuiſſima ſed latiore ulnae longitudine cauda bifurca ſeu hyrundi
nis: unde & nomen habet uaginis non conditur ſed unco dependet
a cingulo Danicæ ſecures productiores quibus acies ſubtilior qui
buſq; non modo Dani ſed etiam aliae gētes iam uti cœperunt: ī uni
uerſum autem quae pro re militari circa haec cōſideranda ſunt fer
ramentorum genera ſi oleo reſtinguantur delicatior fit acies a qua
duratur in fragilitatē hircorum ſanguinis tanta uis eſt ut ferramen
toꝝ ſubtilitas nec alio acrius induretur: ferrum autem omne a rubī
gine tuetur oleum ceruſa aut liquida pix. Falx lunatum ferrum
haſtæ affixum militare quondam nunc agreſte telum: Valerius li-
bro quinto Vnumquēq; ex his falce percuſſum in cædem ſuā com
pulit: Liuius.ix.ab urbe condita lere. paſtorali habitu agreſtibꝰ te
lis falcibus geſiſque binis armati: Martialis: Fraus me certa ducis
quondā curuauit in uſus Agricolæ nūc ſū militis ante parma fui. Fu
it & quondam falx nedum terreſtris militiæ ſed nauticæ inſtrumē
tum: erant enim romanis inaudita magnitudine falces Quas cum
artificioſo quodam impulſu rudentibus hoſtiū inieciſſent nauigio
remis in aduerſum acto & rudentes uelut cultri acie tonſorii ſcinde
bantur & antennæ ſimul ac ſuperba ruebant armamenta erantque
ſuis impedimento nauibus quibus fuerant præſidio adiumento
que a falce falcati etiam currus dicti: falcibus nanque præmunie-
bantur atque in hunc maxime modum falcibus armati prodibant ī
bella cuſpides circa temonē ab iugo decem cubita extēſas uelut cor
nua habebāt quibꝰ quicquid obuium daretur tranſfigerent ī extre-
mis iugis binæ circa eminebant falces altera æquata iugo: altera in-
ferior in terram deuexa illa ut quicquid a latere obiiceretur abſcin-
deret: hæc ut plapſos ſubeunteſque contingeret. item in axibus ro
tarum utrinque binæ eodem modo figebātur falces ex omni parte
acie prominente ut in ſubiecta huiuſcemodi currus deſcriptiōe cō
tinetur







Is quadrigis ut ſemper duces hoſtium acies perturbaturos
ſe credebant in ſuas terrorē perſæpe uerterunt ut Antiocho
maxime cōtigit: Nam Eumenes ubi eas uidit haud ignarꝰ pugnæ
et q̃ anceps eſſet auxilii genꝰ ſi quis pauorem magis iniiceret q̃ iu-
xta adoriretur pugna: ſagittarios funditoreſq; et iaculatores equi-
tū non confertos: Sed q̃ maxime poſſet diſperſos excutere iubet
ex omnibus ſimul partibus tela ingerere: Hæc uelut procella partī
clamoribus diſſonis ita cōſternauit equos ut repente uelut effrenati

păſſim incerto curſu uăgarent: Romăni murices ferreós interram fundebant Q uia hoſtes exiluſſuros q̄drigas arbitrabătur: in quos cũ incidiſſent paulò poſt ſaucii. pigri inutileſq; redebăt: EST & alia mirifica bellici curr9 nō falcati ſo7a flabellis uĕtoq; in hūc mō dũ adăcti



ALLOS & ſudes idem eſſe conſtat auctore Seruio quanq̄ bis idem dictum ſit a uir .ii geor. his uerbis quadrifidasq; ſudes & acuto robore uallos: ualli namq; foſſarum fuſtes ſunt: quibus uallum præmunitur: Nam munitio ipſa proprie uallum dicitur neutraliter licet



maſculino genere Albius Tibullus poſuerit: Non arces non uall9 erat ſomnumq; petebat. Valli etiam denominatio teſte Varrone inde eſt q̄ ea uaricare nemo poſſet: uel q̄ ſingula ibi extrema bacilla furcilatam habent figuram litteræ. v. Terra autem illa quæ uallo facto propius ponitur: agger proprie dicitur. Abuſiue tamen & muros & munimenta omnia & omnem e terra ligniſq; coaceruationē ad ſubruendas urbes q̄ agantur & ducantur aggerem dicimus. Liuius li. iii. bel. macedo. Thaumatos eo tĕpore ſũma ui expugnabat: aggeribus uineiſq; & iam aries muris admotus erat. Idē in codē Omnes inde ſpes pugnantibus in ui & armis & operibus erant undiq; aggeres haud facili aditu ad moenia admouebantur. Idem ĩ eodem lib. vi. Hæc maior difficultas macedonibus erat q̄ romani aggere & uineis & omnibus ſupra terram operibus aut in præliis eēnt ſubter macedones cuniculis oppugnabant. Idem in eodem: Sed armati frequentes quidam ignes etiam quos aggeribus iniicerent: ferebant. Idem in eodem lib. vii. Vtrinq; uineas & aggerem muro iniunxit & cum teſtudinibus arietes admouit.



Ratheracta pheneſtra uel porta ferrea crati perſimilis quae
annulis & clauis ferreis a funibus pendet: ut ſi hoſtes intraue
rint demiſſa eadem extinguantur incluſi. Liuius. xxvii. Hannibal
quarta uigilia ferme ad urbem acceſſit primi agminis erant perfu
gæ romanorum & arma romana habebant: hi ubi ad portam ē ue
tum latine omnes loquentes excitant uigiles apeririq; portam iubēt
conſulem adeſſe uigiles uelut ad uocem eorum excitari tumultuan
ti trepidatione moliri porta cratheracta clauſa erat eam partim ue
ctibus leuant: partim funibus ſubducunt in tantū altitudinis ut ſubi
re recti poſſent uix dum ſatis patebat iter cum perfugæ certatim ru
unt per portam & quom quingenti ferme intraſſent remiſſo fune q̄
ſuſpenſa erat cratheracta magno ſonitu cecidit.





INSTRVMENTVM EXVRENDI PORTAM



Inſtrumentum perfrigendi catharactam uel feneſtram ferream





Turris in ſublime ductilis



Turris mobilis ac uerſilis omnia munimenta aduerſe urbi ſuperans altitudine ſua q̄ admota cathapultis baliſtisq; per omnia tabulata ciſ poſitis hoſtiū muros defēſoribus nudat

Machina urbium expugnatrix Plutarchus in Demetrii uita



Halae turres ſunt ligneæ quæ apud ueteres ꝑpter ſpectatores a lignis erigebantur ꝙ ſi ex materie larigna fiant atque uerſiles tutiſſime ſunt: flammam enim miſſilem et ictus qualitate materiæ at uertigine ſua non admittunt Turres autem a tornis dictæ teſte uarrone: uelut alii ꝙ terretes ſint et recte: hæ enim tam etſi quandoque quadratæ ſint: procul tamen uidentibus rotundæ exiſtimātur: ideo

quiá oīs cuiuſq; anguli ſimulachrū p longū aëris ſpaciū euaneſcit atq; cōſumitur & rotūdū uidetur. Rotundæ itaq; aut poligoneæ ſunt faciēdæ quadratas enim machinæ celerius diſſipant ī rotunditatib9 q; ad centrum adigendo ledere non poſſunt.





EXPVGNANDE TVRRIS INSTVMENTVM



Arabica machina ad expugnationem urbium magna et ingens ui rispontibus ſchalis uariiſque inſtrumentis bellicis refecta





Fiſtula per quam a foſſa uel a caſtello aquam exhauriendo educas



Aliud educendi aquam inſtrumentum





Alia duo ad exhauriendum aquam inſtrumenta.





Alia duo inſtrumenta ad hauriendum aquam





Pons pro defenſione.





LVTEI crates e uimine ſunt quæ ſolebant opponi militibus opus facientibus et apellabatur militares: nūc & tabulæ quibus quid præſepitur eodem nomine ſequuntur hi e uimine ſunt et ciliciis uel coriis crudis proteguntur. Triniſq; rotulis conſiſtunt quarum una in medio duæ in capitibus apponuntur: ut inquacumq; uis parte ad moueri more carpenti poſſint: hos pluteos obſidentes muris applicant eorum munitione protecti ſagittis ſiue fundis uel miſſilibus defenſi res omnes de pugnaculis ciuitatis exturbant ut ſcalis aſcendē di facilior detur occaſio



Inſtrumentũm anguſti loci eundi hoſtib9 obuiam uelint nolint cuĩ ponte ſtet funditoꝝ ſagittarioꝝq́ tela miſſilia ſpargentium manus





Telonum dicunt a longitudine quotiens una trabs in terrã prae aera defigitur quom in ſummo uertice alia tranſuerſa trabs longior dimenſa medietate connectitur eo libramento ut ſi unum caput dimerſerit aliud erigatur: in uno ergo capite cratibus ſiue tabulatis contexitur machina in qua pauci collocantur armati: tũc per funes attracto depreſſoq́ alio capite eleuati imponuntur in murum ubi tuto ſtantes & hoſtibus nocere & proſpicere poſſint & renunciare q̈s res aduerſarii conentur efficere. Telonis autem forma hæc eſt.



Sambuca dicitur ad ſimilitudinem cythare uel organi machina: qua urbs opugnatur. nā quemadmodum in cythara uel organo cordæ ſunt: ita in trabe quæ iuxta trabem ponitur funes ſunt interdumq; qui de ſuperiori parte turricule pontem laxant trocles ut deſcendant ad murum ſtatimq; de turri exeunt bellatores & per eam tranſeuntes mœnia urbis inuadunt.





Exoſtra pons dicitur qui de turri lignea in murum repente producitur: factus eſt duabus trabibus ſeptuſq; uimine: quem ſubito p latum inter turrem murumq; conſtituunt & per eā egredientes machinam bellatores in ciuitatem tranſeunt & muros occupant.



Rota dentata pontem producēs cum gradibus quibuſdam intus ad motum & hominum aſcenſum per eam.







Terebra ferrea ſuſtendi pontis uerſusq; in ipſius caſu quo minus erigatur in ſublime hoſtibusq; urbis ingreſſus.

## Erigendi pontis inſtrumentum



## Producendi pontis inſtrumentum.





Muſculus coniculo fit ſimilis: quo murus præfoditur: exquo & appellatur quaſi muruſculus: uel muſculi : ut inquit Vegetius renatus a marinis belluis nomen ſibi uendicant: Nam quemadmodum illi quũ minores ſint: tamen balenis auxilium adminiculũq; iugiter exhibent:ita iſti quum ſint machinæ breuiores uel deputatæ turrib9 magnis aduentu illaꝝ parant uiam itineraq; præmuniũt. Muſculum autem appellauit antiquitas machinas minores:quibus protecti bellatores ſudibus præ munitas oppidorũ foſſas demoliretur : Quib9 turris ambulatoria ſine impedimento iungeretur ad murum.



Scala licet a quibuſdam ſingulariter uſurpetur & ſacris in litteris In libro Gene. uidit Iacob ſcalam : ſcriptum ſit : ſcalæ tamen ſecundum Varronem Quintilianum & Focam dicuntur ꝓprie aut latine magis ſiue unæ ſint ſiue plures quia numeri tantum pluralis eſt nomen: ut literæ quom epiſtolam ſignificant. Saluſtius in Iugurthino: deinde ubi unæ atq; alteræ ſcalæ communitæ ſint qui ſuperſteterant afflicti ſunt: non dixit una atq; altera. hanc autem formam uariam licet ac multiformem facile qſq intelliget Siquæ ſunt infra picturæ lineamentis oculis ſubiecta proſpiciet.







Calceus cum annulo ferreo.  Aliud genus ſcalæ.



Aliæ ſcalæ diſiunctæ





Alia genera ſcalarum













Aliud genus ſcalarum quod rotis & canto uehitur





Bombarda ut uulgo dicitur metallica machina eſt quæ ignis in
cendio & ſulphureo puluere imo tartareo magis glandes eneas ſta
meaſq; pilas & globoſa grandioraq; ſaxa conuoluens horiſono frago
re ac tonitru longe lateq; iactata muros urbium quatiens & obſtantia
q̄q; demolliens. Archimedis ut putatur inuentũ eo tẽpore quo Mar
cellus ſyracuſas obſidebat ut ſuoꝝ ciuiũ libertatẽ tueretur: patriæq;
excidium uel auerteret uel differret: & quo noſtri tẽporis duces ac
imperatores ut liberos populos uel iugo uel excidio præmant utun
tur. Hoc autem nomen bombarda apud idoneos latinæ linguæ ſcri
ptores nuſquã inuenio: q̄q̄ huiuſmodi nominis impoſitio a ſonitu
tracta mihi nequaquã uideatur abſurda. Quid enim aliud ẽ bom
barda q̄ bombus ſiue bombizatio quædam ardens: ſed nolim eiuſ-
dem dictionis originem aliquam ab aliis doctiſſimis intactam ſcri
ptoribꝰ pertinaci nimis ſenſu atq; iudicio aſſerere ne cui forte uide
ar argutior: id autẽ audacter dixerim baliſtæ uel tormenti uel ma-
chinæ appellatiōe contiueri. baliſta enim a græco uerbo deducitur
quod latine dicitur iacio: quicq̄d igitur ſiue ſaxa iacit ſiue ſagittas re
cte baliſta poteſt appellari. Noniꝰ Marcellꝰ: Baliſtæ ſunt maiora ſa
xa & grauiora quibus iaciũtur. Victruuius li. x. arch. Sed tñ nulla
baliſta perficitur niſi ad præpoſitam magnitudinẽ ponderis ſaxa
quod id organum mittere debet. Horoſius li. iii. hiſtoriaꝝ: Regulꝰ
bellum carthaginenſe ſortitus iter cum exercitu faciens haud ꝓcul
a flumine Bragada caſtra cõſtituit ubi quom plurimos milites aq̄n-
di neceſſitate ad flumen deſcendentes ſerpens miræ magnitudinis
deuoraret: Regulus ad expugnandam beſtiam cum exercitu profe
ctus eſt ſed nihil in tergo eius proficiſcentibus iaculis atq; omni te-
loꝝ ictu irrito: quæ per horrendam ſquammaꝝ ſtatẽ quaſi per ob-
liquam ſcutoꝝ teſtudinem labebantur: miꝝq; in modum ne corpꝰ
lederent ipſo corpore pellebantur: quo inſuper magnã multitudinẽ
morſu cõminui impetu proteri alitu etiam peſtifero exanimari ui-
deret: baliſtas deferri impetrauit per quas murale ſaxum ſpinæ eiꝰ
incuſſum compagem totius corporis ſoluit. Valerius maximus de
eodem ſerpente li. i. quom teloꝝ iactu perforari nequiret ad ultimũ
baliſtaꝝ tormentis undiq; petitam ſilicum crebris & põderoſis uer-
beribus procubuiſſe. Ouidius de triſtibus li. i. Nec leuius tabulæ la
erum feruntur ab undis: quam grauẽ baliſtæ mœnia pulſat onus:
dem in nono metaph. Nec leuius pulſata ſonat quam ferreus olim



Quom laceras aries baliſtaq; concutit arces. Seneca queſt. na. libro
ſecundo: Nam baliſtæ quoq; & ſcorpiones tela cum ſono expellũt
ſicq; non imitabile fulmen ut Maro inquit: humana rabies quodam
magno auctore teſte imitata eſt: q; autem ſagittas iaciat baliſta au-
ctor eſt Amianus Marcellinus rerum geſtarum. xxiiii. Aſſiſtit in
quit artifex contemplabilis & ſubtiliter apponit in temones cauami
ne ſagittam ligneam ſpiculo maiore conglutinatam & cum ad ex-
tremitatem neruoꝝ acumẽ uenerit ſummum percita interno pulſu
a baliſta ex oculis aduolat: interdum nimio ardore ſintillans: & eue
nit ſæpius ut antequã telum cernatur dolor letale uulnus agnoſcat:
Idem. xxv. Tum aptare ligneis ſagittis baliſtæ flexu ſtridore toro
uebantur creberrima ſpicula funditãtes. hieronymus libro primo
contra Iouinianum: Baliſta q̄nto plus retrahitur tanto fortius emit
titur. Lucanꝰ in ſecondo. Tortaq; per tenebras ualidis baliſta lacer
tis Multifidas iaculata faces. hanc & græci R in fine addentes bali-
ſtram dicunt quã & ſyrophenicas inueniſſe. vi. na. hiſto. Pliniꝰ au
ctor eſt. Ancon aũt antiquiſſimus hiſtoriaꝝ auctor ſcribit pulſum
a ioue Saturnum fugiſſe in græciam ubi monſtruoſoꝝ hominum
exercitum congregauit contra quem iupiter alpeſtrem partẽ occu-
pans baliſtarum uſum docuit: proinde uictoria potitꝰ fingitur a po
etis iouem de cælo pepuliſſe & Cretæ regno priuaſſe.








Tormenta inſtrumenta bellica ad diruenda oppida euertendaſq; urbes ſic dicta quod tela torqueant hoc eſt gyro celeri ſaxa rotent iaciant et mittant. Liuius.xxiiii.ab urbe condita. Aduerſus hunc naualem apparatum Archimedes uariæ magnitudinis tormēta in muris diſpoſuit in eas quæ procul erant naues ſaxa ingenti pondere emittebant. Ioſephus belli iudaici li.vi.habebant etiā baliſta.ccc.et.l.tormēta ſaxorum quibus difficiliorem aggerū extructionem romanis efficiebant. Cicero antonianarū.vii. Quid ille faceret inducias ante conſules oculoſq; legatorū tormentis Mutinam uerberauit. Virgilius in undecimo: Continuo aduerſis tyrenus et acer aconteus conixi incurrūt haſtis primiq; ruinam dant, ſonitu ingēti perfractaq; quadrupedantum pectora pectoribus rumpunt percuſſus aconteus fulminis in morem aut tormento ponderis acti præcipitat longe et uitam diſpergit in auras. Idem in duodecimo: Murali concita nunquam tormenta ſic ſaxa fremunt: Nec fulmine tanti deſultant crepitus. Seneca queſt.na.li.ii. Nubium intra ſe compreſſarū anguſtiæ medium ſpiritum emittunt et hoc ipſo inflammant ac tormēti modo eliciunt. tormenta etiam miſſilium inſtrumenta ſunt a torquendo dicta: Virgi.ii.geor. ictireos taxi torquentur in arcus. Firmianus libro ſecundo contra gentes urbe a Gallis occupata obſeſſi in capitolio romani cum ex mulierū capillis tormenta feciſſent ædem Veneri caluæ conſecrarunt. Seneca de ira libro primo: Quorū opus eſt concitatur remittiturq; non aliter quam quæ tormentis exprimuntur tela in poteſtatē mittentis ſunt quantum torqueantur.



Machina tormentũm murale urbes labefaciẽs & oppidum inoc
ñia. Tragicus in thieste Admotis nihil eſt opꝰ urbes exterrere ma
chinis longe ſaxa rotãtibus: Valerius maximus libro quinto. Q
uero Metellꝰ celtibericũ in hiſpania gerens bellum quom urbẽ cẽ
tobricam obſideret & iam admota machinis partem muri quæ ſola
conuelli poterat diſiecturus uideretur humanitatem propinquæ ui
ctoriæ prætulit. Nam quom Rectogenis filios qui ad eum trãſierat
Centobricenſes machinæ ictibus obieciſſent ne pueri in conſpectu
patris crudeli genere mortis cõſumerentur quãquã ipſe rectogenes
negabat eſſe ĩpedimento: quo minus etiam per exitũ ſanguinis ſui
expugnationem peragerent per obſidionem diſceſſit: quo quidã tã
clementi facto & ſi non unius ciuitatis mœnia: omnium tamen celti
beraꝝ urbium animo cœpit effecitq; ut ad redigendas eas in deditio
nem populi romani nõ multis ſibi obſidionibus opus eſſe. Seneca
epi. li. xvii. Multi inueniuntur qui ignem inferant ui bi qui inexpu
gabilia ſæculis & per aliquot ætates tuta proſternant qui equum ar
cibus aggerem attollant & muros in miram multitudinẽ adductis
arietibus ac machinis quaſſent. idem decimoquarto. Philoſophia
circũdãda eſt inexpugnabili muro quem fortuna multis machinis
laceſſitum non tranſit. Plutarchus in uita Marcelli: Vt uero machi
nas inſtruxit Archimedes uaria miſſilium genera & imẽſe magni
tudinis ſaxa incredibili fragore & celeritate iacula aduerſum terre
ſtres emittebat copias. Ioſephꝰ li. iii. belli iudaici: miſſaq; machinis
ſaxa & muroꝝ minas auferebant & frangebant angulos turrium:
Viroꝝ autem nulli tam fortiter conſtipati erant ut nõ uſq; ad extre
mam aciem ſaxi magnitudine & uiolentia ſternerentur. Sciet autẽ
aliquis huius machinæ uis quantum ualet ex his quæ illa nocte cõ
tingere in muro cuidã ex circũſtantibus Ioſippo caput auulſum eſt
eiuſque ad tertium ſtadium ueluti funda excuſſa caluaria. Interdiu
quoq; pregnantes fœminæ icto utero ad dimidiũ ſtadiũ infans ab
actus eſt tanta tormento uis fuit. Ergo machinis terribilior erat im
petus & miſſilium ſtrepitus: idem in eodẽ libro ſexto: Cunctiſq;
agminibus contra excurſus erãt machinæ cõparatæ mirabiles præ
cipue uero legioni decimæ: baliſtæ uero uehementiores & tormen
ta ſaxoꝝ quibus non ſolum irruentes ſed etiam ſuper murum ſtan
tes euertebantur: Nam & ſingula ſaxa talenti pondus æquabant et



ultra modũ ſtadii torquebantur ictus aũt non ſolum primis quos
offendiſſent: ſed aliquando poſterioribus quoq; intollerabilis erat
iudæi primo cauebant a lapidibus ꝙ erant candidi: nec tantũ ſono
& fremitu noſcebãt ſed claritudine proſpiciebantur deniq; ſpecu
latores in turribus præſidentes prædicebant quando impelleretur
machina ſaxumq; ferretur patria lingua clamãtes filius uenit itaq;
prædicebant in quos ueniret atq; ita uitabant & hinc eueniebat ut il
lis declinantibus lapis irritus intercideret proinde contra Romani
excogitabant atramento decolorare lapides: tunc enim miſſi non
ſimiliter incertos ictus habebant multoſq; ſimul unius impetu cor
rumpebãt. idem in eodem: Ad Antonianam uero ab ipſis ſociis cũ
multitudine zelotarum non ſolum ꝙ de loco ſuperiore pugnabant
uerum etiam ꝙ machinis uti didicerant. Paulatim enim uſus alu
it peritiam. Ariſtoteles li. vii politi præſertim hoc tempore in quo
tormenta & machinæ ad obſidiones urbium cũ omni ſubtilitate ſũt
adinuenta. Laertius Diogenes libro de uita philoſophoꝝ. de metal
licis inquit machinis ſcripſit Strato philoſophus. Claudianus libro
ſecondo. hæc ſi nota forent frueremur ſimplice cultu: claſſica non
fremerent non ſtridula fraxinus iret: Non uentus quateret puppes
non machina muros: utq; in his bellicis inſtrumentis tuã tibi Sygiſ
munde Pandulphe quandoq; memorem inuenta memorem & cæ
teris quibus illa uſui fore non ambigo. Ponitur ante oculos machi
na prius inuiſa a ſæculiſq; inaudita: quippe quæ ſecundo ſine ſubſel
lio aliarum præter omnium morem dictu mirabile librata ĩnixaq;
ſolo ac grauitate poſt ſua preſſa perſiſtit. Egregiũ ſane inuentũ au
ctore te præclariſq; ducibꝰ præſentibꝰ ac poſteris q̃ maxĩe dignum



Inuentum eſt quoq machinæ huiuſce tuum Sigiſmõde pandulphe qua pilæ æneæ tormẽtarii pulueris plenæ cũ fungi aridi fomite urientes emittuntur.








Vericula duo tormentaria







Inſtrumentum erigendi machinam in ſublime



Inſtrumentum erigendi pone machinam deprimendiq;





Inſtrumentum ad tormenta deprimenda extollendaq;






TVRRIS·TORMENTARIA




MACHINA VERSILIS












Vinea machina ex lignis levioribus colligatur latitudine pedũ octo altitudine ſeptem longitudinis uero .xvi. cuius tectum muni tione duplici tabulatis cratibuſq; contexitur latera uero uimine ſe piuntur unde nomen ortum putant ne ſaxorum telorumq; impetu penetrentur. Extrinſecus autem ne immiſſo cõcremetur incẽdio cru dis uel recentibus coriis uel cẽtonibꝰ operitur. quomodoꝗ plures factæ fuerint iunguntur in ordine ac rotis ducũtur: his deniꝗ tuti obſidẽ tes ad ſubruenda muroꝝ penetrant fũdamenta. Lucanꝰ in .iii. Tũc adoperta levi procedit uinea terra: ſub cuius pluteis et tecta fronde latentes Moliri nunc ima parant et uertice ferro Mœnia nunc aries ſuſpenſa fortiter ictu: incuſſus denſi compagem ſoluere muri Ten tat et impoſitis unum ſubducere ſaxis. Liuius ab urbe con. xxi. ad uerſus eum uineas agere cõſtituit per ꝗs aries mœnibus admoueri poſſet. idem in eodẽ: itaꝗ acrius de integro ortum eſt bellum plu ribuſꝗ partibus uix accipientibus quibuſdam operæ locis uineæ ce ptæ agi admoueriꝗ aries. Teſtudo eſt ſcutoꝝ cõnexio in modũ teſtudinis: nãꝗ in armoꝝ generibus ſumunt milites ab animalibus nomina ut aries: teſtudo. hæc ex materia & tabulatis etiam cõtexitur quæ ne exuratur incendio coriis uel ciliciis uel centonibus ueſtitur & ad ſimilitudinem ueræ teſtudinis uocabulum ſumpſit. nam ſicut ubi ſe illa recepta in ſuum tegmen eſt tutam ad omnes ictus uidemꝰ eſſe ubi uero caput modo & modo reducit modo profert ictibus patere ita machinamenti hoc genere incluſi tuti ſunt interdum dum redu cunt trabem: interdum quæ exerunt ut fortius cedant detecti perſæ pe ceduntur. Teſtudo etiam qua acceſſus ad murum poteſt haberi ſic erit facienda; Baſis compaginatur quadrilatera cui in quibꝰ uer ſantur ſupponuntur rotarum axes laminis ferreis concluſi ita ut ha beant cardines & foramina quo uectes traiecti uerſationes eaꝝ ex pediãt uti ante & poſt ad dextrum læuumque latus: ſiue oblique ad angulos opus fuerit ad id uerſatis progredi poſſit. Poſſunt autem ſi opus fuerit hi maxime ex octo rotis eſſe quibus agatur uerum ſecundum loci naturam opus erit temperare. Tegatur autem te ſtudo hæc ex omni materia quæ maxime uim habere poſſit reſi ſtendoque robur præter pinum uel alnum uel aliud id genus: hæc enim fragilia ſunt & ignem facile admittentia ueluti ignia omnino non poſſit huic machinæ obeſſe. Argilla inſuper cum capillo ſuba cto ad eam quam decet craſſitudinem inducatur circa tabulata col

locentur crates ex tenuibus uirgis creberrimis texta maximeque re-
centibus percrudis coriiſq duplicibus conſutis ſultis alga aut paleis
in aceto maceratis circũcirca tegatur machina tota ita a plagarũ ictibus & incendiorum impetu tuta ſit.



Non mihi etiam uidetur alienum de teſtudine quam Hector byzantius fecit: quibus rationibus ſit acta exponere. Frons eiꝰ erat quemadmodum anguli trigoniorum uti a muro tela cum in eos mittantur non planis frontibus excipiant plagas: ut hic





Eſt aliud quoq genus artificio non minori et terrificum quidẽ in hunc modum compaginatum:



Aries machinationis genꝰ eſt cuius forma hæc erat: ualidæ enĩ et nodoſæ arboris caput ferro ueſtitur eaq ſuſpenſa multorũ manu ad murum impellitur: deinde retrorſum ducta maiori impetu deſtinatur: ſicq crebris ictibus concuſſum muri latus cedit. Victurinus archi. li. x. Aries ſic memoratur eſſe carthaginenſes ad Gadis pugnãda caſtra poſuere. quom aũt caſtellũ ante cœpiſſent id demoliri ſunt conati poſtq̃ non habuerunt ad demolitionem ferramenta ſumpſerunt tignum idq manibus ſuſtinentes capiteq eius ſummũ murum continenter pulſantes ſummos lapidum ordines deiiciebãt et ita gradatim ex ordine totam communionem diſſiparunt.



Poſtea quidam faber Tyrius nomine pheſarſemenos hac ratio ne & inuentione inductus malo ſtatuto ex eo alterum tranſuerſum uti trutinam ſuſpendit & in reducendo & implendo uenientibus pla gis deiecit Gaditanorum murum.





Tetras autem Calcedonius de materia primum baſim ſubiectis rotis fecit ſupraq; compegit & in his ſuſpendit arietem coriiſq; bubulis texit ut tutiores eſſent: qui in ea machinatione ad pulſandum murum eſſent collocati: id autem quod corios habuerat teſtudinē arietariam appellare cepit: his tunc primis gradibus poſitis ad id genus machinationis



Eſt aries quoq; belli iud.li.iii.auctore Ioſepho immenſa mate
ria malo nauis aſſimilis cuius ſummum graui ferro ſolidatum ē in
arietis effigiem fabricati unde etiam nomen accepit.dependet autē
funibus medius ex trabe alia uelut ex trutina palis utrinq; fultis be
ne fundatis:retrorſum autem magna uirorum multitudine repul
ſus hiſdemq; ſimul rurſus impellentibus miſſus in fronte prominē
te ferro mœnia percutit.Nec ē ulla tam ualida turris aut murorum
ambitus adeo latus ut & ſi priores ictus fortiter ſuſtinuerit aſſiduos
uincat.Cæſar ſiue alius pro eo commentariorum ſuorum.xiii.litte
ras in Siciliam nuntioſque mittere ut ſibi crates materieſque conge
ri poſſet ad arietes cuius inopiam Aphrica eſſet.Ammianus Mar
cellinus rerum geſtarum quarto.Ad arietem ueniem9 eligitur abi
es uel ornuſ excælſa cuius ſummitas duro ferro concluditur & pro
lixo arietis efficiens pronam illam ſpeciem quæ forma huic machi
namento uocabulum indidit;& ſi ſuſpenſa utrinque tranſuerſis aſ
ſeribus & ferratis quaſi ex lance uinculis trabis alterius continet ea
quę quantum menſuræ ratio patitur:altitudo retropellens rurſus ad
robora quæq; rumpenda protendit ictibus ualidiſſimis inſtar aſſur
gentis uel cadentis armati;qua crebritate ueluti reciproci fulminis
impetu ædificiis ſciſſis in ruinas concidunt:ſtructuræ laxatæ muro
rum.Huiuſce autem arietariæ trabis formam romæ i.L.ſeptimi tri
umphali arcu marmoreo lapide celatam inuenies.Alii quoq; arietē
non muros demoliri ſed ſaxa rotari perhibent.Claudianus. Tum
tua murali libretur machina pulſu:Saxa rotet preceps aries ꝓtecta
que portas teſtudo feriat ruat emerſura iuuentus Illud etiam nec de
nuo prætereundum eum qui equ9 tunc appellabatur:nunc arietem
in muralibus machinis nominari:equo uero uehi gradiente qui &
ipſe militare inſtrumētum eſt.Bellorophontem tradunt equorum
frenos & ſtrata equoſq; inſternere:pelletronium pugnare:denique
ex equo theſſalos.ad huiuſmodi autem crebros equorum uel aris
tum impulſus quominus murus percuſſiōe lederetur. Maiores no
ſtri demittebant laqueum & eo conſtricto circum agentes ſuſpēſo
capite eius declinabant ictus muroꝝq; nec patiebantur infringi: ſimi
li modo ſaccos paleis aceto maceratis refertos qua ſemp arietis im
petum ferire uiderent demitti iubebant ex muro ut eo modo ſecun
di ictus errarent aut exceptas plagis laxitas fruſtraretur. helepo
lim muralem machinam ad expugnandas urbes dicim9. Amian9



Marcellinus reꝝ geſtaꝝ.xxiiii.pro his arietum meditamentis iam
crebritate deſpectis cōditur machina ſcriptorib9 hiſtoricis nota quā
helepolim græci cognominamus cuius opera diutina demetrius An
tigoni regis filius Rhodo aliiſq; urbibus oppugnatis Polio Cretes ē
appellatus,ædificatur autem hoc modo.Teſtudo compaginatur in
magnis aſſeribus roborata longioribus ferreiſq; clauis aptata et cō
tegitur coriis bubulis uirgaꝝq; recenti textura atq; limo aſperguntur
autē ei9 ſupma ut flammeos detractet et miſſiles caſus. conſeruntur
autem eius frontalibus triſulce cuſpidis præacutæ ponderibus ferreiſ
trabes.Qualia nobis oſtendunt pictores fulmina ut quicqd præte
rierit aculeis exertis,ꝓrumpat:hanc ita ualidam molem rotis et fu
nibus regens numeroſus intrinſecus miles languidiori muroꝝ par
ti uiribus admouet concitus:et niſi deſuper præpugnantium ualue
rint uires colliſis muris aditus patefacit ingentes.Ad hæc repugnā
tium licet uires plurimum poſſint eorum non minus ualent inge
nia quod rhodienſibus memoratur uſui inueniſſe.diogenes enim
fuerat rhodius et ei de publico quot annis certa merces pro arte tri
buebatur ad honorem ea tempeſtate quidam præſtāti ingenio no
mine callias rhodium quom ueniſſet exempla protulit muri ſuper
que eo machinam in carcheſio uerſatili conſtituit quæ helepolim
ad mœnia accedentem corripuit et traſtulit intra murum hoc rho
dii quom uidiſſent admirati ademerunt diogeni quod fuerat quotā
nis ei conſtitutū eumq; honorē ad calliam trāſtulerunt.Interea rex
demetrius contra rhodium bellum cōparando epimacū athenien
ſem talium inſtrumentoꝝ ſummum artificē ſecum adduxit is autē
cōparauit helepolim ſumptibus maximis induſtria laboreque ſum
mo cuius altitudo fuerat pedū centum.xxv.latitudo ſexaginta cilici
is et coriis ita cōfirmatam ut pati poſſet quoſlibet ictus a baliſta mi
ſſos: quom autē Callias rogaretur a rhodiis ut contra eam helepo
liam machinam parare et ut illā uti pollicitus erat tranſueheret in
tra murum negauit poſſe.Nonnulla enim ſunt quæ in exemplari
bus paruis uidentur uiriſimilia:quom autem creſcere cæperunt di
labuntur et quod pollicetur deſinunt ut etiam poſſum9 hic aīaduer
tere terebratur.terebra foramen ſemidigitale uel digitale ſi eodem
modo eademq; ratione uoluerimus palmare facere nō habet expli
cationē eodem modo eademq; ratione rhodii decepti iniuriam cū
contumelia diogeni ita fecerūt itaq; poſtq̄ uiderunt hoſtē ꝓtinaciter

infeſtum periculū ſeruitutis machinationem ad urbem capiendam
comparatam uaſtitatē ciuitatis expectandam pcubuerunt diogeni
rogantes ut auxiliaretur patriæ primo qa laceſſitus iniuria negauit
ſe facturū: poſteaq̄ ingenuæ uirgines et ephœbi oēs cū ſacerdotibus
uenerunt ad depcandū: tunc eſt pollicitus uerū his legibus ut ſi eam
machinam cæpiſſet ſua eſſet: omnibus uno ore annuentibus ita uel
le q̄ parte machina inceſſura erat ea murū pcudit et iuſſit oēs publi
ce et priuati q quiſq habuiſſet aquæ ſtercoris et luti per eā feneſtrā
p canales pgredietes effūdere ante murū quom ibi magna uis aquæ
luti ſtercoris nocte pfuſa fuiſſet. poſtridie helepolis accedēs anteq̄
appinq̄ret ad murū in humido uoragine facta conſedit nec pgredi
nec egredi poſtea potuit. itaq demetrius quom uidiſſet ſapiētia dio-
genes ſe deceptū deluſum atq fruſtratū eſſe cum claſſe ſua diſceſſit
tunc rhodii diogeni ſolertia liberati bello publice gratias egerunt:
honoribuſq omnibus et ornamentis exornauerunt. Diogenes aūt
helepolim reduxit in urbē et in publico collocauit et inſcripſit: Dio
genes e manubiis id populo dedit munus ita in repugnatoriis rebus
non tantum machinæ ſed etiam conſilia maxime ſunt cōprobāda.





Sunt præter hæc quæ caſtris uſui eſſe perhibent alia innumera-
bilia et pene infinita inſtrumentorū & machinationum genera ſtru
cturis et demolitionibus q̄m maxime neceſſaria: et ne ſingula enu-
merando ſim longior uniuerſa quæ in q̄cunq urbe opportuna eſſe
creduntur duci præſto eſſe debet ut in quouis loco caſtrametabitur
munitam omnium rerum uicinitatem poſſit effingere. De repugna-
toriis autem non eſt literis explicandum: non enim ad ſcripta no-
ſtra hoſtes comparant res oppugnatorias: ſed machinationes eorū
ex tempore attrito pugnandi uſu et experientia rerū magiſtra ac ſo-
lerti conſiliorū celeritate ſine machinis ſæpius euertuntur:

Aec inſtrumētorū genera uariæ etiam ſignorum ſpecies cō
ſequuntur: ſigna autem ſunt quæ conſpicientes milites recogno
ſcant in præliis et ad quæ a conflictu ſe ſæpe recipiunt uexillo e ſub
limi romanorum more q Mars gaudet ſanguine cocco uelitate co
lores in his & figuræ pro uoluntate ducum caſu aliquo uel rerū oc
currentium auſpicio fuere: A primordio nanq ut his conuenientes
ſimul homines ex ſyluestri uita primum carnibus humanis ueſce-
bantur bellabantur q inuicem eo cui plus uirium inerat ſuperante
cum iniuriis potentiorum imbecilles urgēte neceſſitate edocti acie
facta ſignum animalis ſibi ex his quæ poſtea conſecrata fuerit præ
poſuere aliquod poſtmodum congregati infirmiores aduerſus ali
orum iniurias ſe tuebantur: quo factum eſt ut animali quod ſalu
tis cauſa fuerat honores tribuerentur. ſic Aegyptios ueteres: apud
quos nulla militaris erat diſciplina: quom a uicinis ſæpius bello ue
xarentur excogitaſſe ferunt aliquod inſigne quod milites ſequerē
tur figuras igitur animalium quæ nunc colunt tabulis fictas duces
eorū in bello tuliſſe: eaq ex re cognito ſeruatoq ſub quo quiſq mili
taret ordine uictoriam conſecuturos. Cæſar in arato quoq refert
Aglaoſthem dicere Iouem quom ex inſula Naxo aduerſus titanas p
ficiſceretur & ſacrificium faceret in litore: Aquilam ei in auſpiciū
aduolaſſe quam uictor bono omne acceptam tutele ſubiugauerit:
ſacra uero hiſtoria antea etiam conſediſſe illi aq̄lam in capite atq
ei regnū portēdiſſe teſtatur aquilam auctore diodoro thebæi etiam
honorant: tum quia regia uidetur auis. tum Ioue digna. Alii inter
quos eſt Ioſephus ob hanc cauſam apud romanos agminibus præ
eſſe aiunt: quod & uniuerſarum auium regnum habeat & ſit ualidi
ſſima itaq illam & pricipatus inſigne putant moēq uictoriæ quod
unq bello petierint.



Draco etiam aliquando ſignum fuit ex quo phitonem
ſerpentem Apollo ſagittis interemit. Apollinem enim quiq;
diuinatorem et medicum maiores noſtri uellent ipſum ta
men etiam ſolem dixerunt et ipſum titanem quaſi unum ex
titanis qui contra Iouem bella geſſere phitium quoq; apolli
nem uocari aiunt a Phitone immenſæ magnitudinis ſerpen
te. cuiꝰ non magis uenena q̃m magnitudo terrebat: hūc apol
lo ſagittarum ictibus ſternēs nominis quoque ſpolia repor
tauit ut phithius uocaretur unde ab inſigne uictoriæ coro
nam lauream ut Pyndarus atq; Callimachꝰ memerant apol
lo induit ac phithia ſacra celebranda conſtituit. Alii non a
phitonis morte uerum ab hercule uel auentino eius ac rhea
nato hoc inſigne cœpiſſe ferunt. nam quom horrenda per
ſæpe monſtra hercules ipſe domuiſſet & uictor ac ouans
ſtratarum ſpoliis ferarum clypeis affixis ſeſe populis oſten
taret: inter cæteraque monſtra hydram ſuorum capitum ex
creſcentem cæde proſternens clariſſimis tropheis eius adie
ciſſet: poſtea ſatus eo auentinus turni caſtra aduerſus æneam
ſecutus ac pedes ipſe aciem agens centumque tulit ſerpenti
bus hydram: hæc de ſerpentis nece ab Apolline interempti
de ſagittis phytiique cognomine ac hercule communis ha
bet aſſertio. eſto alia atq; alia et naturalis quidē ratio ut ſcri
bit Antipater ſtoicus et Cornificius in ethymis & Plato et
euſebius in temporibus haberi poſſit.



Porro ſub Romulo pauper adhuc romanus exercitus ho
ſtis fœni manipulos illigabat & hos pro ſignis gerebat. Oui
dius in faſtis. illa quidē fœna ſederat reuerētia fœno: Quam
tam nunc aquilas cernis habere tuas Partica ſuſpenſos por
tabat longa maniplos. unde maniplaris nomina miles habet



Dehinc quattuor principalia ſigna in caſtris haberi cæ
pere lupi minotauri equi & apri uer[illegible] duo tantum quorum a
pertam equidem rationem inueneritmus apri ſcilicet & mi
notauri: apri nanq; q; cōfecto bello inter quos pax fieret cæ
ſa porca fœdus ſolerent firmare: a quo qui reſiliret: non ali
ter ac porca lapidibus crudeliter obruta necaretur.



Minotauri natura duplici ut qui uſq ad humeros taurus cetera homo ſit proinde ꝙ non minus uaria et occulta eſſe debent conſilia ducum q̃ fuit domicilium quondam eius laborinthus:



Lupi autem effigiem inter ſigna militaria extitiſſe pinde ꝙ eiuſmodi animalis lacte Martii pueri nutriti ſunt. uel ꝙ i tutela Martis id animal fuiſſet eiq dedicatum manifeſtis creditur argumentis. eteni lupus rapax animal uorax et ſuapta natura ablata conſumēs maximeq id tēpus aptum rapiendo pecori quod milites in diripiendis urbibus ſolent obſeruans quod eſt ante Lucanum poſt nocturnium Reddunt et aliam cauſam animalis huius ægypti fabuloſiorē tamen: nā quom iſis una cum filio Oro cum Typhoe eſſet bella dimicatura ferunt Oſiridē lupi forma ab inferis auxilio et uxori et filio ueniſſe: uictores itaq tiphone interfecto honorē ei animali impendiſſe: cuius interuentu ſubſidioq uictoria parta eſſet tradunt nōnulli agros ægyptioꝝ incurſantes ethiopes a lupis facta acie uſq ad ciuitatē elephantinā repulſos: q̃ ex re ſit et locꝰ ille dictꝰ licopolis & eis belluis honos a poſteris habitꝰ



De equoꝝ quoq ſigno nihil præclaꝝ nihil exploratum ſatis habeo niſi ꝙ per huiuſce animantis fortaſſe ſpeciē cū bellis interſit plurimūq ualeat Martis cōmoditatē deſignare uoluerint: tum quia præſagit hoc animal pugnam & gloriæ & uictoriæ cupidum eſt: tum quia armatos uehit: tum quia ſit uelox nōnunq̃ ut Martē decet & impetu ac furore maximo plenum.



Deniq̄ Aquila paucis annis ante Marium ſola in acie portari ce
pta erat. reliquā quæ & ſingulos ordines anteibant in caſtris relinq̄
bantur: abdicauitq̄ ea in totum Marius ſecundo conſulatu ſuo & ro
manis legionibus prope Aquilam dicauit. Gradiendi deinde ſi
ſtendiq̄ ordinatio diſpoſitio & totius exercitus moderatio ſignorū
cantibus gubernatur quom ad bellum progreſſiōi & item receptui
cantetur cantu & excitante & rurſus militum animos ſedante: hæc
animorum excitatio ſedatioq̄ aliquibus ex tubis ē. Philippus & ma
iores ſui quom tolli iuberent ſigna eas in uſu habuerint licet mitta
uerunt tamē q̄ ſonus impediretur tumultu & armorum ſonitu quo
minus ad omnes pertingeret: quomq̄ caſtra ſibi mouenda forent
cautum fuit ut partica eſſet in ſignum noctib⁹ igne uel fumo ſigni
ficationem dare ſolitū. Parthi cymbalis ſigna dabant in prælis inter
amazones ſiſtro ad bellum fœminarum uocabatur ſiſtebatque ex
ercitus. & enim ſiſtrum tubæ genus quo iſis deſcribitur & in ſacri
ficiis eius utebantur ægyptii a ſiſtendo ſiue ab inuentrice ſiue a pa
tria manis lingua denominationem aſſumens. Iuuenalis: Iſis & ira
to feriat mea limina ſiſtro. Virgili⁹: Regina in mediis patrio uocat
agmina ſiſtro. Lucanus ī octauo Non in templo tuam romana re
cepimus iſim: Semideoſq̄ canes & ſiſtra iubentia luctum. Idē ele
giarum ſcriptor Propercius: Scilicet inceſti meretrix regina cano
pi Una Philippeo ſanguine aduſta nota: Auſa ioui noſtro latrātem
apponere anubim & tyberim Nili cogere ferre minas Romanamq̄
tubam crepitanti pellere ſiſtro. Lituus genus buccinæ incuruae
ſic dictæ a ſonitu ut ille homeri uerſus docet ideſt inſonuit neruus
Ennius in bello lituus ſonitus effundit acutos. Sed quoniam facta li
tui mentio eſt prætermittendū non eſt quod poſſet quæri: Animad
uertimus utrum a tuba lituus auguralis appelletur an tuba a lituo au
gurum lituus dicatur utrunque enim pariter in forma & pariter in
capite incuruum Sed ſi ut quidam putant tuba a ſonitu lituus appel
letur ex illo homeri uerſu. G. neceſſe eſt ut uirga auguralis a tubæ
ſimilitudine lituus uocetur utitur autem uocabulo iſto Virg: pro tu
ba in. vi. ubi ait. & lituo pugnas inſignis obibat & haſta tanquam li
tuus nomen ſibi uendicet q̄ litis ſit teſtis. Claſſica flexibiles ſe
cundū Seruium Tubæ uel cornua ſunt reliquis minora conuocādi
cauſa facta et a calando auctore Petronio ideſt uocando dicta.



Tuba ænea eſt & hac tyrrhenos primus fuiſſe uſus tradūt & apud
eos piſeum primum atque ab illis propterea tyrrhenam appellatā
Quom enim circa maritimas oras tyrrheni prædones & pedeſtres
diſperſi non facile ad quanque prædæ occaſionem uoce aut bucci
na conuocarentur uento plerunque præpediente tubam inuenere:
utputa quæ buccina capacior eſſet hinc poſtea bellicis certaminib⁹
adhibita ad denūcianda bella ut ubi exaudiri preco per tumultum
non poterat ſonitus tubæ obſtrepentis attingeret. Inter tubam antē
& buccinam ueteres decernebant: nam quanquam buccina tubæ ſi
milis ſit uerum longior & ad bella ſolicitudinem denuncians. Pro
percius. Buccina cogebat priſcos ad bella Quirites: et Maro: Qua
buccina ſignum dira dedit. tuba autem bellum indicabat ut idē En
nium puto ſecutus. At tuba terribilem ſonitum procul aere canoro
Increpuit ſequitur clamor cælumque remugit. At hic quidē clamor
uarius eſt. nam interdum tuba canitur ut bella gerantur: interdū ad
eos qui fugiunt inſequendum nonnunq̄ receptui. Nam receptus is
dicitur quo ſe exercitus recipit unde & ſigna receptui canere dicun
tur. Cymbalorum autem tinnitus & tympanorum pulſatio ex cretici
iouis ſacris & eo matris eius myſterio quod Ouidius expoſuit in fa
ſtis contineri creditum eſt quom ait: Ardua iam dudum reſonat tin
nitibus ide. Tutus ut infanti uagiat ore puer Pars clypeis ſudibus
paleas pars tundit inanes. hoc curetes habent hoc corybantes opus
Res latuit priſciq̄ manent imitamina facti Aere deæ comites rauca
que terga mouent: Cymbala pro galeis pro ſcutis tympana pulſant
tibia dat phrygios ut dedit ante modos. tam & ſi a poetis fictam eam
opinionem quidem reſpuunt eamque uelint ingenioſe interpretari
uerum hæc quom apud uarios uaria ſortiantur officia in præfecto
rum conſultationibus terra ac mari opportunis determinā da erunt
Quot uero in religione ſint uel eſſe debeant quando qualiter p lo
co munus et officium ſuum exercere debeant præfecti ſubiectis de
ferrent ut rerum ſignificationibus datis pareant audientes.

## De bello Nauali et quando primum apud romanos quiſquē primus nauali triumpho dignus habitus eſt Ca.I.

A Mplitudo nobiliſſima rei militaris Ro
mani imperii Sygiſmunde Pandulphe
non ſolū terreſtribus uerꝝ etiam mariti
mis triūphis aucta eſt:regni coronæ im
perio maris adiecto eiuſq; gloriam ma
iores noſtri teſtati ſunt:uincentiū meri
ta ſingulari fauore proſequendo. Extat
nāq; memoria circa parta de Ancio ſpo
lia:anno ur.cccc.xvi.quæ.C.Meniꝰqui
priſcos deuicerat latinos anciatibus uictis in ſugeſtu fori capta ho
ſtium claſſe ſuffixit·ſi tñ illa claſſis nam ſex fuerāt roſtratæ naues
Appellanda uerꝝ hic numerus illis initiis ingentis gloriæ fuit meri
tum ut tribunali foro præfixa roſtra ceu populo corona impoſita
uideretur:unde et ꝓ roſtris locus nomen accepit:quōq; poſt mirifi
cis rerꝝ geſtarꝝ titulis iam clarꝝ nomē urbis eſſe cœpiſſet et arma tū
extra italiā mota non fuiſſet.P.R.quanquā ad torquendū rhemos
nauticæq; artis omnis ignarus:nihil tñ intereſſe uirtutis oſtēdit eq;
ne an nauibus terra an mari dimicandū eſſet.Appioq; Claudio cō
ſule anno urbis con.cccc.lxxviii.primū carthaginenſibus bellū in
tulit:mirꝝq; dictu claſſe ab arbore exciſa ſexageſimo die nauigauit
contra uero hieronē ſyracuſanū ducentas uiginti naues effecit die
bus.q̄drigintaquinque ut tradit.L.Piſo quibus fretum ingreſſus ē
Fabuloſis infame monſtris æſtuque uiolentū: nec ē exterritus qui
illam ipſam mentis ſuæ uiolentiam æſtus ꝓ munere amplecteretur
ſtatimque ac ſine mora hieronē regē tanta celeritate uicit ut ille ipē
ſæpius uictum ſe q̄ hoſtē uideret fateretur:Gn.aūt Duello et.Gn.
Cornelio Aſina conſſ.quom hannibal ſenior ſiue himilco pœnorꝝ
dux oram italiæ maritimam inſtructa ſeptuaginta nauiū claſſe ua
ſtaret:etiam mari aduerſus eum congredi auſus eſt: cui etiam ipſa
uelocitas claſſis comparatæ uictoriæ auſpicium fuit: intra enim ſe
xageſimam diem qua cæſa ſylua fuerat:cētum ſexaginta uel ut alii
centum triginta nauium claſſis in anchoris ſtetit: quom enim uide
ret Duellus eos multum poſſe mari claſſem magis ualidam q̄ deco
ram fabrefecit et manus ferreas cum irriſione hoſtiū ꝑmꝰ inſtituit

quibus interpugnandū hoſtium naues apprehenderet. Vt autē ad
diuit Duellius Cornelium Aſinam coſſ. alterꝫ ſexdecim cum naui-
bus lypparā pugnaſſe tanquā ab hoſtium duce ad pacis colloquiū
euocatum punicaque fraude ac aſtu captum atque in uinculis neca
tum cum triginta extemplo nauibus aduerſus eum profectus ē cō
miſſoque nauali prælio ſucceſſit: una enim & triginta naues puni-
cæ captæ ſuppreſſæ treſdecim triamilium hominum cæſa: ſeptē mi
lia capta referuntur: ipſe denique hannibal ſiue himilco ut diximꝰ
punicæ claſſis dux amiſſa naui qua uehebatur: ſcafa ſubductꝰ car
thaginem fugit et a ſenatu ua fer plurimum cū eſſet: quia apud eos
dux re male geſta puniretur: quæſiuit quid faciendum iuberēt oī
bus ut pugnarent referentibus: feci inquit & uictus ſum: ſic poenā
crucis effugit. Gn. autem Duellius quem cōtrahendi nomīs gratia
bellum nominarunt quom ſuperiores eius appellati eſſent ſemper
duelli; quia primum illud maritimum triumphum ex poenis ſolus
inuexerat: non contentus unius diei triumpho per oēm uitam ubi
a coena rediret crebra ſibi perlucere funalia precinere ſibi tibias q̄ſi
præ tanta huius uictoria quotidie triumpharet iuſſit: quod ꝗnquā
ultra urbis morem priuataque maiorꝫ eſſet exempla. Romani ta-
men æquo aīo tulere. nulla enim uictoria illis gratior fuit unquā ꝙ
inuicti terra pariter et mari plurimum poſſēt: et qui a blandiſſima
rerꝫ omnium eſt gloria quæ nec lembus ſtimulis inſita egregios ui
rorꝫ animos agit et uerſat effectatæ iam gloriæ nomen nobiliſſimi
ciues adepti magno ſtudio fabricandis nauibus incubuere.

Quæ materies fabricandis nauibus utilior. Ca. II.

Nauibus autem fabricandis animum applicantibꝰ prima
in deligenda materie conſideratio eſt adhibēda: Nos igi
tur in q̄ materie fuerit prudentiū conſenſus adhinc ſter-
nendi tempus abſoluemꝰ: robori ſpiſſa firmitas eſt tantaque duritia
ut terebrari apte niſi madefactum non queat et ne ſic quidem auel
li clauus adactus: nonnulli ex noſtris in robore cōſenſerunt in eo
dem ſenſu et galli conueniunt: durat hoc defoſſum et in aquis: ma
rina tn̄ aqua corrūpitur: Cædri oleo peruncta materie nec tineam
nec cariem ſentit: iunipero non abſimilis huic uirtus: quæ in hiſpa
nia uaſta eſt et fabricis aptiſſima nō improbatur fagus in aqua nec
alnus in paluſtribus: æterna enim eſt et oneris quantūlibet patiens
larix propter pondus ab aq̄ non bene ſuſtinetur: ꝓpter alia ꝑcipua



eſt in humore nec flammam ex igne recipit nec ab carie aut tinea
propter ſuccum uehementi amaritate leditur. uerꝫ in maritimis na
uibus obnoxiam taredini tradūt & omnia præter oleaſtrꝫ & oleam
Quædam enim in terra & quaedam in mari uitiis opportuna ſunt
infeſtantibus tradunt abietem circa germinationes ea qua dicemus
luna decorticatam non corrumpi aquis. Rurſus in ipſis arboribus
hoc etiam ſatis notum eſſe debet limites regioneſque cæli ſpectan-
das eſſe: robuſtiores enim aquiloniæ partes & in totum deteriores
ex humidis opaciſq́ ſpiſſiores ex apricis ac diuturnæ. Eſt & gentiū
in his quoq́ differentia: Alpibus apennino laudatiſſime abietes: in
gallia in corſica bythinia pōto macedonia deteriores: parnaſicæ peſ
ſime: quoniam ramoſæ contortæ: putreſcenteſq́ facile Alexādri ma
gni comites prodiderūt in Tyle rubri maris inſula arbores eſſe ex
quibus naues fierent quaſi ducentis annis durantes inuentas & ſi
mergerentur incorruptas Abies ſociabilis glutino eadem nauium
malis antenniſq́ propter leuitatem præfertur: tum ꝙ omnium ar-
borꝫ altiſſima & rectiſſima eſt. Huius inopia in ægypto ac ſyria re-
ges cedris uſi feruntur ad claſſes. Seſooſis ægypti rex nauem ex ce-
dro fecit ducentorꝫ octuaginta cubitorum longitudine deauratam
exterius: intus uero deargētatam quam dono obtulit deo: qui maxi
me Thebis colitur: celebratur quoq́ in ægypto ac ſyria ſpina dunta
xat nigra. quoniam incorrupta etiā in aquis durat: ob id utiliſſima
nauium coſtis e theda pix naualibus muniendis utilis.

Cæſionis lunæq́ tempus ſpectandum Ca. III.

Caeſionis quoq́ tempus in perſeuerante materie q̄ maxi
me refert uulgo ſatis putant obſeruare ne de dolāda ſter
nantur ante aeditos ſuos fructꝰ. Robur uere caeſum ter
redinē ſentit: bruina neq́ iaciatur neq́ pandatur alias obnoxiū erit
ut torq̄at ſeſe findatq́ quod in ſubere tempeſtiue quoq́ caeſo euēit
in infinitū refert & lunaris ratio ſiderꝫque ſunt qui omnia quae cae
duntur carpuntur tundūtur: innocentius de creſcente luna q̄ creſ
cente ſunt qui et quinta & decima luna ad uigeſimam uſq́ ſecundā
arbores praeſertim concidi debere exiſtiment ut imunis ſeruetur
a carie & aeterna materies reddatur: idq́ religionis argumento ꝙ
aeternitatem his tantum diebus placuit celebrari: ſunt qui non niſi

a uigeſima ad trigeſimam cædi uelint: ligna enim quae luna uel ad hoc creſcente deiecta ſunt quaſi emolita per humoris conceptionem fabricis quibuſque inepta eſſe dicunt: proinde circumciſas quoque ad medullam aliqui nō inutile relinquūt ut omnis humor ſtantibus defluat: inter oēs uero architectos conuenit arbores utiliſſime ſterni in coitu lunae: quē diem alii interlunium alii ſilētis lunae appellant. Sic certe Tyberius ceſar quom cremato ponte naumachiario larices ad reſtituendum caedi praefiniuit. Cato hominum ſumm⁹ in omni uſu de materiis hoc addidit. Materiem omnē non effodies luna decreſcente eximito poſt meridiē ſine uento auſtro: tunc erit tēpeſtiua quom ſemen ſuum maturum erit: caueto ne ꝑ rotem doles idq; mox niſi in trimeſtri lunaque dimidiata: nec tangas materiē tū ne effodias aut praecidas ab terra diebus quattuor ꝓximis quib⁹ luna plena fuerit optime eximitur omnino: caueto nigram integrāque materiē ne doles neue caedas ne ue tāgas niſi ſiccam neue gelidam neue rotulentam. Hæc Catonis præcepta & ſi ab his ducibus quos pauloante diximus minus obſeruata uideātur ni mirum neceſſario uel tempeſtiuo cæſionis tempore conciderunt.

De clauis quibus iungenda eſt materies & cuiuſmodi eſſe debent. Ca. IIII.

Plurimum deinde id etiam refert ferrei ne an ceteri morte malorum quibus iungenda materies in unum eſt claui eſſē debeant ac de acutis æneis ni fallor coiectura mea a ueritate haud quaquā aliena eſt. eſt enim ære uis acrior quam medici ſtiticam uocant: unde ſquamma eius adiiciunt remediis: quæ cōtra pernitiem putredinis aduocantur. Aura etiam quæ ex aere producit haurit & ex ſiccat quod male influit: uis præterea quædam remediabilis & ſiccifica æli ineſt quam dimittit in uulnere proinde auctore Ariſtotile uulnera quæ ærea cuſpide fiunt nocumenti minus afferre ex q̃ ferro faciliusque curari: Peri ergo ratione īfixum ligno propriam ſeruat ſubſtantiam & lunati & aqueo repugnat humori quū ferū huic cædat & tēpori eueſtigio rubigine exeſū atq; conſūptum.

Primus nauiū uſus et prima earum forma apriſcis probata earum nomina quique gubernandi adminicula ſeorſum primus inuenit. Ca. V.



Naue primus in græciam ex ægypto Danaus aduenit: antea ratibus nauigabatur inuentis in mari rubro inter inſulas a rege Eritrā: tunc enim nondum ceruleas pinus contempſerat undas: effuſum uentis præbueratq; ſinum: Nec uagus ignotis repetens cōpendia terris: Præſſerat externa nauita marce ratem: ſunt licet qui miſios & troianos priores rates excogitaſſe in helleſponto putent cū tranſirent aduerſus trhacas: rates enim tigna uocantur colligata quæ per aquam aguntur: quo uocabulo interdum etiam naues longas teſte Varrone ſignificari non dubiū ē. Condicarias autem naues dicimus ꝙ ab antiquis plurium tabularum contextus codex appellabatur ꝙq; qui primus romanis perſuaſerat nauem conſcendere: Claudius codex is fuit a quo nomen deductum ſicq; conſuetudo poena tenuit eo ꝙ in fluminibus uſui plurimum eſſent. Schedia genus etiam nauigii inconditū eſt trabibus tantum intra ſe nexis factum unde & mala poemata ſchedia appellantur. Trabica nauis dicta ꝙ ſit trabibus confixa: Sumia nauigii genus: auctore Cecilio Sclata genus nauigii latum magis q̃ altū ſic appellatum ea conſuetudine qua ſclocum per locum & ſtlitē per litem dicebant: Muſculus curuum nauigii genus ac breue. Scaphe Aphricano teſte nauiculæ ſunt paruæ quæ maiores naues conſequuntur: Cice. libro primo ad Heren. Magnitudine tempeſtatis oēs perterriti nauim reliquerunt: in ſcapham conſcenderunt

Actuariæ nauiculæ celeres quae remis & uelis aguntur: ſic dictæ ꝙ cito agi poſſint. Celox nauigium breue a celeritudine dictum & a Rhodiis inuentum. liui⁹ punici belli ſecundi li. i. Naues ducentas uigintiquinq̃ remes celoces uigiti deducit. Mioparo pyratarum nanicula ex corio & uiminib⁹ contexta q̃ſi minim⁹ paro. M. Tul. nā cum quæreretur ex eo quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum uno mioparone eodē inquit quo tu orbem terræ. Faſellus nauigium campanum: Saluſtius: & forte in nauigando cohors una grandi faſello uecta a cæteris deerrauit mariq; placido duob⁹ praedonum mioparonib⁹ circumuenta. Cercirus nauis maxima eſt & aſiana & quam cyprii inueniſſe feruntur. Trieres q̃s dromones græci dicunt maiores naues ſunt & longe Iſaie. xxxiii. neq̃ trieris magna tranſgredietur eum. Daniel. xi. & ueniēt ſuper eum trieres: & romani numeri uigintiquattuor ueniēt in trieribus de italia

Longa naue iaſonē primum nauigaſſe. Philoſtephan⁹ auctor

eſt: Eo namque colchos petituro ab Argo fabricata eſt: et Argos ab eo auctore in ſinu pegaſeo denominato: unde Lucanus: Prima fretum ſcindens pegaſeo littore pinus Terrenum ignoras hominem proiecit in undas. Sunt qui longa naue uſum fuiſſe ferant primum Seſooſim ægypti regē teſte Diodoro: dictaque ut diximus et quidā ſcriptores aſſerunt ab Argo eius architecto qui etiam internauigā dum eius reſarciendæ curam cœperat ut alii ab eius uelocitate quā antiqui Argon appellabant. Piſtris nauigii genꝰ a forma piſtrium marinarꝝ quae longi corporis ſunt ſed anguſti: a ſpina enim putrefacti piſcis in littore ad conſtruendas longas naues per imitationē doctrina ſumpta oſt: et eiuſcemodi nauis fabrefacta a piſcibus etiā ſunt qui ſumptum uelint quo ordine in pugnam acies deducendæ ſint: ab eiſdem quoque quo pacto homines equique ferro muniantur teganturque ſquammis eorum inſpectis. Liburnae quae et roſtratae liburnia parte dalmaciæ dictæ. Auguſto enim dimicante cum liburnorum auxiliis ſuccubuiſſet: Antonius tanti diſcrimine certaminis ac periculo ꝙ liburnorum naues caeteris aptiores eēnt: earꝝ ſimilitudo et nomen a romanis ducibus uſurpatæ ſunt: Horatius in hippodo: ibis liburnis inter alta naui Amice propugnacula.

Legia nauis uelox ꝙ uehementi motu ſuo legat et colligat aquas ante ſe dicta. Corbita nauigii genus tardum et grande ſic dictū ꝙ malo in eius ſummo pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi: nihilꝗ differt ab honeraria naui omnium tardiſſima onerique deuehendo q̄ aptiſſima et ab Hyppo tyrio inuenta. Oria fabio Placiade fulgentio teſte nauicula admodum parua et piſcatorꝝ uſui q̄ apta.

Cymba et Scalmus phoenicum inuēta piſcatoriae etiam naues Ci. iii. officiorꝝ tum canius queſo inquit quid eſt o pithi tantum ne hic piſcium tantū ne cimbarum: inuitat canius poſtera die familiares ſuos uenit ipſe mature ſcalmum nullum uidet. Lintres ſiue monoxillos hoc eſt paulo latiores ſcafulas nauiculas fluuiales cauatas ex arbore dicimus: Liuius ſecundi punici belli li. i. ita ingens coacta uis nauium eſt lintrꝝ quæ temere ad uenalem uſum pyratarꝝ nouaſꝗ alias primum galli inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus. Virg. i. geor. cauat arbore lintres in his germaniæ prædōes cauat is ſingulis arboribus nauigant trigintaꝗ homines ferunt: nec id quidē incredibile cum & grandiores multo noſtris eorum ſunt arbores: & apud indos arundines tantæ proceritatis ſunt ut ſingula



eorū internodia alueo nauigabili trinos interdum homines deuehant quinta cubita longitudine excedentes. Lembus nauiculæ genus breuis & ueolciſſimæ quam cirenēſes feruntur inueniſſe. Virgi. i. geor. quā qui aduerſo uix flumine lembum: Liuius belli macedonici libro quarto: Neue ipſe nauem ullam præter duos lēbos qui non plus q̄ ſexdecim remis agerentur haberet. Bucentaurꝰ nauigii genus ad magnos uiros deuehendos ac potentes fabricatum a magnitudine enim boum qui in italia erant conſuetudinē factum fuiſſe in libris de re ruſtica inquit Varro ut præpoſita hac uoce bu magnum quippiam ſemper nunciaretur: inde dici bulimina ideſt magnam famam & bupedas grandes pueros & unam bumaniam: & alia his ſimilia ad magnitudinis rationē pertinentia: quod & nūc obſeruant fœminæ in tranſpadana regione quæ ad ſignificandum ingens & admiratione dignum aliquid prolatione eius uocis utuntur: Bucentaurus ergo quia principes & magni uiri ea uehi ſolent quaſi magna centaurus: priſcæ illius uocis ſignificatione appellata eſt. Centaurus nanꝗ nauis ſiue ſignum erat quod naui imponebatur: expreſſum autem hoc eſt a Vir. elegantiſſime illo uerſu: cētauro inuehitur magna: qui humiliorem illam uocē in ſublimi opere aſpernatus digniore uerbo ac carminis maieſtati conuenientiore uti prudētius uoluit. Qui enim bucentoriū & non bucētaurꝝ a bucis centū dici putant: oporteret corruptis detractiſꝗ pauculum litteris propter longum famulatum: qui ad ſeruitia præſtanda potentioribus ſemper neceſſarius eſt uana & inepta nominis interpretatione fallimur. Triremis nauis quae tris remorꝝ ordines habet: horatius in epiſto. nauſeat ut locuplex quem ducit prima triremis: has primum inſtituiſſe legimus argonautas ꝙ etiam armatis apte & cōgrue probentur eſſe commertiis ut qui peregrinas optabamus aſpicere: nunc mittamus aliis prouintiis terrorem pariter & decorem: q̄driremes quoque ab ordine remorum dictæ qui numerus magnificentia utentium perſæpe auctus inuenitur. Quinqueremē inſtituiſſe fertur ueſicon ſalaminus ſex ordinum: Zenazetas ſyracuſanus ab ea ad decemremem neſigoton: Alexander porro magnꝰ ad duodecim ordines: Ptholomeus ſother ad quindecim; ad ſedecim Perſeus &. P. Aemilius Demetrius Antigoni ad triginta: Ptholomeus Philadelphus ad quadraginta: Ptholomeꝰ philopater qui triphon cognominatus ē ad. L. Heraclius nauibus caſtellatis aphrica

uehiens uſus perhibetur præcipuæ admirationis quoq; nauis quæ ex Aegypto Caii principis iuſſu obeliſcum in Vaticano circo ſtatutum quattuorque truncos lapidis eiuſdem ad ſubſtinendum eum adduxit: qua naue nihil admirabilius uiſum in mari certum eſt: triginta enim & centum modii lentis pro ſaburna ei fuere longitudo ſpatium obtinuit ex parte hoſtienſis portus latere læuo. ibi nanque demerſa eſt: Claudio principe cum tribus po. ro. molibus turrium altitudine in ea exedificatis obiter puteolano puluere aduectis arboribus eius craſſitudo quattuor hominum ulnas complectentiũ implebat. C. etiam Cæſar gallica expeditique legatis ſuis aliam formã præbuit & ad celeritatem onerandi ſubductiorem pauloq; humiliorem q̃ alio mari conſueuerit: ideo ꝙ propter crebras æſtuum commutationes minus magnos ibi fluctus fieri cognouerat ad onera multitudinemq; iumentoꝝ tranſuehendam. Galloꝝ inſuper naues ad hunc modum factæ armatæq; erant: carinæ planæ quo faciliꝰ uada ad deceſſum excipere poſſent proræ atq; puppes erectæ ad magnitudinem fluctuum tempeſtatumque: naues & ipſæ totae ex robore ad omnem uim & contumeliam perferendam anchoræ cathenis ferreis reiunctae pelles pro uelis: quibus & uim tempeſtatum ſubſtinerent facilius & in uadis conſiſterent tutius & ab aeſtu relictæ nil cautes et ſaxa timerent: contra has liburnicae præſtant celeritate et ipulſu remoꝝ non tamen propter firmitudinem roſtro nocere poſſunt neque propter altitudinem telum ad eas adigi facile pōt Naues iunctae ac quinque remes demptis interioribus remis ut latꝰ alteri applicetur cum quibus exteriore ordine remoꝝ uelut naues aguntur Turres contabulatae machinamentaque alia quatiendis muris portantur claſſem in hunc modum efficiunt bellicam





St etiam claſſis nauium multitudo qua Tiphis princeps de-
pugnauit: ſint licet qui phœnices ſolers hominum genus &
ad belli paciſq; munia exiſtimium maria nauibus adire claſſe confli-
gere cōmentos putent: ſideꝝ obſeruationem in nauigando phœni
ces idem inuenere uentoꝝ rationem: Eolus helenis filius Remum
cope latitudinē eius: Plateus uela: Icarus malum & antennam: De-
dalus roſtra: Piſeus tyrrheni anchoram: Eupalamius eandē biden
tem: Anacharſes aſſeres ferreo unco præfixos; quos arpagones uo
cant: Pericles athenienſis adminicula gubernādi a tergo quæ huc
atq; illuc curſum nauigii torqueant atq; hoꝝ ſi Anneo Senecæ cre
dimus exemplū a piſcibus tractum eſt qui cauda reguntur & leui
eoꝝ in utrunq; latus momento uelocitatem ſuam flectunt ſi Plinio
ab auibus miluoq; præcipue qui hanc gubernandi artem docuiſſe
ac oſtendiſſe uidetur caudæ flexibus in cælo monſtrante natura q̃d
opus eſſet in profundo.

Numerus uentorum eorumq; nomina rationes & effectus
Ca. VI.

Voniam milites militumque præfectos etiam adiuturam
cōſtat noticiā nō ſolū maris ac terræ ſed fluminū quoq;
quæ ignaros turbatura eſſent: quum abſque eorū cogni-
tione ac peritia haud comode ſit nauibus motus & curſus in mari:
nunc pigeat licet ſcribere quippe ubi alibi plura alibi pauciora inue
niam uariis ac diuerſis nominibus ab excellentiſſimis rerum natu
ralium utriusque linguæ ſcriptoribus explicata: ſeorſum tamē ꝑ
ut facultas dabitur in tāta doctoꝝ hominum uarietate ac diſſonātia
ipſoꝝ numerum nominaq; & loca naturas & effect9 proſequar atq;
cōplectar Quidam igitur ſapiētum putantes uentum eſſe aerem
motū & fluentē. Ventus enim fit auctore Lucretio ubi eſt agitādo
aer percitas unum & eundem aiunt uentum eſſe omnes uentos: nec
differre propter loca undecunq; extiterit ſimili modo ſemper fluēs
& quoniam ex omnibus quidem duo ueluti a cardinibus perflant:
ſeptentrio uidelicet & auſter ſunt qui duos tātum uētos annuant ali
um quidē borealē alium auſtralem cæteros autem horum eſſe ex
ceſſus ſed zephirum quidam borealem Eurum uel auſtralem eun
dē numerum Oribaſius orietē propter & occidentem eſſe aſſerit
Quattuor alii uētos obſeruauere per totidem mūdi partes nā eurū



ſiue apeliotem oriens boream ſeptem ſtellarum regio: occidens ze
phiꝝ auſtrum medius dies mittit: nec Homerus plures q̃ q̃tuor no
minat: ſed qui accuratius perquiſiuerunt eōs octo eſſe tradiderunt
maxime quidem Andronicus cireſtes: qui etiam extra collocauit
Athenis turrim e marmore octogoniam & in ſingulis octogoni la
teribus ſingulorum uentorum imagines exculptas contra ſuos cu
iuſq; flatus deſignauit: ſupraq; eam turrim metam marmoream fe
cit & inſuper tritonem aereum collocauit: dextra manu uirgā por-
rigentem: & ita eſt machinatus uti uento circūageretur et ſemper
ut græciam redigeret in ſuam poteſtatem claſſem quingētarum nauium comparauit eiq; darim præfecit & Arthaphernem hiſque du centa peditum decē milia equitū dedit. Alexander uero. c. lxxxxii nauium claſſe quam trium milium alii fuiſſe perhibent Aſiam petiit: Cæſar octingentarum Britanniā Heraclianus Aphricæ comes: quoſq; priores præter Xerxem clariſſimos in ea re uel æquauit uel exceſſit: nam nauium trium milium ſeptingentarum habuiſſe fertur: numerū qui apud paucos & nobiliſſimos ac potentiſſimos quidem uix eſt inuentus: cumq; is ſimul ac cum agmine militum ad urbem pergens littore egreſſus eſt: Occurſu comitis marini territ⁹ & in fugam uerſus arrepta naui ſolus Carthaginē rediit atque ibi continuo militari manu interfectus eſt: ſic itaq; ingens tunc numerus timori iā eſſe cœpit: unde & Scipio Carthagine uicta quō res aphricæ diſponeret prohibuit ne plus q̄ decē naues earum quæ belli uſibus forent pacto traditas haberent reliquas omnis generis quæ rhemis agerentur: quingentas numero fuiſſe quidam ſcribunt in aliquantum maris ſpatium prouectas in cōſpectu Carthaginis iuſſit incendi: tāque lugubre earum fuiſſe incendium q̄ ſi Carthago ipſa conflagrare uideretur. Q. T. Flamminius quoq; quom aduerſus Philippum regem Macedonum pugnaſſet: his ei conditionibus pacē dedit ut quinquaginta ſolum relictis nauibus reliquas Romanis traderet. Q. denique Fabius Labeo cum a rege Antiocho quē bello ſuperauerat ex fœdere dimidiam partem nauium accepturus dimidiam relicturus eſſet medias omnes ſecuit ut quod tutius erat tota eum claſſe priuaret.

## Ex relatu terra & mari res clariſſimæ militū geſtæ Ca. XIIII.

Eferenda ſunt etiā tām terra q̄ mari ex uirtute præclara militū geſta: non enī hactenus fortuna duces extollēdo pſecuta eſt ut otio & ignauia ſoluti rebelles hoſtium animos domuerunt: quos non minor pleruq; īmanitas & pertinacia oppoſuit uictoreſq; fecit: in acie enim quom dux hoſtiū ex media barbarie trux ferus īmanis & horrendus cōtra romanos qui eſtis uos aliquando inclamaſſet reſponſum eſt inuicem romani gētium domini: & ille ita fiet inq̄t ſi uos uiceritis: Acceptoq; belli omine Martius Craſſus Barbaros adortus graui tandem conflictu eorum res ſublimes pugnando depoſuit: nec minimum una terroris barbaris



iuenſis Chonidius Centurio ſatis barbaro efficacia tamen apud pares homines ſtoliditatis: qui focularium gerens ſuper caſſidem & ſuſcitatam motu corporis flammam hoſtes cedendo uelut ardenti capite fundebat Pyrrhus quom romanos acie uiciſſet & eorum omniū uulnera in pectore conſpexiſſet omnium in manibus enſes & relictas in uultibus minas & in ipſa morte ira ut ita dixerim uiuentes tuliſſe manus ad cælum dicitur hac uoce: O quam facile erat orbis īperium occupare: aut mihi romanis militibus aut me rege romanis: qua propter quom in templo Tarentini Iouis titulum affixiſſet: hæc ſcripſit: Qui anteac inuicti fuere pater optīe olympi: hos ego in pugna uici uictuſq; ſum ab eiſdem: & quom a ſotiis & amicis increpitaretur cur ſe uictum diceret cum uiciſſe: reſpondiſſe fertur: Ego ſi iterū ſimili modo uicero ſolus & ſine milite Epyrrhum reuertar. Mirum & illud contra Hannibalem in Cannenſi pugna e romanis nāque miles ita ſautius ut manibus non ualeret: Quom ei Numida quidam humida detrahere ſpolia uellet: ceruicem hoſtis ulnis deprehendit: tenuitque tam diu donec nares atque aures morſu detruncaret. Claris memoriæ monumentis celebratur Eleazar: nam quom ſupereminentem cæteris elephantū lorica ueſtitum regia aduerteret arbitratus in ea beſtia regem eſſe curſu concito ī mediam legionem ſe proripit: & abiecto clypeo utraque manu hoſtes cædens eam ſubintrauit ſubiectoquē gladio interemit: a beſtiaque cadente opprimitur hac ruina incluſus magiſque oppreſſus ſuo ē ſepultus triumpho. Tanto uirtutis ſpectaculo defixi hoſtes inermē occupatum incuſare non auſi poſt caſum ruentis beſtiæ ſic trepidauere ut impares ſe unius uirtuti arbitrarentur. Denique rex Antiochus Lyſiæ filius cum. c. xx. milibus hominum armatorū & . xxxii. elephantis unius territus fortitudine pacē popoſcit: itaq; Eleazar hæredem uirtutis ſuæ pacem reliquit æternūque nomen adeptus ē Hānibal quom romanorum captiuos dimicare intra ſe coegiſſet unūque qui forte ſuperfuerat obieciſſet elephanto illud dimitti pact⁹ ſi interemiſſet ſolus romanus acri ingenio elephantum congreſſus magnum Pœnorum dolorem confecit Hannibalque quom famā eius dimicationis contemptum allaturam intelligeret equites miſit qui abeuntem trucidarent & quanquā exploratum & perſpectum habeam teſte Liuio milites omnium qui Aſiam colunt gentiū gallos fama belli præſtare cognoueriq; auctore Criſpo paruis copiis

bella geſta cū opulentis regibus ac hæc ſæpe fortunæ uiolentiā tole
raſſe facundia Græcos gloria belli gallos ante romanos fuiſſe plu
res tamen prope de gallis ut diximus etiā apud nos triūphi q̄ de to
to orbe terraꝝ habiti ſunt nec legionibus legiones eoꝝ ſolū experti
ſed uiri unius cū uiro fortitudinē atque præſtantiā. Nam.M. Man
lius unus agmine ſcandentes in capitoliū gallos deiecit annoꝝ ſex
decī uoluntariū ſe militē obtulit.xxxvii. Militaribus donis a ſuis du
cibus ornatus.xxiiii.cicatrices habuit.M.autē Valerius. T.q; Mani
lius quantum gallicam rabiem uinceret romana uirtus documen
ta ſunt. ille enim ducem galloꝝ uaſta & ardua proceritate inaniter
& arrogantet telum manu reciprocantem perque contemptum &
ſuperbiam conſpicientem omnia ac prouocantem congredi ſiquis
pugnare ſecum ex omni romano exercitu auderet ſingulari cum
certamine congreſſus occidit. Hic uero ſimili modo cum Gallum
quendam nudum præter ſcutum & gladios duos torque atq; armil
lis decoratum: qui & uiribus & magnitudine & adoleſcentia ſimul
que uirtute cæteris anteſtabat cum uoce maxima conclamaret ſiqs
ſecū depugnare uellet ut prodiret: quomque nemo auderet ꝓpter
magnitudinem & īmanitatem hominis facieque tum irridere cœpi
ſſet & hiulco linguam ore in romanos exercere. T. Mannilius ſum
mo genere natus tantum flagitium ciuitati ſuæ accidere ut e tāto ex
ercitu nemo prodiret indignabundus in mediū proceſſit: neque pa
ſſus eſt uirtutis romanae per Galliū gloriam ad ſuos transferri: eaq;
tranſgreſſione utroque exercitu inſpectante. Manilius animo ma
gis q̄ arte confiſus aſperum & īmite certamen tam diu cum Gallo
ſubiit q̄diu Gallum euertit: caput decidit: torquem detraxit. Huius
poſtea filius bello aduerſus latinos hoſtem a quo ſimiliter prouoca
tus fuerat occidit. Q. etiam Coccii militis romani qui ob inſignē
bellicæ uirtutis gloriam Achillis cognomentum ſibi aſciuit nec ſub
ticenda duplex animi corporiſque præſtantia: nam quom apud cel
tiberos gentem pugnaciſſimam a duobus ad dimicandum prouo
caretur: alterum & equitem quidem pugnæ accinctum excurſantē
luſtrantemque omnia ac inſolentiſſime procaciſſimeque futuri ui
ctoris inſtar irritantem adortus occidit: armaque detraxit : Alterū
generis claritate & fortitudine omnibus celtiberis facile præcellen
tem cedere ſibi non ſolum compulit: ſed enſem illi ſuum & indumi
as ſpectantibus utrinque legionibus tradere in Cæſaris etiam con



greſſibus inſignis uirtus emicuit Volcatii Tullii qui cum tribus co
hortibus legionem Pompeianam pertulit reppulitq;: una quoq; Cæ
ſaris cohors caſtello præpoſita quattuor Pompeii legiones q̄diu ſu
ſtinuiſſet: tantus fuit in ea ſagittarum imber ut ſine uulnere defen
ſoꝝ nullus euaderet quin & centuriones quattuor oculis capti eſſēt
ut quom ſero diurni laboris ac periculi ſummam imperatoris non
tam auribus q̄ oculis ſubiicere ac repreſentare decreuiſſent centum
ac.xxx.ſagittaꝝ milia interuallum inuenta numerarent. Fuerunt &
in legione Ciceronis qui legatus quoq; Cæſaris erat duo centuriōes
qui perpetuas inter ſe cōtrouerſias habebant uter utri præferetur:
Hoꝝ alter Pulſius Varrenus alter dicebatur: accidit ut caſtra oppu
gnarentur. Tum uero Pulſius: Quid dubitas inq̄t o Varrene: haec
dies de noſtris controuerſiis iudicabit: hæc dicens procedit extra
munitiones ubi hoſtes confertiſſimi erant ſubſequitur Varrenꝰ me
diocri ſpatio relictus: Pulſius pilo hoſtem exanimās impeditur ab
omnibus tranſfixus: ſcutum & baltheum gladium educere non po
tuit: ſuccurrit inimicus ille Varrenus protegitq; ab hoſtibus in quē
quom ſe hoſtes conuertiſſent ipſe uno interfecto in locum iniquū
decidit: cui circumuento ſuccurrit Pulſius atq; ambo cōpluribus iter
fectis incolumes ſe in caſtra recipiunt. Fuit eidē Cæſari Scæua mi
les fortiſſimus qui pugna ad Dirachium commiſſa uulnera acce
pit capite humero & fœmore excūſſoque oculo traiectꝰ & ſcuto.c.
xx.telorum ictibus perforato hoſtes perinde ac ſe dediturus eſſet
accibat: ſubeuntibuſq; duobus alterius humerum enſe cecidit: alte
rum ore percuſſum uertit in fugam: De hoc quidem uaria ē fama:
Quidam tradunt Cæſarem uiri & de ſe & de repu. ut aiunt ita me
riti eximia uirtute permotum qua commiſſi caſtelli portæ cuſtodia
ꝓpe ſola ſeruata eſſet. pecuniariis eum donis ingētibus & magnis
honoribus cumulaſſe apud alios: Scæua idem duce abſente ceden
tibuſq; comitibus cōtra omnem Pompeii exercitum ſtetit & clypeo
c.xx.telorum ictibus tranſfixo miris & incredibilibus rebus geſtis
& commiſſi loci cuſtodiam relinquens ſuorum receptus amplexi
bus relatus occubuit: iacens quoque uictoribus terribilis ac ſtupen
dus qui tot eximias pugnas in Gallia Britanniaq; fecerat contra ho
ſtes ſemper inuictus & a ſuis tandem ciuibus interfectus eſt. L. ſic
cius dentatus tribunus plebis centies uities praeliatus octies ex pro
uocatione utroq; exercitu inſpectante uictor quadragies quīquies

aduerſas habuit cicatrices in tergo nullam notam ſpoliis ex hoſte tricies & q̄tuor ceptis quattuordecim ciuibꝰ ex media ut aiunt morte raptis atq; ſeruatis: nouem quin etiam imperatores qui opera eiꝰ uicerant proſecutus haſtis puris faleris torquibꝰ ciuicis coronis aureis muralibus obſidionali una armillis atq; pharetris plurimis donatus inſignis emicuit. M. Sergius poſt hunc duobus ſtipendiis p̄mo aduerſo corpore ter & uicies uulneratus ſecundo dextram manum perdidit: q̄re poſtea ſibi manum ferream fecit & cū neutra pene manu idonea ad præliandum ualeret una die q̄ter pugnauit & uicit ſiniſtra duobus equis eo inſidēte confoſſis eaque religata præliatus Cremonam obſibiōe exemit: Placētiamq; tutatus duodena hoſtium caſtra in gallia cœpit bis ab hannibale captus bis a uinculoꝝ eius nexu ꝑfugit eum .xx. menſibus quibus captiuitatis ſortē perferebat: nullo momento ſiue cōpedibus fuerit & cathenis oībus aſperimis præliis: quæ tempeſtate illa romani experti ſunt inſignitus donis militaribus a Tranſimeno Trebia Ticinoq; coronas ciuicas retulit: Cannenſi quoque prælio de quo refugiſſe eximium opus uirtutis fuit ſolus accepit coronam Flamminio conſule quom eū Hannibal circuniacentium locoꝝ uaſtatione in bellum excitaſſet: tantꝰ utrinque pugnandi ardor extitit ut grauiſſimum terremotum qui tunc forte tam uehemens factus eſt ut urbes diruiſſet: montes tranſtuliſſet: diſcidiſſet rupes: flumina retrorſum egiſſet: pugnātes omnino non ſenſerunt: Ariſtomenem Meſenum .cccc. lacedæmoniorum occidiſſe proditum eſt: captum per cauernas latrinarum euapiſſe: anguſtias uulpium aditu ſecutum iterum captum ſopitis cuſtodibus ad ignem aduolutum loro cum corpore excuſſiſſe tertio captum lacedæmonios pectus diſſecuiſſe birſutumq; cor ei repertum in Britannia dum commilitones Cæſaris in paluſtrē quēdam locum & aquoſum incidiſſent irruiſſentque in eum innumeræ hoſtium copiæ: ac prælium ſpectante Cæſare fieret: quidam miles eiꝰ nomine Scæuola medios irrupit plurima ſtrenuæ fortitudinis opera edens ſolus enim immobili gradu perſiſtens miſſa undiq; ī eum telorum infinita multitudine quinque militum uniꝰ diei pugnæ ſuſſectura teda manu ſua hoſtibus adegit ſtrictoque gladio fortiſſimos quoſque hoſtium cateruatim aſſluentium incredibili dimicatione propulſans: tandem tragula & ſaxo ictus uerſis in fugam hoſtibus cōmilitones reduxit īcolumes: ipſe uero egre cūctos euadēs



in limoſam ſe prorūpit paludem quam nunc natando nunc pedibꝰ commeando uix tandē duabus loricis onuſtus amiſſo traiecit ſcuto. Admirante deinde Cæſare & magno cum gaudio & clamore obuiam excipiente mœſtus ille ante pedes Cæſaris procidit: amiſſiq; ueniam ſcuti obſecrans centurionatus honore donatus eſt. Cynegiri Athenienſis militis gloria magnis ſcriptoꝝ laudibꝰ inclaruit: præter enim ingentes prælioꝝ cædes quom fugientes hoſtes ad naues egiſſet: honuſtam nauem dextra manu tenuit nec prius dimiſit q̄ manum amitteret: tunc quoq; amputata dextra nauē cū ſiniſtra cōprehendit: quam & ipſam quom amiſiſſet ad poſtremū morſu nauem detinuit: tantāque deniq; in eo uirtutē fuiſſe ut nō tot cædibus fatigatus non ambabus manibus amiſſis uictus: quin truncis etiam ad poſtremū & dentibus uelut rabida quædam fera dimicauerit: ſimili pertinacia in conſeptandis hoſtibus Attilius uſus fertur: non Maſſilienſiū ut Lucanus inquit ſed Cæſaris miles quemadmodum reliqui & quidam non incelebres auctores tradunt: Nauali nanque apud Maſſiliam certamine quom hoſtilē in puppim dextram iniecißet illa gladio amputata Maſſilienſiū nauiū nihilominus ingreſſus læua tam diu retinuit quouſque hoſtes atroci uultu obterrens proſtratis oībus nauiū uictor occupauit: occupatamque profundo īmerſit: æquauitque Cynegiri factū quod loquaciſſimæ græciæ laudibus in cælum uſque ſublatum eſt.

## Emulatio gloriæ & ducū cōparatio atq; præſtantia Ca. XV

Vnc ut auidis præmiſſis ad ſūmamq; reꝝ aſpirantibꝰ honos reddatur: qui nobiliores duces quiq; inclyta ſuis facultatibus geſſerint ſubnectemus: ueꝝ quoniam in huiꝰmodi reꝝ ſūma ſpectari diſcutique maxime ſolent rei militaris peritia: uirtus: ingenia: mores: uires: & fortuna potiſſimū in his ſuperioris aetatis exterarū noſtrarūque gentiū duces & reges aliquot prima fronte mutua inter ſe uidentur comparatione q̄ ſimiles extitiſſe Sic enim maiorū ſententia fraeti non ſumus neſcii ſolitum Romulo Thæſeum cōparari: Camillum Bruto: Brutoque Dionē: Nūmae Lycurgum: Marcello Pelopidem: Fabio Periclem. Q. item Maximo Iaſonē ferreum: & Themiſtoclē Themiſtocli: Ariſtidi Eumenē: Sertorio Zimoniq; Lucullum: q̄nquam de hoc ipo ita ſcriptum

inuenio:bellicis in artibus ut Eſchilus auctor eſt: quem huic cõpa
rabimus:quem huic opponemus:quis huius ſimilis quom Antio-
chum grauem philoſophum ſcripſiſſe cõſtet Lucullum uictoriam
omnium quas unquam ſol uiderit maximum ex hoſtibus retuliſſe
exploratum eſt & Photionẽ quinquies & quadragies imperatoris
inii ſſe dignitatem quom ne ſemel comitiis intereſſet ſed ſemper ab
ſens & crearetur & acceerſeretur. Ex hoc igitur quantus ille dux fue
rit facile coniici poteſt in Alcibiade:cui flagrantiſſimum fuiſſe in-
genium conſilii plurimum:eloquentia ſingularis corporis ſpecies
pſtãs pcipue potẽtiæ uirtutis eximia nobilitas in re militari ſummũ
imperium & ſumma gloria:quicquid natura effingere poſſit uide
tur experta. Conſtat enim inter omnes qui de eo memoriæ prodi
derunt:nihil eo duce fuiſſe excellẽtius quom pleraque hæc omnia
animi & corporis & fortunae cõmoda inter ſeſe in eo duce præcel-
lentia certare uideantur Traſibuli uirtus ſi Perſæ abſque fortuna
minime penſitanda eſt. Dubius ſum an eum omnium primũ poſu
erim:illud dubio procul neminem huic praeferendum cenſeo fide
conſtantia magnitudine animi in patriãque amore:nam quod mul
ti uoluerunt pauciſque conceſſis ab uno tyranno patriam liberare
Huic contigit ut a trigita oppreſſam tyrannis ſeruitute in libertatẽ
uindicaret. Iphicrates non tam cumulo & rerum geſtarum magni
tudine q̃ diſciplinæ militaris peritia nobilitatus eſt & præcellentib9
ducibus annumeratus. Eiuſmodi enim dux fuit ut non ſolum aeta
tis ſuæ cum primis comparandus:ſed ne de maioribus quidem na-
tu quiſquã anteferendus ĩperator eni & dux ſæpe delectus nuſquã
culpa rẽ male geſſit conſilio ſemper inuictus quo tantum excelluit
ut multa in re militari noua quom inuenerit inuenta plurima meli-
ora reddiderit:Lyſander lacedæmonius præclari magnam ducis &
ĩperatoris famã praeſentibus & poſteris reliquit uer magis fœlici-
tate q̃ uirtute partam:Tymolion Corinthius ſine dubio magn9om
nium iudicio hic habendus:nanque huic uni contigit, quod neſcio
an ulli ut & patriã a tyranno oppreſſam liberaret & ſyracuſis quib9
auxilio erat miſſus inde inueteratam ſeruitutẽ depelleret totamque
Siciliam multos annos uexatam bello a barbariſq; oppreſſam ſuo
aduentu in priſtinum reſtitueret & quom eſſet non ſimplici fortu-
na conflictatus id quod difficilius putatur multo ſapientius ſecun
dam q̃ aduerſam pertulit fortunam:Agelinus rex & contemptor



ſuper Megentius utpote qui non ſolum hominum ſed deorum ſi
bi honores expoſceret:in hac quoque clarorum ducum concertati
one quodam magno auctore numerandum ſeſe offertnec iniuria
id quidem:nam ſi Naſoni accedimus clarus erat ſumptiſque ferox
Megentius armis:& uel equo nullus uel pede maior erat. Legimus
& Cyrum græcorum maximis laudibus celebratum q in expedi-
ditionem profectus Aegyptum in ſua deditione redigerit & omneſ
que a Syriæ finibus ad mare uſque rubrum pertinent gentes natio-
neſque ſubegerit. Epaminunde quoque res ſtrenue geſtæ a pluri-
mis omnium anteponuntur uirtutib9 Thebas enim ante hunc ducẽ
natũ & poſt eiuſdẽ interitum perpetuo alieno paruiſſe imperio con
ſtat:econtra eos q̃diu ille præfuerit reipublicæ caput fuiſſe toti9 græ
ciæ nemo inficias ibit. Ex quo ſane intelligi poteſt hunc unum du
cem pluris quã nobiliſſimã ciuitatem ſuam fuiſſe maxime quõ ei9
mortem tanta præter ſeruitutem Thebanorum iactura & perditio
ſubſecuta ſit ut non amiſiſſe ducem ſuum & incolumem ſed ipſi
cum eo ſimul tunc funditus periiſſe uiderentur:& quanquam Ho-
merico præcõio exploratũ & notũ ſit etiam illud Achillis & Hecto
ris mutuũ uitae ac ſanguinis certamen quod monomachiam appel
lant & eam uirtutẽ quae ſupra nos eſt heroicam atq; diuinam prae
caeteris Hectorẽ habuiſſe:neq; proinde uideri mortalis hoĩs filiũ
eſſe ſed dei non inepte tamen:quom non homerica ſed paterna il-
la cõmendatio fuerit debet Achilles Hectorẽ qui uicerit & uirium
& animi rerque geſtar praecõio ac dignitate minor haberi quam
& ipſam in aurea capra ita ſcriptam offendes:Si cor:ſi uires:ſi bel-
la requiris Achillis:paucis expediam hectore maior erat: Vide-
bis etiam Darethis Phrygii maioris Troiani ſcriptoris atteſtatione
fortitudinis & uirtutis achillem fuiſſe q̃ hectorem. Achillem prae
terea Iouis nepotẽ & Thetidis filium uult homerus: Caeteriq; ſine
controuerſia poetae qui homines morum & uirtutum praecellẽtia:
non ſolum deorum progeniem uolunt ſed etiam deos fieri: Quod
ſi eodẽ praecone & ſenſu & decoris feſtinitate in caelum tollat: Ne
ſtor Attridas apud ſuos fama claros & motos furore Aiaces & dolis
& aſtu Vlixem reddat Milciadem Marathone Themiſtoclem Ter
mophilæ prædicent:homeruſque idem & Maro ne dum Barbaris
ſed latinis & grais ducibus praeficiendo regem illum quo iuſtior
alter: nec pietate fuit nec bello maior & armis: Quicquid denique

aliaꝝ gentiũ ſi præclaræ laudis uſquã extat in unũ ſi conferatur pro
fecto citra romanos rerum dominos gentemque togatam ſubſiſtet
quo circa ſunt qui ſuo quodam iure Brenum animi magnitudine
& rerum geſtarum gloria extollendum putent ꝙ gallis ſenonibus ĩ
militiam ſumptis Romam mundi dominam armis inuaſerit in ro
manos tanquã imbelles impetus fecerit eoſꝗ ſic ſtrauerit ut non fa
cile quiſpiam ſimilem ruinam romanæ militiæ recenſeret etiã ſi ro
ma inſuper incenſa non foret uerum ut uicerunt ſic uicti ſũt ut ad
internitionem Dolobella duce deleti ut nullus ex ea gente ſuperfu
erit qui incenſam a ſe Romam gloriaretur. Neque uero Hanniba
lis res geſtæ obſcuræ neque poſteriores erunt:annis enim.v.&.xx
minor nat9 impe.factus ꝓximo triennio ille uiris armiſꝗ nobilem
& exercituũ ſeminarium bellatricẽ ſubegit Hiſpaniam Saguntum
potentiſſimam urbem romanis amiciſſimam ac fœderatã et expu-
gnauit ac obſidione deleuit:tres exercitus maximos comparauit:al
tero in Hiſpania cum Haſdrubale fratre relicto altero in aphricam
miſſo:tertium in Italiam ſecũ duxit:cum hoc exercitu Pyrrhene-
os montes ſaltuſꝗ tranſgreſſus uelut fulmen quæꝗ obſtantia pro-
terens adurendã italiã deuaſtandãꝗ feſtinat: nec niſi ferro & ſan-
guine iter ſibi præſtruẽs ad alpes poſteaq̃ uenit quæ italiã a gallia
ſeiungunt & q̃s nemo unquã præter Herculẽ Graiũ ante eũ tranſie
rat alpinis galloꝝ quomin9 tranſiret quanquã reſiſtentib9 ac tandẽ
duro Marte depulſis igne ac ferro diruptis rupibus iuga illa aſpera
inuicta & inacceſſa ac frigore ĩtractabilia ita muniit ut elephãti po
ſſent ire onerati quæ antea unus homo inermis uix potuiſſet irre-
pere:Quæ res ei & uirtutis admirationem & immortalitatis fidem
non paruam contulit:inde exercitum traducẽs in italiam peruenit:
conflixit apud Ticinum cum.P.Cornelio Scipione coſ.eumꝗ ſau
tium repulit a filio pubeſcente ſeruatum Scipionis huius collegam
Tyberium longum ſecundum Probum ſiue magis ſecundum Li-
uium Semprouium apud Trebiam cum ingenti romanorum cla-
de profligauit:Quom hæc apud Placentiam æquo licet Marte pu-
gnatum parique clade diſceſſum:maior tamen romanis q̃ pro nu
mero iactura fuit ut inquit Liuius:quia equeſtris ordinis aliquot &
tribuni militares & præfecti nonnulli ea dimicatione conciderunt:
His tot proſperis ac lætis ſucceſſibus elatus Hannibal ſuæ fiduciae
plenus ad ſpẽ propoſiti armauit animũ inde per lygures apeninum



tranſiens petit Etruriam:quo itinere adeo graui oculorum morbo
affectus eſt ut in poſterum dexteri oculi beneficio nunquam bene
æque uſus eſt;hæc tamen mala q̃ tũc detinebatur ualitudine lectica
deuectus eſt.C.Flammininum coſ.ardentioris ſpiritus uirum q̃ res
ipſa poſtularet:apud tranſimenum cum exercitu inſidiis circumuẽ
tum occidit:neque multo poſt.C.Centenium prætorem cum dele
cta manu ſaltus occupantem Fuerunt autem hoc in loco qui in acie
ceciderunt romanorum.xv.milia.T.Liuii ſententia de multis ele-
cta.Aliorum nanque aliter apud quoſdam enim uiginti miliũ nu-
merum inuenio:hoſtium non niſi mille quingentis in prælio cæſis
& hæc alia romanæ.R.P.peſtis.Motis hinc caſtris in Apuliã apud
Cannas quom perueniſſet obuiamque ei duo conſules.S.Claudi9
Terẽ.Varro & Paulus Aemilius ſeſe obtuliſſent Varronem cõmit
tendi prælii temerarium auctorem primum turpis fuga corripuit:
nec fugientes hunc amplius q̃ quinquaginta equites proſecuti ſunt
Conſulum alter prudens forti ac honeſta morte procubuit: cũ hoc
quoque quæſtores duo tribuni militum unde.xx.conſulares præ-
tores atque edilitii:aliquot ſenatores inſuper.lxxx.deſiderati ſunt:
Reliquorum numerus cæſorum ambigue traditus uidetur qđ con
ſtat.xl.milia peditum equitum duo milia ſeptingenti fuerunt:ſunt
qui hos legionarios tantum pedites atque equites aliorum ciuiũ ac
ſotiorum parem quippe numerum eſſe aſſerant:Quom inde poſt
aliquot dies Capuam quã Cannas ſibi fuiſſe percelebre eſt reuer-
teretur.Q.Fabi.maxi.dictator romanus in agro ei falerno ſe ob-
iecit:Hic locorum anguſtiis clauſus noctu ſine aliquo detrimento
exercitus ſe expediuit:Fabio callidiſſimo imperatore dedit uerba:
nãque obducta nocta ſarmenta in cornibus iumentorum deligata
incendit:eiuſque generis multitudinem magnam diſſipatam immi
ſit:quo repentino obiectu uiſo tantum terrorẽ iniecit exercitui ro-
manorum ut egredi extra uallum ſit auſus nemo:poſt hæc nõ mul
to.M.Minutium Ruffum magiſtrum equitum pari ac dictatorem
imperio dolo productum in prælium fugauit Tyberium Sempro
nium Gracchum iterum coſ.in lucanis abſens in inſidias ſubdu-
ctum ſuſtulit.M.Claudium Marcellum quinquies conſulẽ apud
Venuſiam pari modo interfecit:cumque ſero tãdem ut capuã ipſa
romana preſſam obſidione liberaret:& ad tertium lapidem Anie-
nemque fluuium caſtrametatus portas urbis acceſſiſſet.intra cuius

mdros ſolus hoſtium emiſit haſta indignantes qui ſupererant: tan
tum ille licere. romani conſ. obuiā egreſſi & in aciem utrinꝗ dedu
ctis copiis parati ad prælium cum eſſent. Illico grando cæli frago
re demiſſa & ex ſumma capitolii rupe maximo turbine uentoꝝ in
aduerſa hoſtium ora prohibuit ꝙ poſtea q̄ bis tentatum accidiſſet
miraculo concuſſus Hannibal dixiſſe traditur Romam capiendi
tunc ſibi animum deeſſe tunc fortunam cum que diu antea in italia
fuerit nemo ei in acie reſtitiſſet: nemo aduerſus eum. poſt Cannen
ſem pugnam in campo caſtra poſuiſſet: his itaque ad uaſtitatem ita
liæ geſtis Scipio ille Aphricanus ſuperior dum clades patriæ cladi-
bus in Aphrica uindicaret hinc reuocare potuit & acerrimum ho-
ſtē eum inquā a quo pater apud Ticinum fugatus fuerat ad bellum
arceſcere uincereꝗ: Quo in bello ut ualentior poſtea congredere
tur: collatis iam ſignis de legibus pacis colloquium fecit conditiōes
quom haud quaquā conuenirent tubæ cecinere: fit pugna & qui-
dem nouiſſima in qua nec melius inſtrui aciem nec acrius potuiſſe
pugnari ut de uictore uictus ſit: & de uicto itidem: uictor ipſe con-
feſſus eſt: uterꝗ ingens rerum talium æſtimator: ceſſitque tandem
Hannibal adeo conſternatus ut nunquā poſtea reſurgeret: Scipio-
niꝗ præmium uictoriæ aphrica fuerit. Hoꝝ autē duoꝝ qui nō ſuae
modo ætatis Liuio teſte Maximi duces ſed omnis ante ſe memoriæ
omniū gētiū cuilibet regum imperatoꝝ uel pares uel ut Florus inqt
qui omniū antea & poſtea ducum clariſſimi fuere: Vter utro ſit pri
or habendus īperator Præter Scipionis cædes qui magnam partem
ſceleris humani extinxit atꝗ perdidit ut de ſeipſo apud Ennium ſu
um his uerbis loquitur: Si fas cedēdo cæleſtia ſcandere cuiquam ē
mi ſoli cæli maxima porta patet hoc unum dictum ſatis erit: quo in
telligi poſſit quantus ille īperator fuerit ſi uerum eſt enim quod ne
mo dubitat ut po. ro. præ cæteris uirtute bellica præſidētiam ſibi uī
dicet: Hannibalēque conſtet potuiſſe eum ſuperare: conſequens uī
detur Scipionem tanto non ſolum hunc uerum cæteros imperato-
res anteiſſe: Quanto po. ro. Pœnusque Hannibal rerum geſtarū
gloria antecellunt: quod nec tantus quidē hoſtis Hannibal ipſe di-
ſſimulat. Apud Epheſum enim quo ambo conuenerant alterꝗ ui-
ctus confugeret: alter ad Antiochum legatus & romanus orator ac
ceſſerat: quom hannibal digniorem deambulando locum primus
arripuiſſet: idꝗ aphricanꝰ tam æquo tuliſſet aīo ut facile nulla cum



contentione ea fuerit ambulatio: habito poſtmodū de ducum præ-
ſtantia inter eos ſermone iterrogantiꝗ Scipioni quis ſibi ducū ma-
ximus uideretur: eoꝝ omniū qui præceſſiſſent quiꝗ ad id uſꝗ tēpo
ris ſuperſtites fuiſſent: tū Pœnus Philippi filiū Macedonūque regē
Alexandꝝ profecto primum: quem item ſecundum ſciſcitanti Epy
rotaꝝ regē Pyrrhum ſubieciſſe tam illius quā huius dicti rationem
afferendo: Exquirenti porro quem tertio præficeret dubio procul
ſeipſum inquit: obortoque riſu Aphricanū tū adieciſſe q̄ maximi te
faceres quo uel loco te dignum diceres Hānibal ſi uti ego ſuperior
euaſiſſes: Tum ille non ſolum ætatis huius ſed omnium ſuperiorū
temporum gentium ac nationū imperatoribus anteferendum iudi
carem: Quo quidem dicto non obſcurum eſt ſane per Hannibalē
innui Scipionem uelut inæſtimabilem: cæteriſque ducibus & impe
ratoribus longe diſſimilem anteponendum. Seuerus autem ſepti-
mus dux & imperator inclytus ſimili modo quom de primo prin
cipum loco ſermo eēt Auguſtum Veſpaſianum. T. Traianū pium
M. magni præ cæteris fecit: Reliquos fœmineos uel uenenatos no
minans maxime in hiſtoriis Hannibalem: Marium Camillum: &
Q. Marium Coriolanum dilexit: ſūmaque laude ac loco dignos
cenſuit: interrogatus porro quid de utroque aphricano ſentiret: Re
ſpondiſſe fertur: Fœlices illos fuiſſe magis quā fortes idque proba
re: domeſticā uitā & iuuentutē quæ in utroque minus ſpecioſa do
mi fuiſſet. Non minus etiā laudis & gloriæ Scipioni Naſicæ in otio
& toga q̄ in negotio & armis utique Scipioni maiores noſtros tribu
iſſe percelebre eſt. Ferunt & Antigonū interrogatū: Quis ducū ſi
bi optimus uideretur: Reſpondiſſe Pyrrhum ſi ſeneſceret omniū
ſuæ ætatis ducū ſibi optimum uideri: ſed quanquā hic ætatis ſuæ du
cibus duntaxat eum præferat: ſatis tamen conſtans auctore Iuſti-
no inter omnes auctores fama eſt: Nullum nec eius nec ſuperioris
ætatis regē cōparandum Pyrrho fuiſſe: raroꝗ nō iter nos reges tan
tum uerum etiā inter illuſtres uiros aut uitæ ſanctioris aut iuſtitiae
probatioris uiſum ſcientiam certe rei militaris in illo tantam fuiſſe
ut cum Lyſimacho: Demetrio: Antigono: tantis regibus bella geſſe
rit & inuictus ſemper fuerit: illiricorum quoque Siculorum Roma
norum Carthaginenſium bellis nunquā inferior; pleꝝque etiam ui
ctor extiterit: Qui patriam certe ſuam anguſtam ignobilemque
rerum geſtaꝝ fama & de claritate nominis ſui toto orbe illuſtrem

reddiderit:bellaciſſimum enim regum omnium uſque adeo fuiſſe
conſtat ut quom cæteri mortales pro gloria proque imperio pro ſa
lute proque iniuriis pugnare ſoleant:hic pro uoluptate pugnaret:
neque hæc illi maior ex imperio q̄ de bello uoluptas erat.Adde ꝙ
militaribus artibus inſtructiſſimus ductandi exercitum: ordinādi
acies:eligendi locum caſtris idoneum:conciliandi hominum ani-
mos:rei pace belloque efficaciſſime.Cæterum ad bellandum quæ-
rendaſque uictorias q̄ uictoriarum præmia ſeruanda uir q̄ longe
melior.Qui uero hanc ipſam palmam Alexandro Macedonum
regi tribuunt non inſcite id quidem facere uidentur nec minimis
rationibus initi.Hic enim rex & imperator parua manu ultra q̄ cre
dibile cuipiam uideatur:peragrauit orbem: innumeras gentes fu-
dit atque ſubegit.Vigeſimum nanque ætatis annum agens Mace-
donum rex declaratus & ad bella promptus ubi Macedoniā Græ-
ciam & Illiriæ partem ordine compoſuiſſet:ultra Heleſpontum in
Aſiam tranſgreſſus in campis adreſtis:Primo Darium Perſarum
regem maximum expugnat:Mox Phrygia & Paphlagonia in di-
tionem redactis per anguſtam rupium dubioſque aditus Ciliciam
que intrat quæ ex improuiſo exterrita uictori paruit: Darius inte
rea quingentorum milium imperatorum īſtaurato exercitu uel ut
alii perhibent.ccc.milia peditum &.c.milia equitum in aciem pro
cedens inter arctas Ciliciæ rupium fauces commiſſo certamine ui
ctus ac fugatus terga celeri ſtudio uertit peditum octoginta milia
equitum decem milibus cæſis:quadraginta milia captis direptis ca
ſtris cum Regia matre uxore ac tota familia Sobole etiam uictor ī
ſignis.Hinc ad profectionem damaſci ꝑuectus ex proximis natio
nibus legati uenere ſe ſuaſqꝫ urbes dedentes Syria phœnices & Sy-
don cum maritimis inſulis uictori obtemperarunt:Tyrum feroci-
ter expugnatam & uirtus & fortuna obtinendam dedit:aliquamdiu
obſeſſa tenedos regi paruit centum.lx.nauium claſſe deuicta gaza
decem milibus hoſtium cæſis expugnata eſt:uictricibus armis ce-
ſſit Aegyptus & Syrenæ ceruicem flexere:ad iouis Hamonis tem-
plum quam ſibi patrem finxerat gentium domitor per arida &
Solis aduſta uertit iter:Vnde remeans diuina ſtirpe ſe natum uo-
luit: Credi haud quaquam mortali patre contentus : reuerſus ur-
bem condidit:quam ex ſuo nomine Alexandriam appellat : hinc
aduerſus Darium qui Arbelam ignobilem uicum : ſed Perſica



ſtrage nobilitatum ingenti armorū copia uenerat de integro arma
conuertit & paribus utriuſque partis & copiis & fortuna hinc quoqꝫ
uictor orientis ſibi limen aperuit ita ut proxime gentes perſides &
babylonii paterentur:imperia per difficiles aditus æthereaque iuga
ad ſeptentrionē conuerſus parthos hircanoſqꝫ fregit:Caucaſū mon
tem ad montis extrema cum ſuis labore deductus mareque Caſpiū
cuncta ſternendo ſubegit:ad flumen Thanaim & Scythas circumtu
lit ſigna:& in finibus Aſiæ partem tenuit:Europæ & Idaſpē amnē:
Porum indorum maximum regem quia armis contradicere auſus
terribili prælio uicit:Et quia uictum ſe tam iniquo animo tulit ut ci
bum uulnerūque remedia reſpueret mori uolens magnitudine ani
mi delectatus Alexander in amicis habuit & honoribus auctum
regnare compulit.Multa præterea cū aliquot regibus & exteris gen
tibus per indorum longiſſimos tractus prælia geſta ſunt:tantis illu
ſtrata uictoriis ſiue græcorum aſſertione contra romanum nomen
parthorum gloriæ fauentium ſiue leuiſſimorum quorundam gal-
lorum : quos non ueri ſtudium: non fides ueri:non denique Ale-
xandri amor ullus:ſed romanorum inuidia atque odiū ſemper im
pulit:inuulgatum ſit eum totum terrarum orbem peragraſſe illius
que ad dominum fuiſſe:quæ opinio quorundā mentes irrepſit mi
nuenda omnino eſt:eoqꝫ maxime quia rerū geſtarū ſcriptores ali-
qui & quidē non īcelebres uidentur in hanc ſententiam trahi: Pri
mū itaque inter cæteros Annei Senecæ de Alexandro illud attingā:
alterius rerum ſuarum & loci huius & dicti memoria licet polleret
eximia reor obliti agebat inquit infœlicē furor aliena uaſtandi &
ad ignota mittebat:An tu putas Sanum quia græciæ primum cladi
bus in qua eruditus eſt incipit:qui quod cui optimum eſt eripit: La
cedæmona ſeruire iubet Athenas tacere non contentus tot ciuitatū
ſtrage quas aut uicerat Philippus aut interemerat alias alio loco ꝓii
cit & toto orbe arma circūfert nec ſubſtitit uſq̄ laſſa crudelitas īma
niū ferarū modo quæ plus q̄ exigit fames mordent iā in unū regnū
multa regna coniecit:iā græci perſæque eundē timent iam etiā a Da
rio libere natiōes iugū accipiunt.hinc tñ ultra occeanū ſolēque indi
gnātur ab Herculis liberique ueſtigiis uictoriā flectere ipſi naturæ
uim parat nō ire ille uult ſed nō poteſt ſtare:non aliter q̄ in præceps
deiecta pōdera qbus eundi eſt finis iacuiſſe: quod a tanto uiro tāqꝫ
præclaro dictum miror:nec minus & illud Iuſtini uniuerſū terrarū

orbem: utrum ſit mirabilius quia uicerit an aggredi auſus fuerit i
certum eſt Nota enim hæc ſunt: licet tamen illud tam ciuitati dei nec
minus incognitum eſſe debet: Quantalibet autem fide rerum uel
iſte uel Trogus inquit ſcripſerint. Addo his ego & quem diximus
Senecam: Quædam tamen illos fuiſſe mentitos fideliores litterae
oſtendunt: quom non Romam quæ florere iam cœperat aut italiae
oram ullam ſed nec germaniam nec britaniam nec hiſpaniam gal
liam uel aphricam per ſeſe aut legatos unquā adierit nedum uice-
rit: Quid ergo orientem adiit orientemq; uicit: unam Alexandri
Epyrenſis regis & huius auunculi ſententia ex omnibus uinci facil
limam mundi partem: quod ſæpe alibi idem auctor ait: & ut. Q.
Curtii hunc eundem regem ſtilo nobilitatis uerbis utar: Ab Hele-
ſponto uſq; ad occeanum omnes gentes uictoria emenſus utque in
quæſtionibus naturalibus inquit Seneca imperium ex āgulo Thra
ciæ uſq; ad orientis terminos protulit: quanquam quod conſtat ante
alias Carthagini infenſus ſe ſubacta Aſia in Aphricam migraturū
minaretur: & forte cogitaret inde ad gades herculeas & hiſpaniam
traiecturum: ac porro inde per gallias ſecus alpes & italiam in epyr
rum atq; macedoniā reuerſurus ſicque nondum alteram ſortē ador
tus exceſſit e uita nec aliter ut ille inquit q̄ Babylone ſua parthoque
uerendus nam ſibi libertas unquam ſi redderet orbē ludibrio ſeura
tus erat nō utile mundo editus exemplū eſt et q̄diu fuit de hoc ipſo
quē modo diximus Alexandro & Philippo patre ac macedonū re
ge inter doctiſſimos de utriuſq; præſtantia diſceptatio non leuis: &
quanquam magno ſe iudice qſq; ex ſtrenue ante actis ueri poſſit:
Philippum tamen uirtute uiribus animi magnificentia: fide: rerum
moderatione: rebus geſtis & gloria ſuperatum a filio: facilitate ue-
ro humanitate: conſiliorum prudentia: frugalitate: ſolertia: uerbor;
deniq; ac orationis cultor Alexandro ſuperiorem fuiſſe non dubi
um eſt: & licet regum clariſſimus teſte Iuſtino ſit: Alexander clari
orem tamen inquit Liuius eum facit ꝙ unus fuit ꝙ adoleſcens ꝙ i
cremento rerum nondum alteram fortunam expertus deceſſit Phi
lippum autem Alexandri patrem Theophraſtus tradit non ſolum
genere & dignitate regia ſed etiam & fortuna & moribus maiorem
cæteris regibus moderatioremq; extitiſſe. Sunt qui hoc decus impe
rii Cn. Pompeio magno ob res ab eo præ cæteris magnificentiſſi-
me geſtas deferendum putent: maximum enim & ſplendidiſſimū



ſoli quod romanorum nemini antea contigit ꝙ tertium a [illegible]
ſuo ſibi parte triumphū duxit: Nā licet tres ex hac una parte etiam
plures ipſi [illegible] primū ex Aphrica: ſecundū ex Europa: tertiū
hunc ultimū ex Aſia duxerit triumphum quendā ꝗſi modo uiſus ē
ex uniuerſo ambitu orbis triumphaſſe. Ex quo aūt genere gentiū
[illegible] triumpharit ex his quæ ſubiiciemus licet agnoſcere. Erāt
quippe regionum illarū noīa huiuſmodi: Pontus Armenia Cappa-
docia Paphlagonia Media colchis Hyberia inſula Albania Syria
Meſopotamia. Præterea hi qui circa Phœniciam & Paleſtinam īco
lunt Iudæi Arabes. In orientib; etiā partib; ac Cilicib; & Iſauris Py
ratis latronibuſq; ſuperatis ſui noīs inter Ciliciam & Iſauriam con
didit urbē: Inter hæc tropheis etiā ſuis quæ ſtatuebat in pyrrheneo
annotantur octingenta ſeptuaginta.vii.oppida ab alpib; ad Hiſpa-
niæ ulterioris finē in deditionē a ſe redacta: ciuitates ferme nongen-
tas: pyraticæ naues.viii.c.captiui poſt principes pyratar; in triū
pho ducti: Tygranes Armenus Tigraniſq; filius cum uxore filiaq;
ipſius regis. Rex iudæor; Ariſtobolus Mitridatis ſoror cum liberis
quinq; fuſis fugatis occiſis in deditionem acceptis hominū cēties ui
cies ſemel .lxxx. milia. Nec huic quidē Cn. Pompeio ad hæc tanta
tam ꝑ præclara facinora uirtus aut ratio ſuadebat: ſed inſatiatus amor
magnitudinis falſæ: quod ſi modo ut in hiſpaniam: modo in truces
lepidi motus & alpina bellā: modo in ſertoriana arma: modo ad col
ligendos pyrathas: mariā ac tot uaria pacanda proficiſceretur: cau-
ſæ per eū prætexebantur ad continendā potentiam. Quid illū ergo
in Aphricam: quid in ſeptentrionem: quid in Mytridatē & oēs aſiæ
angulos traxit niſi infinita cupido creſcendi: quom ſibi uni par; ma
gnus uideretur. Quid Cæſarem in ſua facta pariter ac publica imi
ſit niſi gloria & eius ambitio & nullus ſupra cæteros eminendi mo
dus quom unum ante ſe Cæſarē ferre non poſſet: cuius ecōtrario
ſi quiſpiam ſimili modo uelit percēſere res fortiſſime geſtas ob q̄s
Deus eſt a ueteribus appellatus imenſum & infinitū quippiam ag-
grediatur neceſſe eſt: huic enī primum bellū cum heluetiis fuit gal
lorum omnium fortiſſimis: quibus tantus ne dum pugnādi ardor
ſed rabies erat ut patria profecti.xvi. eor; urbibus uicisq;.cccc.a ſe
concrematis ne quid his deſiderii foret ex ſpe reuertendi ulterius
per romanor; terras obſtinati magis in omnem fortunam migrarēt:
quemadmodum antea Cymbri & Theutones quibus non audacia

[illegible] fortitudine ulla ex parte inferiores erant. Horum plane multi-
tudo in itinere uſq; caſtrorum genitum quae auxilio illis exierant ī ta-
bulis [illegible] quae in caſtris inuentae ſunt dictu mirabile litteris grae-
cis inſcriptae erant. Fuerunt autem omnis generis hominum capita
cccclxviii. milia ex quibus nonaginta & centum bellaciſſimorum uiri
quos omnis apud Rhodanum fluuium obuios Cæſar habuiſſet ma-
gno difficilique bello bis uicit uictoſque ad deditionem coegit: Ger-
manos etiam cum eorum animos ſortilegarum uaticinia mulierū non
cōmittere prælium ante ſinerent q̄ noua luna fulgeret: congredi lā
tius duxit trepidantibus q̄ idoneum illis tempus expectantibus: Fa-
cto itaque in eorum munitiones & tumulos impetu non ante ſtimula
re & inceſſere deſtitit q̄ ira demum pugnam capeſcerent: His in fu
gam uerſis quorum fertur numerus cccclx. milia fuiſſe Cæſar ſtadiis
cccc. aduſque Rhenum perſequēs cadaueribus ſpoliiſque refertis
cæſorum numerum. lxxx. milia fuiſſe perhibent: inde confluentis
Rheni bis diſiunctiſſimas ripas ponte coniunxit: et primus roma-
norum armis Germaniam inuaſit: uerum Barbari ſyluas petere p
perarunt ac paludes non auſi certare quod pro uictoria fuit: Hinc
Arioiuſtum germanorū inſolentiſſimum ducē uno prælio uicit ac
expulit idē contra ferociſſimos & bellaciſſimos neruios & atrebates
qui denſiſſimas incolunt ſyluas duxit exercitum: ubi igitur in pro-
fundiſſimo nemore filios ac ſupellectilē q̄ procul ab hoste colloca
ſſent cum. lx. milibus armatorum contra Cæſarem repentinos fece
runt īpetus: eumque caſtra locantem prælioq; abſtinentem offende
runt & uerſo in fugam equitatu. vii. & duodecimam legionē circū
uenientes uniuerſos trucidabant centuriones: quod niſi Cæſar cor
repto ſcuto & his qui coram ſe præliabantur detentis inter barbaroſ
irruiſſet: ac ſubinde quodam ex tumulo decima legio per hoſtiles
irrūpens acies periclitanti ſuccurriſſet neminem euaſurum incolumē
liquet. Ac uirtute Cæſaris & audacia ſupra uires (ut dici ſolet) decer
tantes: haud tamen neruios dare terga coegerūt: uerum fortiter oppu-
gnantes obtruncauerunt. Ex. lx. enim milibus quingentos euaſiſſe
traditur: hinc deditiones urbium ad extremos uſq; oceani terminos
conſecutæ Adriatici eodem īpetu fortunæ profligati ad quattuor mi
lia cæſa. l. milia uenundata cum Venetis qui ad occeanum terras in
colebant nauale prælium & memorabile fuit: & hi quoque uicti &
armis ſuperati equitanorum qui ad defenſionem cum finitimis cō



iura[illegible] & bellum ei cum belgis una cū germanorum auxiliis
horum copiæ ad. cc. lxxii. milia lectiſſima numeratæ ſunt: quibus re
pente e ſyluis erūpentibus milites Cæſaris eos excipiētes ſumma q
dem arte obſtando ad interemptionē deleuere quouſq; ad ſua reme
are cōpuliſſent: domuit præter hos oēm galliam quæ inter alpes flu
men Rhodanum Rhenumq; & occeanum eſt & circuitu patet ad
bis tricies centena milia paſſuum: in ea ſiquidē nec totū belligerans
decennium octingenta uiribus cœpit oppida: trecētos ſubiugauit po
pulos aduerſus trecentas partim inſtructas miriades centum q dem
ferro cæſis totidē uitæ reſeruatas habuit captiuas corpore armis ſpi
rituq; terribilē noīe etiam quaſi ad terrorem cōpoſito uercingentri
cem aluernum gallorum regē fortuna multis ſæpe magnis præliis atq;
conatibus retentata: poſt aliquot certamina horrida hinc īde uario
diſcrimine geſta in Alleſia oppido uallo. xi. milibus paſſuū circū
ducto concluſit donec. ccxlviii. milium armatorum exercitu cōgeſto
auxilio regis ferme tota Gallia ſurrexerat & hi quoq; cæſi fuſi fuga
tiq; qui potuere ad ſua remearunt Rex ipſe nouiſſime in deditionē
redactus maximū & ampliſſimum uictoriæ decus depoſito omni
faſtu ſupplex cum in caſtra ante Cæſaris genua faleris abiectis &
armis. Habe īquit fortē uirum uir fortiſſime uiciſti: inde quaſi hic
terrarum orbis non ſufficeret alterum cogitauit & ī britanniā tranſuectus
cuius ne nomen quidē romanorum antea cognitū erat & de q̄ nō parua
etiam inter ſcriptores & hiſtoricos contentio eſt cū eam nō re ſed
uerbo ſolum ac noīe fictam nuſquā extare contenderet ſubiugare ad
ortus eſt: huiuſq; facinoris audacia magnā illi gloriam peperit: pri
mus nāq; occiduū claſſe ingreſſus occeanum perq; athlanticum pe
lagus ad belligerandum tranſportans exercitum annauigare cœ-
pit: mira celeritate tranſuectus armaq; & obſides accepit a trepidis
& ulterius iſſet: Ni improbam claſſem naufragio caſtigaſſet occe
anus reuerſus igitur in galliam claſſe maiore auctiſque admodum
copiis in eundem rurſus occeanum eoſdē britannos ſubſecutus eſt
qui tandem expugnati cum regibus uictoris iugo ceruicē flexere
contentus his: non enim prouinciæ ſed nomini ſtudebat cum maio
re q̄ prius præda reuectus eſt: triumphauit quater ut teſtes fere oēs
auctores ſunt: ut certiores quinquies: Primus triumphus fuit de Gal
lia atque hac ipſa Britannia iſque omnium clariſſimus: ſecundus de
Aegypto: tertius de Farnace & Ponto: quartus de Iuba & Aphrica:

quintus de Hiſpania. Ego uero adderem ſextum de Maſſilia niſi quia forſitan iſte triumphus ſub gallico continetur: nam de Maſſilia illum triumphaſſe haud quaquam eſt dubiū cuipiam qui acerrimam illam Ciceroīs de Cæſare loquentis querimoniam in libris officioꝝ legerit: Vexatis inquit ac perditis exteris nationibus ad exemplū amiſſi imperii portari in triumpho Maſſiliam uidimus & ex ea urbe triūphari ſine qua noſtri īperatores ex tranſalpinis bellis triūpharunt prælia deniq; plura geſſit q̃ recenſere quiſpiam poſſit: huius unquam ductu ut ab illuſtribus quibuſdam traditum eſt auctoribus: undecies centies triginta & duo milia: uel ut ab aliis undecies centena nonaginta milia hoſtium cæſa ſunt: ſignis collatiſ bis & quinquagies: uel ut alii quinquagies tantū dimicauit. M. Marcellum ſolus tranſgreſſus qui nouies & tricies: uel ut alii atq; alii q̃dragies nouies pari pene modo fuerat præliatus: quod cætera ei9 geſta proſequar his tot bellis exactis tot laborib9 exanelatis: quos ne dum pati ſed ſcribere ſed legere ſed audire difficile eſt: uictor Cæſar Romam rediit: urbemque uacuam ingreſſus dictatorem ſe fecit: negatamque pecuniā ex ærario publico fractis foribus inuaſit: poſtea Pompeium inſecutus infinitas eius copias campis farſalicis fugauit: inde uicto & fugato in Aegyptum Pompeio cum Alexandrinis terra marique ingens belloꝝ ei negotium fuit: demū abſumpto fluctibus rege uictor Cæ. Cleopatram gentis reginā relinquēs per Syriam pfectus reſtitutus in regnū minoris Armeniæ Deiotaro Pharnacem bello uictum Ponti regno priuat: inde tenuit Aphricam: & poſt aliquot clariſſima bella unice geſta tres duces ptis Scipionem Iubam regem & Labienum pſtrauit: Cato uticenſis ultro repertum gladio pectus traiecit: uictor ad Italiā Cæſar rediit: mox ad hiſpanias conuerſus apud Mundā ancipiti euentu Cn. & Sextū Magni filios expugnat. xxx. milia pompeianoꝝ cæſis obtruncato Cneo. Quantum autem his bellis romani ſanguinis fuderit noluit annotari: ad ſummum ueſte pontifex creatus relatuſque eſt in numerum deoꝝ non modo principum auctoritate ſed opinione etiā populari. Nam ludis quos ibi Auguſtus Cæſar hæres eius inſtituit crinita ſtella ſeptem continuis diebus circa undecimam horam lucis efulſit: perſuaſumque credule plebi Cæſaris eſſe animam in cælum tranſmiſſi: huius ſtellæ & Virgilius poeta meminit in buccolico carmine: Et ſimulacꝝ ipſum Cæſaris ī indicio eſt cuius ī uertice



ſtella eſt: poſt hæc Numidici lapidis columnā in eodē loco poſuit .xx. pedū altitudine parenti patriæ inſcriptione addita ad quā ſacrificare & uota ſuſcipere & iurare per cæſarē diutius obſeruatū eſt ſed clari ſint ſane illi quos modo diximus clarus Scipio cuius conſilio atq; uirtute Hannibal in Aphricam decedere coact9 ē: Ornetur & alter Scipio Aphricanus qui duas potentiſſimas urbes īperio romano infeſtiſſimas Carthaginē Numantiāque deleuit: Habeatur uir egregius. L. Paulus ille cuius currum rex potentiſſimus quondā & nobiliſſim9 Perſes honeſtauit: Sit æterna gloria Marius qui bis italiā obſidione & metu ſeruitutis liberauit. Miris tollatur in cælū laudib9 qui cum uel dictatoribus uel conſſ. macedonū rege Alexandro in italiā traiecturo erat dimicandum. M. dicā Valeriū Coruū: Caium Martiū Rutiliū: Caiū Sulpitiū. T. Manliū Torquatum. Q. P. Philonē. L. Papyrium curſorē. Q. Fabium maxi. duos Decios. L. Voluminiū M. Corium longa belli experientia Philoppemenem celebret: Anteponatur omnib9 Pompeius cuius res geſtæ atque uirtutes hiſdem quibus ſolis regionibus curſu ac terminis continentur: Iulius tamē cæſar in rebus bellicis nec illis nec his pfecto nec ulli hominum ſecundus fuiſſe memorabitur: ita nanq; de eo per Eutropium ſcriptū eſt: Vir quo nemo unquam bellis magis emicuit: de hui9 etiam bellica uirtute atque præſtantia & ſi aliunde ſit dictum: non eſt tamen omittendum aliud Ciceroīs teſtimonium quod uulgatiſſimum omnibuſque notiſſimum ſit tamen & clariſſimum eſt: ſimul & ueriſſimum: Soleo ſæpe inquit ante oculos ponere idque libenter crebris uſurpare ſermonib9 oēs noſtroꝝ imperatoꝝ omnes exterraꝝ gentium potentiſſimorumque populorum: omnes regum clariſſimoꝝ res geſtas nec contentionum magnitudine nec numero præliorum nec uarietate regionum nec celeritate conficiendi nec diſſimilitudine bellorum poſſe conferri nec uero diſiunctiſſimas terras citius paſſibus cuiuſquam iam potuiſſe peragrari q̃ tuis non dicam curſibus ſed uictoriis illuſtratæ ſunt: neque ut alibi idem cicero inquit: Si tuæ res geſtæ cæteroꝝ laudib9 obſcuritatē attulerint: iccirco Cn. Pompeii memoriam amiſimus: quantum nomē ipſius fuerit: quantæ opes quanta in omni genere belloꝝ gloria: quanti honores po. Ro. quanti ſenatus: quanti tui: quis ignorat tanto ille ſuperiores uicerat gloria: quanto tu omnibus præſtitiſti itaque Cn. pompeii bella uictorias triumphos conſulatus admirantes numerabimus tuos enumerare

non poſſumus. Et quoniam in quo maxime conſtet hæc ducum ex
cellentia imenſæ quæſtionis eſſe ſolet: Plutarchus tertius eodē cla
riſſimus teſtis accedat. Summorum inquit uirorum & clariſſimoꝝ
ducum neminē huic bellatori imperatori præponendum cenſeas: nā
ſi quis Fabios Scipiones Metellos & ætatis ſuæ & paulo ſuperioris
duces Syllam Marium utroſq Lucullum & ipſum deniq Pompeium:
cuius omnimoda in re militari uirtus & gloria ad cælum uſq pflo
ruit cōparandos duxerit eos pfecto Cæſaris geſta ſuperant: quod
ſi præter hos alios quoq quoſdam intueri libet Tarquinū ſuperbum
Regulum Fabricium Curium atq Camillum Oratio etiam Flacco
quarto etiā grauiſſimo teſte micat inter oēs ſidus uelut inter ignes
luna minores: Ouidius quoq ad hæc: Nec ſpernendus nec ſubticē
dus auctor in faſtis: Magne tuū nomen rerum eſt mēſura tuarum
Sed qui te uicit noie maior erat. Denique Solini ultimi teſtis uerbo
fretus ut oēs huius impe. laudes cōplectar quantum iter milites Si
cinius aut ſergius tantum inter duces imo ut uerius dicam inter ho
mines oēs Cæſar dictator enituit: Catonū deinde ſi nobis inter ma
ximos duces ſermo habendus: ipauidus profecto & inter hos duos
Cæſarem & Pompeium inceſſens erit. Uticenſis ille ciuili ſe bello i
ferens: huic enim obuiū non alium quempiam aſſignauerim: Altius
certe nemo pgredi potuit q̄ qui ſimul in illa reipu. trepidatione con
tra utrunq ſe ſuſtulerit: & aliis cæſarianas opes: aliis pompeianas ſi
bi mouentibus utroſq contempſerit puocaueritq: ac oſtenderit eſſe
aliquas reipu. partes eleganter & cōpoſite. Etiam Criſpus ſaluſtius
cōmemorat illam rempu. non habuiſſe quēpiam uirtute magnum
ſed memoria ſua ingenti uirtute & diuerſis moribꝰ fuiſſe duos ma
gnos & præclaros uiros. M. Catonem. C. Cæſarem: alteꝝ Seuerum
clementem: alterum Conſtantem: illum hunc facilem: illum nihil
largientem: hunc affluentem copiis omnibus: in huius etiam laudi
bus poſuit qđ ſibi magnum imperium exercitum bellum nouum
exoptabat ubi uirtus eniteſcere poſſet: ita ſidebat in uotis uiroꝝ uir
tute magnorum ut exercitaret in bellum miſeras gentes & flagello
agitaret Bellona ſanguineo ut eſſet ubi uirtus eorum eniteſceret: i
alterius autē cōmendatione ſi animo cōplecti uolueris eius imagi
nem animaduertes Atridē Priamumq & ſæuū ambobus Achillem
utrūq enim iprobans hanc ueram de utroq tulit ſententiā. Ait enī:
ſi ſe Pompeius uicerit exulaturū: ſi Cæſar moriturum: quod cum



uictore Cæſare mature paret: admirari libet illius ultimum uulnus
ac nobile letum: per quod ut Seneca inquit libertas amiſit aiam: utq
oēm deniq uiri & ducis huius dignitatē in unum cogerim pariter
& gloriam alterius romanæ ſcriptoris hiſtoriæ ſentētiam fretus: Si
ueris magna paratur fama bonis Et ſi ſucceſſu nuda remoto iſpiciſ
uirtꝰ q̄cquid laudamus ī ullo Maioꝝ fortuna fuit: quis Marte ſecun
do: Quis meruit tantum populorum ſanguine nomen: Hunc ego
per Syrtes Libyæq extrema triumphum Ducere maluerim q̄ ter
capitolia curru ſcandere Pōpeii q̄ frāgere colla Iugurtæ: Ecce parēs
uerus patriæ Digniſſimus aris Roma tuis: Per quem nunq̄ iurare
pudebit & quē ſi ſteteris unquam ceruice ſoluta: Nunc olim factu
ra deum alterius & pmi Catonis illius Portii domi foris & militiae:
laudum plena ſunt oīa. Egregium. n. & ſummum præter ſapientiæ
nomen in q̄ nulli mortalium ceſſiſſe creditum eſt: magna hic & in
genti litterarum illius tēporis peritia ac eloquentiæ claritate fuit: nō
dum enim latinæ linguæ ſplendor ad ſummum & ultimum dignita
tis ſuæ culmen aſcenderat: Quod ſub Cicerōe factum uult Seneca
cenſura & triumpho ſimili modo cæteris nec inferior præceptis om
nium rerum expetēdarum ac ſeorſum rei militaris datis generi ro
mano: Inter pma uero agri colēdi illius æui cōfeſſiōe ſine Aemulo
agricola optimus fuit & quæſtor fortiſſimus iuſtiſſimus prætor: tri
bunus militum præcellēs: tres quoq res in homine ſummas præſti
tiſſe legitur ut optimus ſcilicet orator: optimus ſenator: & optimus
imperator exiſtimatus ſit: q̄s omnis & ſi nō prius: attamē clarius ful
ſiſſe in Scipione Aemiliano nō dubium eſt. ſumma etiam præter
illa quæ diximus uirtus Catonis conſulis in celtiberorum bello fuit
Quippe qui plura ſe oppida cæpiſſe q̄ in Hiſpania dies egiſſe com
memorat: eaq haud ſane iactantia eſt ſi re uera q̄dringenta fuere:
Fuit & fertur ſumma quædam inter Cæſarē &. M. Antonium cōpa
ratio: nam cum ludis relaxandi animi gratia ambo perſæpe occu
parēt ut aleis aut perdicum uel gallorum certamine & aliorum ani
mantium ſemper ab Antonio abiiſſe uictorē eum cōſtat: unde nō
ab re quidam ex cōſuetis augurio ſæpenumero monuiſſe eum his
uerbis uiſus eſt: Quid rei eſt tibi Antoni cum illo adoleſcente Cæſa
rem indicans fugæ ipſum clarior enim licet ſis & ſeuerior dignita
te plurimū domineris belliſq magis inſudaueris & plurimarum re
rum uſu excellas: tuus tamen genius tuumq fatum huiuſce geniū

ſatumq; reformidat:tuaq; fortuna in ſeipſa per magna praeclara q̃ li
cet ſit:illius tñ fortunæ uſquequaque blanditur hærẽt in ſuperioris
Aphricani dicto.vii.C.Marii conſulatus imo re uera nõ ſeptẽ:ſed
unus quom cæteros præter unum minus acceperit ſed rapuerit: in-
hærent & duo ſpecioſiſſimi triumphi. Nam quom apud Numan-
tiam ſub eo duce equeſtri ſtipendio mererent:& forte ut fit interce
nandum quidam Scipionẽ interrogaſſet: ſi quid illi accidiſſet qui
quæ nam res pu.aeque magnum habitura eſſet imperatorẽ:reſpici
ens ſe ſupra ipſum Marium cubantẽ uel hunc dixit:quo dicto per
fectiſſima uirtus maximã orientẽ uirtutẽ uiderit:ne an certius acci
derit perpendi uix põt.Illa nimiꝝ cœna militaris ſpecioſiſſimas to
ta in urbe futuras cœnas maior ominata eſt.Quom.n. poſt Aphri
cam ſubactã in iugurthã regẽ ante currũ ductum theotonicoꝝ ex̃
ercitum deletũ per Marium conſtet ac porro.cc. milia Cymbrorũ
cæſa.lxxx.per eũ capta cum duce Hermodo in initio noctis nun-
tium rettuliſſet:nemo fuit qui nõ illi tanquã diis ĩmortalibꝰ apud ſa
cra menſæ ſuæ libauerit:ſubit in hac reputatione.M.Claudiꝰ Mar
cellus qui ꝑmus Hannibalẽ uinci poſſe docuit ingentis ardẽtiſque
animi uir bellator acerrimus unꝰ ex paucis:inq; omni clarus hiſto
ria ſed imꝑmis Virgiliano carmine nobilis:ſic enim de hoc loq̃ns
ait:Aſpice ut inſignis ſpoliis Marcellꝰ opimis ingreditur:uictorque
uiros ſupereminet oẽs.Plura quidẽ uiri huiꝰ & ducis in laudẽ dici
poterant plus antẽ haud quaquam Quid eſt enim homini & quid
eſſe põt ampliꝰ q̃ oẽs excellere:quanquam id Virgilius nõ tam ue
ri ſtudio dixerit q̃ laudandi illum alteꝝ gratia qui hũc ibi ſequitur
Marcellum Octauiae ſororis Augusti filium:multos.n.iſte ſed oẽſ
haud dubie non excellit:Non indignabuntur ſuperiores romano-
rum exteraꝝ gentium praeter Hannibalẽ duces:ſi inter eorum exi
mium fulgorẽ.Q.Fabius maxi.ſe iterum ĩmiſcuerit tum ꝙ roma
ni generis prudentiſſimꝰ habitꝰ eſt:nondum enim Cato Cenſoriꝰ
famae huius ꝑmum locum ꝑ̃occupauerat:tum quod huic ipſi Ca-
to idẽ apud Ciceronẽ clarum magnae ſapientiae ac uirtutis teſtimo
nium praebet:Apꝑme autem honeſtatus eſt illo Ennii carmine no
tiſſimo: Vnus homo nobis cunctando.reſtituit rem non hic rumo
res ponebat ãte ſalutẽ.Ergo poſtque magiſque uiri nunc gloria cla
ret.Nota ſunt reliq̃ quibꝰ hoc famae decus maximique cognomen
iure ſibi debitũ etiam ſi ab eo ortum eſſe cenſeri poſſet: & q̃nquam



huius uiri plura conſilia q̃ praelia memorentur non deſunt tamen
praelia & ad aequandã aui gloriam Fabii maxi.rutiliani qui haud
dubio uictoriarũ numero & magnitudine præliorum ſuperior fuit
unum hoſtem Hannibalem quem mora & patientia fregit ſatis eẽ
uult.Liuius:inter romani ducis laudes magnum hoſtis et ſingulare
præconium.Q.etiam Catullum in hoc ſummoꝝ imperatorũ nu-
mero et præcellentia po.ro.uoce ſua ad ſidera uſque produxit. nã
quom ab eo ꝓ roſtris interrogaretur ſi in uno Põpeio magno om-
nia reponere perſeueraret : aſſumpto illo ſubiti caſus incurſu in
quo ſpem eſſet habiturus ſummo conſenſu acclamauit in te iudi-
cioque tali magnum Ppompeium cum omnibus ornamentis quae
paulo ante rettulimus duarum ſyllabarum ſpatio incluſum Catul-
lo æquauit.Merito etiam huic cõmemorationi praecipuũ.L.Mariꝰ
inuſitati decoris exemplum adiicitur:quem equitem Romanũ duo
exercitus.P.et.Cn.Scipionum interitu:uictoriaque Hannibalis la
cerati ducem legerunt:quo tempore ſalus eorum in ultimas angu-
ſtias deductum nulli ambitioni locum reliquebat. Adiicietur et ali
ud plurimum maximarum optimarumque rerum.L.Metelli uni-
cum exemplum pontificis imprimis bis:deinde conſulis: dictato-
ris:Magiſtri equitum:agris diuidendis uigintiduo uiri ſummi ſe-
natoris:oratoris optimi:primarii bellatoris: imperatoris fortiſſimi
ſapientiſſimi:denique et ditiſſimi clariſſimaque in urbe ſua ciuis
quae ſibi ſimul ſoli contigiſſe nec ulli alteri ab urbe cõdita ſatis cõ
ſtans opinio eſt.Alterum.L.Syllam qui fœlicitatis nomen aſſeren-
dum ſibi putauit neque laudare neque uituperare quiſquã ſatis di
gne poteſt.Dũ enim quærit uictorias Scipionem ſe popu.ro. quõ
exerceret ſæuitiam Hannibalẽ repræſentat.Auguſtus etiam rariſſi
mũ uirtutis ornamentum ſe inter ſtrenuiſſimos fœliciſſimoſque
duces & principes digne quidem enumerandum tradit:Decimum
enim & ſeptimum annum agens comparatis exercitibus Hyrcio &
Panſa conſſ.aduerſus Mar.Antonium & Decium Brutũ tunc Mu
tinæ obſidentem pro prætore miſſus:primo licet conflictu parum
proſpere geſto interempto Panſa : & ſecundo praelio exanimato
Hyrcio ferox̃ iuuenis ſuperſtes deuictum fugauit Antonium Ro-
mamque reuerſus ſenatui ſe inuiſum quom uideret aduerſus in-
gratiſſimos ciues cum Lepido & Antonio ſe coniunxit ubi conſ.
creatis relicto Lepido cum Marco Antonio interfectores Cæſaris

Caſſium & Brutũ iſecutus i Græciam tenuit emathiam: poſtremo
ui & armis ſuperati paricidæ inter tres uiros tripartito imperio Aſiã
tenuit: Antoniꝰ Lepidus Aphricã: Octauianus Europã: hæc iter. L
Antonius conſ. M. Antonii frater urbẽ hoſtiliter inuaſit iperioſum
iuuenẽ oppreſſurus: quẽ prælio uictũ ac fugatũ Peruſiæ obſeſſum
ipellente fame uiribus ſuis Octauianus ſuccumbere coegit: inde ſe
xtum Põp. Magni filium ꝗ infeſtatõe pyratica unde maria terrore
cõpleuerat trecentaꝝ nauium claſſe toto mari diſperſa expugnatũ
reddidit in fugã uerſum eodẽq; ſucceſſu cum Lepido qui ex aphri
ca multitudine armatoꝝ uenerat occaſione data in Siciliam cõflixe
re: ibiq; uictor miſere uitã iploranti remiſit: ad adriaticum littus ꝑ
fectus illiricos liburnos dalmatas uincere maturauit: ad Actium de
inde Græciæ ꝓmontorium ubi cum regina Cleopatra ducentarum
nauium claſſe. M. Antonius uenerat armis petiturus Italiam ad ſũ
mum cladis terreſtri naualique prælio certatum eſt: denique Augu
ſto uictore Antonius cum regina infauſta uela ĩ Aegyptum dede
re: Octauianus eum inſecutus penes ipſum Farum deleuit: uictor
ad italiam profectus bis ouans poſt philippenſe rurſus poſt Siculũ
bellum de Dalmatia ſiue Illiria deq; ad Actium uictoria & Alexan
drina triplici Curruli triumpho cõtinuoq; triduo urbẽ introiit clau
ſo iano pacis indicio: Cæterum diutius quieſcere non potuit rebel-
lione gentium concitus. Recluſo igitur iano ad Hiſpanias extrema
que occeani littora traductꝰ ad Cantabros & Aſtrues ſub iugo roma
no ceruices reflectere coegit: & totam peruagatus prouintiam terro
re armorum docuit ſeruare mandata Sarmathæ ſimul & Parthi ꝗ
intra ſeptentrionem & ortum ſolis terras incolunt ad Auguſtum ſe
ad obſequia paratos miſerunt: Tygranem in Syria ac Cæ. Auguſti
legato uictũ pœnituit defeciſſe: ad orientẽ deinde per legatos oĩbus
pacatis ex occiduo littore & hiſpania Romã reuectus ianum de in
tegro clauſit quẽ paulo poſt reſerare opportunum fuit ideq; arcticũ
polum ire coactꝰ ubi ferociſſimæ gẽtes cõtrafacere auſæ erãt ideoq;
Vindelicos Salaſſos Germanos Marcomanos Sueuos Sicãbros: &
quicquid citra ultraq; Rhenum Danubium ue Barbaria effera ſpe-
ctat ſic perdomuit ut enixæ paterẽtur iperia: ad meridiẽ conuerſus
Getulos uicit & Garamantes & Marmaridas: & ꝗcquid ad auſtꝝ pa
candum reſtabat cõpoſuit. Nec eſt de reliquis ꝓuitiis aliqua præter
Aphricã & Sardiniam: quam non ille adierit ſine exemplo rerum



potitꝰ totq; demũ ſubactis Romæ quom eẽt terra mariq; pacẽ par
ta Ianũ Quiritium tertio firmauit & perpetuꝰ dictator ac patriæ pa
ter factus ẽ fœliciſſimus omniũ ꝑncipum necdum alioꝝ ſed ſuo etiã
iudicio habitus ẽ Nã quum nepotẽ in militiã deſtinaret a diis opta
uit ut illi fortitudinẽ Scipionis: beniuolentiã Põpeii: ſuique ipſiꝰ for
tunam darent ueluti ſibiipſi permaximũ optis fuiſſe fortunatam dice
ret: præter ipſius fortunam ſimilẽ ei deniquẽ ducẽ ut nulla unquam
tempora tulerunt: ſic nulla forent po. ro. ſententiæ ſi credimus gra
uiſſimique poetæ Flacci dicẽtis: præſenti tibi maturos largimur ho
nores: iurandaſque tuũ per nomen ponimus aras Nil orturum ali
as nil ortum tale fatentes: ſed tuus hic populus ſapiens & iuſtꝰ ĩ uno
Te noſtris ducibus te grais anteferẽdo. Hæc de ducum præſtantia
ſuperioris æui pauca quædam attigiſſe ſatis ſit. Nino Libero Caſto
re polluce Herculeque de ĩduſtria omiſſis: ea enĩ eos ſingula am
plitudine fuiſſe ſinguli fatentur ut omniumque memoria hominũ
complexa eſt res geſtas ſuperare uideantur: Q uiſquis uero tanto
rum clariſſimorum quos diximus ducum & imperatorum rebꝰ ge
ſtis acta recentia cõparanda contumaci ac proterua obſtinatiõe du
xerit a uetuſtatis ueritatiſque omnis cognitione alienus ſit nece-
ſſe eſt. Ego enim hanc ducum præcellentiam noſtris & tẽporibꝰ &
ducibus deferẽdam maxime cuperẽ: ſed uafra & callida maiorum
noſtroꝝ conſilia admirabileque illam & incredibilem ac pene diui
nam reꝝ mil. gloriam animo mecum ipſe uoluens uelut æquus ar
biter omni utrinque affectu uacuus cui iure quodam ſuo cõparan
da ſint iuenio neminẽ. Cæterum ſtrenuiſſime dux ſigiſmunde pã
dulfe quom fiat inter claros & illuſtres uiros ut perſæpe ſolet non in
iocunda ſuperſtitum cõcertatio ducum ꝗ rei militaris peritia ꝗ armo
rum exercitatione qui præliorum numero qui nationum ac hoſtiũ
uarietate qui probitate qui prudentia grauitate fide conſtantia ani
mi magnitudine celeritate cæteriſque præclaris monumẽtis & im
peratoriis uirtutibus digniores cenſeantur maioribuſque illis pro
pius uideantur accedere: Aliique alios quoſque noſtrae aetatis in
medium unumque locum conferant ſemper cæteris te denique ſi
ne controuerſia probabilibus adducti ratioibꝰ nõ ſolum præferunt
ſed ſummos quoq; & maxios rerumque huiꝰcemõi gnaros hões
ac aliorum omnium mortalium fama celebres ſecum in eãdẽ ſen
tentiam trahunt: quanꝗ hoc minime dubium eſſe debeat ſed hæc

clarius: Cuius recte rerum tuarum tumultum recēſenti quō ſolus lacerā
& infractam tot bellorum incendiis hactenus italiam atque ruinā
extremam minitantē humeris tuis uelut Athlas cælum ne in ſe ipſā
funditus tota collaberetur in auxilia hinc inde accitus ipſe ſuſtule-
ris: Nota quin ita etiam ſunt illa quæ hoc aſpero & difficili tempoꝝ
curriculo pro clariſſimo imperatore Franciſco Sfortia in eius tute-
lam aduerſus Eugenium pontificem maximum quæ pro Eugenio
aduerſus hunc ipſum ſtrenuiſſimum ducem quæ pro illuſtriſſimo
Taraconenſium rege Alfonſo quæ pro inſubrium genuenſiumq;
bellicoſiſſimo duce Philippo Maria; quæ denique ab utriuſq; ſupe
ri atq; inferi maris littore pro Florentinorum Venetorumq; ac Se-
nenſium potentiſſimarum rerum publicaꝝ amplitudine: ſplēdore
ac gloria: uirtute animi: aut dextræ robore paſſim & ubiq; congre-
diendo: audendo: agendo perpeſſus es ut omnibus nō ſolū noſtris
ſed exteris nationibus & remotiſſimis populis inter excellentiſſi-
mos ac probatiſſimos imperatores qui bellicoſiſſimi & ſtrenua ma
nu docti ſint iuxta Homerum tradere equos pugnæ peditumq; fu-
roribus uti ipſe primus facile uideare

Pœnæ deſertorum & militum animaduerſio uaria ducibus
non obtemperantium Ca. XVI.

Neos uero qui ducis aut legis minus obtemperaſſent ar
bitrio uaria diſſimiliſq; aīaduerſio procedebat. Nam alii
in fortuna: infamia alii: atque alii in ſanguine ledebātur:
& quoniā acerbitas ulciſcendi pleruq; maleficii pœnarumq; formido
bene atq; caute uiuendi diſciplina eſt uiolatæ fidei quā ſemper ma-
iores noſtri maximi fecere ſumemꝰ initia. Hiſtoria de Mecio Su-
fiecio Albano nobis ignota nō eſt: quoniā pactū atq; condictū cum
Tullo rege po. ro. perfide ruperat binis q̄drigis euictus in diuerſa
nitentibus laceratus eſt nouum ſane atque aſpeꝝ ſupplitii genus di
ſectum enim antea fuiſſe apud romanos neminem equidē neq; le-
gi neq; audiui & quoniā nihil uideri poteſt efferatius nihil ab homi
nis ingeniis diuerſius q̄ ꝙ membra & artus breuiſſime laniatu di-
ſtrahantur. Reſtat ut quod de ſectione partitiōeque corporis inhu
maniſſimum uiſum eſt rationem breuibus reddamus omnibus q̄
dem uirtutum generibus exercendis colēdiſque po. ro. e prima ori
gine ad tanta amplitudinis inſtar emicuit: ſed omnium maxime at
que præcipue fidem coluit ſanctamque habuit tam primatim q̄



publice ſic cōſules clariſſimos uiros hoſtibus cōfirmandæ fidei pu
blice cauſa dedit: ſic clientē in fidem acceptum cariorem haberi q̄
ꝓpinquos: tuendumque eſſe cōtra cognatos cenſuit neque peius ul
lum facinus exiſtimatum eſt q̄ ſi cui ꝓbaretur clientē diuiſum ha
buiſſe: hanc autē fidē maiores in officioꝝ militariū uicibꝰ uſu atque
cōmertio maxime ſanxerunt ꝙ aliter totius rei militaris diſciplinæ
neruos adimi putarent ſi hominū perfidia ſine imani & horrenda
pœna eluderet: in aliis conſtat nulli gentiū mitiores pœnas placui-
ſſe. Sic Aurelius Cotta conſ. quom ad opus equites neceſſitate co-
gēnte iuſſiſſet accedere eorūque pars detractaſſet imperiū: quæſtꝰ
apud cenſores effecit ut a partibus notarētur: deinde obtinuit ne eis
ꝓpterea æra ꝓcederent: quos quia ſtipendium menſtruale uel an-
nuum ignominiæ cauſa adimebatur dirutos ære appellabant āti qui
ꝙ æs diruebatur in fiſcum nō in militis ſacculum. Arctaxerſes Ar
bacem quendā Medum hoīem qui in prælio ad Cyrum deſecerat
ac rurſus eo mortuo rebellarat: quom eum ignauiæ nō proditionis
neque ſimultatis reum ſtatuēs condēnaſſet: iuſſit nudum ſcortum
īpoſitum ceruicibus diē totum in foro circumferre: alterius uero qd
ad defectionē duos quoque ex hoſtibus ſe adituꝝ pollicitus in men
dacio deprehenſus eſſet: linguā tribus clauis affigi iuſſit: quō Han
nibal pœnus cum exercitu in Italia eſſet & aliquot pugnas po. Ro.
aduerſus pugnaſſet: primi totius italiæ Bruti ad Hannibalem deſci
uerunt: id romani egre paſſi poſtea q̄ Hannibal Italia deceſſit ſupe
ratique pœni ſunt: Brutios ignominiæ cauſa non milites ſcribebant
nec pro ſotiis habebant: ſed magiſtratibus in prouintias euntibꝰ pa
rere & præminiſtrare ſeruorum uice iuſſerunt: itaque hi ſequeban
tur magiſtratꝰ tanquam i ſcænicis fabulis q̄ dicebantur lorarii aut
quos erant iuſſi uincebant aut uerberabant: Appii Claudii ſentētia
ſenatuſque conſultum omnes qui a Pyrro rege epyrrotarum capti
& poſtea ab eo ultro remiſſi erant: decreuit ut ex hiſ qui equo me-
ruiſſent peditum numero militarent: qui pedites funditorum auxi
liis an ſcriberentur ne ue eorum cuipiam ad priſtinum tandē mi-
litiæ ordinem liceret redire niſi bina quiſque ſpolia ex hoſtibus re
portaret. Fuit & antiquis quoque animaduerſio militaris iubere
ignominiæ cauſa militi ueniam ſolui & ſanguine dimitti: cuius rei
rationem & ſi i ueterum libris haud quaquam potuerunt inuenire
hoc tamen poſt factum opinanti in militibus ſtupentis animi & a

naturali habitu declinandis ut non tam pœna q̄ medicina uideretur
poſtea tamen ob pleraque alia delicta id factum eſſe credunt per
conſuetudinem q̄ſi minus ſani uiderentur omnes qui cōtra officiū
deliquiſſent: Craſſus is qui a Sēpronio Aſellōe & a pleriſque aliis
hiſtoriæ romanæ ſcriptoribus traditur habuiſſe q̄nque rerum bonarum
maxima & præcipua ꝙ ditiſſimus ꝙ eloq̄ntiſſimus ꝙ nobiliſſimus
ꝙ iure cōſultiſſimus ꝙ pontifex maximus eſſet cū conſulatu obti-
neret Aſiam ꝓuintiam & circumſidre & oppugnare leucas pararet
opuſque eſſet firma & ꝓcera trabe qua arietē faceret quo oppida-
norum muri q̄terentur ſcripſit ad magiſtrum græcū maiorē athenien
ſium ſotiorum amicorum po. ro. ut ex malis duobus quos apud eoſ
uiderat maiorē ei mittere ꝓcuraret: tunc magiſter græcus comper
to quāobrē malū deſideraret non uti iuſſerat maiorē ſed quē ma
gis eſſe idoneū aptioremq; faciendo arieti: facilioremque portatu exi
ſtimabat minorē miſit: Craſſus eum uocari iuſſit & quom interro
gaſſet cur nunquam iuſſerat miſiſſet cauſis rationibuſque quas di
ctabat ſpratis ueſtimenta detrahi iuſſit uirgiſq; cecidit corrūpi atq;
ſolui ratus oē officium imperantis: Si quis ad id quod facere iuſſus
eſt non obſeqo debito ſed cōſilio non deſiderato reſponderit. L. pa
pyrius dictator. Q. Fabium Rutilianū magiſtrum equitum ꝙ aduer
ſus dictum eius quāuis fœlici pugna dimicaſſet Samnitibus fuſis uir
gis tamē cæſus popoſcit ſecuri percuſſurus & concitatione aut pre-
cibus exercitus occaſionē Fabio confugiendi in urbem dedit: eūq;
ꝓfugientem Romam proſecutus eſt ne ibi quidem remiſſo ſuppli
tii prius metu q̄ ad genua eius & Fabius cum patre ꝓuolueretur &
pariter ſenatus ac populus ro. rogarent teſtatus tandem eam pœnā
non Fabio ſed populo & tribunorum concedere poteſtati. L. Cal-
furnius Piſo conſ. quom in Sicilia bellum aduerſus fugitiuos gere
ret & . T. equitum præfectus fugitiuorum multitudine hoſtium cir
cumuentus arma tradidiſſet is præfectum ignominiae generibus
affici iuſſit eum toga laciniis abſciſſis amictum decinctaque tunica
indutum nudis pedibus totum diem ad principia uſque per oē tem
pus militiae quo ab eo meruerat adeſſe iubens: conuictu & homi-
num balneorum uſu turmiſque equitum ac equis quibus præfue-
rat ademptis in funditorum alas tranſcripſit. Q. etiā Fuluius Flaccus
cenſor Fuluiū fratrem cohortem legionis in qua tribunus militum erat in
iuſſu conſulis domum dimiſiſſe at ſuum ſenatu mouit. T. Manlius



Torquatus filiū ꝙ contra edictū cum hoſte Geminio Metio tuſcu
lanorum duce inſcio uel ignaro patre prouocatus pugnauerat quamuis ui
ctorē in cōſpectu exercitus cæſum ſecuri percuſſit: Poſthumius tybur
tius dictator A. Poſthumium & filium ꝙ nō ſuo iuſſu ſed ſua ſpōte
ſuos egreſſus hoſtes fuderat uictoriae gloria licet reportaſſet ſecuri
percuti iuſſit: Nec mittam tiose A. Fuluius ſenatorii ordinis contē
in acie filium iniuſſu ſuo e uita ſuſtulit q̄ T. Manlius aut Poſthumius
dictator iuuenē namq; ingenio litteris & forma inter æq̄les præſtan
tē prauo conſilio Catilinæ familiaritatē aſſecutum inq; caſtra eius te
merario īpetu ruentē in medio itinere abſtractum ultimo pœnae
ſupplitio affecit: præfatus nō ſe Catilinæ aduerſus patriā ſed patriae
aduerſus Catilinā genuiſſe filium. Milites autē q hoſtium caſtra in
iuſſu ꝓncipis aggredi eſſent auſi exauctorauit oēs Claudius ſecundus
eius nois īperator: eoſq; Romā ut digne punirētur miſit. ſicque in
bello ſæpius ſeueriuſque uindicatū eſſe cōſtat apud maiores noſtroſ
in eos qui contra īperium in hoſtē pugnarunt: quique tardius reuo-
cati praelio exceſſerunt q̄ qui ſigna relinq̄re aut pulſi loco cadere
auſi erant. Q. Fabius max. & ſi tranſfugarum dextras qui & i prae
ſidiis romanorum ad hoſtium ſtatiōes cōfugerant ipſe aliq̄n prae-
cidit ut defectionis metum reliquis iniiceret: ſuapte tamē natura &
clæmentia defectiones prohibendas placandaſque eſſe māſuetudi
ne ac miti oratione cenſuit neque oēm ſuſpitionem accuſare atque
omnino omnibus ſuſpectis moleſtum eē: nā quō aīaduertiſſet mi
litem quendam Marſum fortitudine & genere inter ſotios prima-
rium defectionis accuſari nullam in eum animaduerſionem egit
ſed cum ſineret ſe præter dignitatē neglectum iri tunc īquit duces
ad gratiam ineundam potius accuſantur quā ꝓ eorum uirtute ho-
nores impartiantur: deinde illum accuſauit: qui nulla in re officium
eius expoſcebat haec enim cum dixiſſet acerrimo equo aliiſque mu
neribus eum ornauit: quare exinde uirum ſibi fideliſſimum ſtudi-
oſiſſimumque effecit apud eundē Fabium quō miles Lucanus eſſet
accuſatus ꝙ mulieris amore noctu ſaepe a caſtris uagaretur: Caete
rum mirabili armorum uirtute uir eſſet narraretur quam deperi-
bat comprendi ea clam iuſſit & ad ſe adduci: ut autem adducta eſt
accerſito homine ꝙ præter legem inquit pernoctaret haud q̄quam
nos latuit ac ne prius quidem latuerat ꝙ probitati ſtuderes. Quare
fortiter ac recte factis errata cōdonentur: reliquum nobiſcum eris

habeo cum ſponſorē & addictam mulierculam ei cōmēdauit ac tra
didit. Non fuit non Q. Fabius maxi. inter hūc rei militaris pœnas
hoc in loco de te ſilentium facere Sigiſmunde q minimo peccata mo
re ſuo neque obſorbes oīa ad debitam ſed pœnis pſequa
ris neque tua induſtria pertinaciter difficiles ſciens ingenium hominum
ad peccandum pronum nec facile naturam & conſuetudinē in cor
ruptis extirpari poſſe neque laſciuiae & licentiae frena perſaepe
relaxas: Sic quom hoſtis in propinquo eſt ſegnes contumaces deſi
des negligentes ſeditioſos ac deſertores ſeueriſſime punis q haec ui
tia non ad ſingulorꝝ mores tantum ſed ad ſummā rerꝝ & omniū ſa
lutē pertinere intelligas. illud etiā ſemper tibi innatum & ingenitū
intelleximus ut uehementer uſq doleris pro erratis militum & ad
uerſum quēquiam arma ſumi oportere: contra uero laetari admodū
abſte plurimos ſeruatos & exornatos iri: & quod diuini muneris ē
hac ſua ſeueritate non hominum interitum cupere ſed ſalutē potiꝰ
ſingulis pro uirili praeſtare uelle. Admirantibus autem multis ac re
prehendentibus q ut mitis nimiū ſis ita & truculentus nimis et atrox
aliquando uideare reſpondere ſoles crudelitatē ſcilicet nemini mi
nus q̄ principi conuenire imperatorēque exercitus ut uictoria po
tiatur potius timendum eſſe q̄ hoſtē Iulius Cae. oborta ſeditione mi
litum paucis percuſſis caſtra ſedaſſe legitur & fidem militum repa
raſſe: ubi uero ſacrificia cōmitterent militiae milites ſuo fertur com
poſcuiſſe: maxime quando urbē ingreſſis non licuit homines ſpo
liare aut templa deorꝝ quod eis poſtmodū ingraueſcēte ſeditiōe ex
probrauit: numinibus namque romanis ciuibuſque iurati impugna
re non poterant quae ſacramento militiae ſuſceperant defendendos
Qui autē tali ignominia notabantur milites nec aera percipere nec
militaribus gaudere priuilegiis nec habere aliquid cum gladio telo
que cōmercium: neque porro ad cingulum reſtitui fas erat niſi eos
ante prae caeteris uirtutū meritis inſignirent Auguſtus militarem di
ſciplinam ſeueriſſime rexit legiones contumacius parentes ac īmo
deſte miſſionē poſtulantes dimiſit exauctorauitq: Centuriones itē
ſtatione relicta itidē ut manipulares capitali animaduerſione puni
it: p caetero autē delictorꝝ genere uariis milites ignominiis affecit ut
ſtare per totū diem iuberet ante praetorium interdum tunicatos di
ſcinctoſq nonnunquā ceſpitem portantes. C. Curio bello dardani
co circa Dirachium quom unam de quinque legionibus ſeditioſam



uidiſſet eam pcedere iuſſit inermem: diſcinctamq in conſpectu ar
mati exercitus ſtramenta coegit ſecare Poſtero autem die ſimiliter
foſſam diſcinctos milites facere nulliſq precibus legionis ab eo im
petrare potuit ne ſigna eiꝰ ſubmitteret nomenq aboleret: & milites ī
ſupplementū aliarꝝ legionū diſtribueret. L. Domicius Corbulo in
Armenia duas alas & tres cohortes quae ſecum ad caſtellum initio
hoſtibus ceſſerant extra uallum iuſſit tendere donec aſſiduo labo
re & proſperis excurſionibus redimerent ignominiam. P. Corneli
us Naſica decimo Iulio conſſ. qui exercitum deſeruerant damnati
uirgiſq caeſi publice uenierūt. M. Cato ab hoſtili littore in quo per
aliquot dies manſerat cū tardo pfectionis ſigno claſſem ſoluiſſet:
& relictis e militibus quidā acerrima uoce & geſtu expoſtularet uti
tolleretur circūacta ad littus uniuerſa claſſe cōprehēſum ſupplitio
affici iuſſit: & quem occiſuri per ignominiā hoſtes fuerant exēplo
potius īpendit. L. Paulꝰ Perſae rege ſuperato externorꝝ quoſdā tran
ſfugarꝝ elephantis conculcandos cenſuit. Aphricanus item poſteri
or euerſo punico imperio eiuſdē generis & culpae hominis in eden
dis populo ſpectaculis feris beſtiis obiecit. Eundē cenſorem decla
ratum ferunt adoleſcentē priuaſſe aequo animo quoniam ſumptuo
ſe in coena quo tēpore Carthago oppugnabatur placētam melle cō
fectam quam in urbis ſimilitudinēq formaret & hanc Carthaginē
appellarat conuiuis praepoſuit rapinae percōctātiq adoleſcēti quam
obrē equum ſibi abſtuliſſet: prior q̄ ego Carthaginem inquit diri
puiſti Xerxes Perſarꝝ rex Phitio quinq filiorꝝ patri uniꝰ uacationē
petenti quem uellet eligere permiſit: deinde quem elegerat ī partes
duas diſtractū ab utroq latere uiae poſuit: & hac uictoria luſtrauit
exercitum. Actiſanes Aethiopum rex Aegyptiis in ditionem ſuam
redactis ſumma eis aequitate imperauit: latrocinia enim nouo mo
re cōpeſcuit: ſontes neq morte plectens neq linquens impunitos iu
dicio conſtituto: reos omnis in unum cogens miti ſententia damna
uit: amputatis enim naribus in ultimā deſerti ire eos compulit ibiq
ciuitatem condidit ab exciſis naribus Rinoceram appellatam: Aſue
rus quom cuperet famam & ſermonem apud omnes gentes & nati
ones uulgari a ſe Cyram interfectum eſſe Mytridatem qui primū
Cyro uulnus inflixerat Chare deinde a quo ſucciſa poplitis uena
Cyrus conciderat q̄ aegre ferentibus ſe iniuſte ea gloria muneribuſ
a rege miſſis ſpoliari his regi nuntiatis uehemēter ira īceſſus caput

Chariā ceruicibus abſcidi iuſſit:hiſꝗ quom ineſſet mater tue ſu ī
quit rex ita hunc Chareū capitalem hominem breui pœna neces:a
me enī ſibi eorumꝗ diu audet merces perſoluenda eſt:permittente
autem rege matri ſupplitii ſumendi poteſtatē a tortoribus ſuis ho
minem cōprehendi iuſſit:decēꝗ dies in tortura haberi tum oculos
effodit & in aures liquefactum æs infundi ſic omni ſupplitio excru
ciatum necari:paulo poſt ob eandē cauſam mytridatem ꝗ aperte ꝓ
fitebatur manu ſua Cyrum concidiſſe:nec ut Arctaxerxes uanum
neꝗ irritum telum adieciſſe:ſed tranſfixo tēpore hominē ſtrauiſſe
eoꝗ uulnere tandem interiiſſe:ſcaphis necari iuſſit. Genus autem
mortis ac ſupplitii huiuſmodi fuit:Duabus exædificatis ſcaphis in
ter ſe congruentibus in altera hominem qui ad ſupplitium datur re
ſupinant:alteram deſuper īponentes ſic ambas cōiungunt ut caput
manus ac pedes foris excludantur.Reliquum uero corpus totum ī
tus claudatur præbent homini cibum ſtimuliſque oculos fodientes
neſci ad inuitum cogunt:neſcenti autem ꝓ potu lac melle mixtum
in os infundunt:faciemque eodē conſpergunt ſic eius uerſantes ſca
pham ſemper aduerſo ſoli opponunt & muſcarum inſidentiū mul
titudine ora quottidie obtegunt: cumque uirtus ea faciat : quæ æden
tes bibenteſque homines neceſſitas cogit ex corruptione & putre
dine uarii pullulant uermes:quibus intra ueſtes penetrantibus cor
pus abrodatur. Quom enim perfuncto uita homine ſuperior am
mouetur ſcapha exeſa caro aſpicitur & circa uiſcera talium ferarū
aliarumque quottidie ſubcreſcentium multitudo apparet:huiuſmo
di ſupplitiis mytridates excruciatus ad decimum uſque diem cala
mitoſam uitam perduxit:atque ſic demum extinctus eſt. Auidius
Caſſius qui ſe Marium dici uoluit milites qui ꝓuintialibus per uim
aliquid ſurripuiſſent his in quibus peccauerant locis in crucem ſu
ſtulit.Primus etiam id crudelitatis potius ꝙ̄ ſeueritatis ſupplitii ge
nus excogitaſſe fertur ut pergrandi & procero ſtipite terræ affixo a
ſummo ad imum uſque damnatos ligaret:ab imoꝗ ignem adiiciēſ
incenſis aliis alios fumo cruciatuꝗ ignis:alios metu ac timore neca
ret:idem denos cathenis uinctos in profluentem mergi iuſſit: mul
tiſꝗ deſertorum manus excidit:aliis crura & poplites maius exem
plum eſſe aſſerens uiuentis miſerabiliter criminoſi ꝙ̄ occiſi: Idem
cum ipſo inſc io manus auxiliaris tria milia ſarmataꝝ negligentibꝰ
agentium in Danubii ripis occidiſſet:& cum præda ingenti ad eū



rediiſſet ſperantibus tribunis ꝓmiū quod ꝙ̄ paruā manū tantum ho
ſtium occidiſſet rapi eos iuſſit & in crucē tolli atꝗ ultimo ſupplitio
affici dicens euenire potuiſſe ut eſſent inſidiæ ac periret romani im
perii reuerentia:& quom ingens ſeditio in exercitu orta eſſet proce
ſſit nudus in mediū campeſtribus ſolū tectus & ait:Percutite me ſi
audetis & corruptæ diſciplinæ facinus addite:tunc quieſcentibꝰ cun
ctis timeri meruit quia ipſe non timuit.Peſcenius niger decem mi
lites qui ꝓuītiali ablatum gallinacium comediſſent necari iuſſit: ex
ercitum antē qui ne occiderentur:non armis ſed precibꝰ impediret
interdixit igni & cibo cocto nec re ueſci aliā ni aqua frigida & pane
conceſſit:decupli pretio ꝓuintiali primum reddito ac ſoluto Alexā
dri uero Seueri uel Aurelii ſententia mulierculæ miles carpentariꝰ
adiudicatus eſt ut qui cōuitia dixerat ſeruili opere annoſæ fœminæ
nutrimenta præſtaret:& quom egre hoc ferrēt milites:perſuaſit oī
bus ut modeſte ferrent ac modeſte eos terruit.Libidinis autem ca
ſtigator Aurelianus maxime fuit:nam & ſeipſum continuit & adul
teros atroci pœna coercuit milites: nanꝗ qui hoſpitis uxorem uio
laſſent duabus inflexis arboribus fune alligauit: quo demiſſo reus
e ueſtigio utrinꝗ pendens laceratus occubuit. Longe aſperius Ma
crinus caſtigauit milites qui cum ancillā hoſpitis uiolaſſent:eos ui
uos(duo nāꝗ erant)boum in corio emiſſis modo capitibꝰ ſepeliuit
ut uermium multitudine ſuccreſcentium diutius torꝗrētur : inuene
runt alii crucibus non unius quidē generis capite conuerſos in ter
ram ſuſpendere:alii per obſcœna ſtipitem īmittere:alii patulo bra
chia explicare:alii uiuentibus cadauera alligare ut Opilius Macri
nus & Mezentius de quo Maro:Mortua quin etiā iungebat corpo
ra uiuis:Cōponens manibuſꝗ manus atꝗ oribus ora Tormēti ge
nus & ſaniæ taboꝗ fluentes Cōplexu in miſero longa ſic morte ne
cabat.Statuerunt etiam in infligendis pœnis aliquando maiores no
ſtri ut ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum ſortitione ī
quoſdā animaduerteretur ut metus uidelicet ad cēs pœna ad pau
cos perueniret.nam miles qui locū non tenuit qui hoſtium impetū
nimꝗ pertimuit: poteſt idem poſtea & miles eſſe melior & ciuis uti
lis & uir bonus:Circa ducum itaque & īperatoꝝ edicta boni milites
parebunt & obſequētur:niſi forte quod præcipitur ſaluti rei pu. ad
uerſum inueniatur:in eo enim haud quaquā obtemperat niſi perfi
dus & īpius miles.Quid enim iniquius Q uid deteſtabilius ꝙ̄ ſine

diſerimine aggredi:quæcūq dictauerit īperator nōne apud omnes ιox iſta quondam in caſtris forſan probata funeſta eſt & crudelis plenaque perfidiæ habita:pectore ſi fratris gladium inguloque pa rentis: Condere me iubeas plenoque in uiſcera partu Coniugis in uita peragam tamen omnia dextra:ſi ſpoliare deos:ignemq īmitte re templis:Numina miſcebit caſtrenſis flamma monetæ:Caſtra ſu per tuſci ſi ponere tybridis undis: heſperios. audax neniā metator in agros Tu quoſcūque uoles in planum effundere muros: his aries actus diſpergit ſaxa lacertis illa licet penitus tolli quam iuſſeris ur bem Roma ſit:& quanquā hoc nequius dici ab homine potuerit ni hil & unde magis deberet. Si fidelis eſſet romanus imperator offen di in eo tamen ſcelerat⁹ miles officii ſui fidem his uerbis facere ſtu duit:unde ſeipſum circūſcripta militari obædictia maxime in fide lem & perfidum eſſe conuincit. Hæc contra eos qui militaria ſegni us ac negligentius uel aliter ac diſciplina cōmunis exigit tractantes ignominiæ ac dedecoris notam ſubiicere dicta ſint & exēplis plu rimis confirmata ut ex alieno milites malo ſuum diſcant præcauere aut aliena uirtutis exemplis prouocentur

De Triumphis quidq triumphus & unde Ca. I.

LIBER DVODECIMVS

IVſto deniq ac debito narratiōis noſtræ ordine Sigiſmunde Pandulfe operi con ſumationē triumphis imponemus:quō hi bellorum ſint finis uictoribus decus & gloria. Eſt enim triumphus omnium militarium reꝝ honos ſupremus:maxi maq omnis utriuſq ſexus ætatis uniuer ſæ urbis exultatio & occurſus quidā qd̄ fiebat honorifica hoſtium clade duci & uictrici turbæ redeūnti:rerumq fortiter ac fœliciter geſtarū ſpeciē præ ſe ferenti ſic dictus ut perhibent a græco quod latine exultatio nem ſignificat. Credunt hoc alii a græcis nomen in cōſuetudinem deriuatū:ſimulq huius honoris quicquā ad Libeꝝ patrē primū ei⁹ auctorē pertinere quē triambū nominant: qd̄ & ſi haud quaquam uerum eſſe:Plutarcho auctore conſtet:uir tamen omniū undecūq



de doctiſſimus atq acutiſſimus. M. Varro hic inde aſſerit ita dictum Tranquillus aut triumphū latine dici potius appellatū q̄ ia q̄ triū phans urbem ingrederetur ex publico iudicio honoratum. Plus aut de triūpho duci bōo decedēdo exercitum indicare ſolitum erat: ſecun do ſenatum:tertio populum: At qui de eo maxime: quin et dictator uel conſul ſiue prætor res geſſiſſe triumpho dignas: Liuius tribunus lo citur e bene geſtā de hoc iudicabat exercitus:ſenatus conſulto: iuſſuq populi triumphans dictator in urbē rediit. idem. xxxi. L. Cor. Le tulus pconſ. ex Hiſpania rediit qui cum in ſenatu res ab ſe p mul tos annos fortiter. fœliciterq geſtas expoſuiſſet poſtulaſſetq: ut triū phāti ſibi inuehi liceret urbē res triūpho dignas eē cēſebat ſenat⁹ ſed exemplū a maioribus non accepiſſe ut qui neq dictator neq conſul neq prætor res geſſiſſet triūpharet:p proconſulem illum Hiſpaniā p uinciam nō conſulē aut prætorē obtinuiſſe:decernebatur tamen ut eo ouans urbē iniret intercedente etiā Sempronio Longo Tribuno pleb. qui nihilominus more maioꝝ haud ullo exemplo futurum di cebat. poſtremo uictus conſenſu patrum tribunus ceſſit & ex ſena tus conſulto. L. Lentulus ouans urbem eſt ingreſſus

De Tropheis & unde & in quo a triūpho differant. quodq ouē alii uictoria potiti:alii bouem hunc:q alii uel gallum īmolare cō ſueuerant Ca. II.

QUod etiam animaduertendū ne quod de triumpho & tro pheo male accipiunt nos quoque confundat opināces unā rem duobus nominibus appellari debere. Vt enī re uera qui Martiā & Terrificā hoſtium cæde pompā lege triumphali age bat triumphans dicebatur:ſic qui hoſtes fugaſſet trophæū appella bāt:non ab re a græco hoc ē ab hoſtium conuerſione dictum. Vo cabant etiam ueteres trophæum ſtipitē ſiue truncum mōtanæ quer cus abſciſum inſtar ſuperati hoīs fabricatum & ueluti ſpoliis & ar mis eiuſdem indutum:affixa enim quaque uerſum ſpolia īpende bant ornatu plurimo ac decore diſpoſita:neque hoc niſi in eminen tioribus locis figebatur. Vnde Criſpus de Pompeio deuictis hiſpa nis trophæa in Phyreneis cōſtituit:ex quo more in urbib⁹ trophæa figebantur in arcub⁹ exædificatis. unde poeta noſter elegantiſſim⁹ Ingentem quercum deciſis undique ramis Cōſtituit tumulo fulgē tiaque induit arma Mezentii ducis exuuias tibi magne trophæum Bellipotens aptat rorantes ſanguinē criſtas Telaque trunca uiri &

bis ſex thoraca petitum Perfoſſumque locis clypeumque ex aere ſiniſtræ ſubligat Atque enſem collo ſuſpendit eburnum. Alio idē in loco: Indutoſque iubet truncos hoſtilibus armis Ipſos ferre duces; inimicaque nomina figi ꝑ inimicoꝝ. Dicit autē affixos trophæis titulos cum nominibus occiſorum. Ad hæc inquit Iuuenalis Aquinas Bellorum exuuiæ truncis affixa trophæis Lorica & fracta de caſſide buccula pendens Et curtum temone iugum uictæque triremis Amplustre & ſummo triſtis captiuus ĩ arcu. Illud quoque nec prætermittendum triumphi genus nõ ab ouatione, hbt ẽ clamore Bacchico ſicuti multi putauere ouationē appellari tam & ſi ouantes illa canenteſque tranſmittant ut Plutarchus inquit. At quom milites in magno triumpho & plena uictoria bouē in hoc imolare ouem cō ſueuerunt: unde huic triumphi generi nomen extat utque q de pugna uenientes cum multitudine obuiam ad numina minora ibant & ibi fugatis hoſtibus oues diis ĩmolabant. Ouantes dicebantur ſic & ouatio proprie minor triumphus et qui ouatione meretur, et uno equo utitur et a plebeis uel equitibus romanis deducitur ad capitolium et de ouibus ſacrificet: unde & ut dictum eſt ouatio. Qui autē triūphat equis albis utitur quattuor: & ſenatu præeunte in capitoliū de tauris in eo ſacrificat: in quo nec illud ſilentio obuoluendum: quod ad mitiores triumphos & ad ouationes attinet: Super quo diſſenſiſſe ueteres ſcriptores inuenio: Partim enim ſcripſerunt qui ouaret introire ſolitū equo deuectum: & Sabinus Maſſurius pedibꝰ ingredi ouantes dicit non ſequentibus eos militibus: ſed uniuerſo ſenatu dignum et opportunū: etiam arbitror Spartanoꝝ legiſlatorē contēplari qui aliquando aliter ac romanorum more ſacrificandum iſtituit. Nam ſi quis lacedæmoniorum dux quod uelit dolo aut perſuaſione confecerit bouē mactat: ſi in bello res geſta fuerit Gallum: hi enim & ſi bellaciſſimum genus ſint & apud oēs habeantur: ampliora tamen magiſqꝫ homine digna quæ ratione ac prudentia ꝙ quæ ui aut fortitudine facta ſint indicabant.

Varia ſecundum diuerſas gentes et nationes triūphorum genera C.III.

Tqꝫ non idem in triumphoꝝ ſacrificiis apud oēs ſeruatæ religionis exemplū extat: ſic uarium apud diuerſas natiōes triumphandi morem fuiſſe conſtat et ut triumphi primum omnium



repetamus auctorem Dionyſium qui latine liber pater dicitur: India ſubacta multaꝝ gentium ſpoliis triumphantē uincti primū elephanti ſubiiſſe currum eius memorātur. Apud ægyptios Soſeſtris eoꝝ rex tam elato tam ĩmani animo fuiſſe fertur ut quot annis non elephantos: ſed ſorte reges ſingulos e ſubiunctis iungere ad currū ſolitꝰ erat ſicqꝫ triūphaſſe nullo maioꝝ fretus exemplo: quod equidem inuenerim tantū licentiæ dabat gloria ĩmanitas & intolerāda ſuperbia. Erictonius etiam uictor quadrigam & equos quattuor ꝑmus iunxit in Græcia. Apud noſtros Coſſus & Marcellus opima ſpolia ferentes ꝙ triiugo ſimiliter curru inuecti ſunt: Romulū uero non recte Dionyſius ait curru eſſe uſum: erant enim romæ in promptuqꝫ oībus ut memoriæ ꝓditum eſt Romuli pedeſtres ſtatuæ ſpolia ferentes: ex quo pedeſtres quoqꝫ eius fuiſſe triūphos non obſcurum ē: Tarquinium Priſcū deinde: deinde Damarati filium indecoram huiuſmodi currus & equoꝝ quattuor formam & magnificētiam triumpho ſtatuiſſe memorant: ab hetruſcis tamen prius ſumptam & in uſu habitam affirment: licet alii Publicolam primum in curru tali pompa triumphaſſe: quam & ipſam ut maioꝝ legibꝰ plurimis & maximis ducibus conceſſam: ſic nonnullis ademptā denegatamqꝫ non ſine maximis rationibus inuenio.

Quod non omnibus triumphi decernebātur: & quibꝰ. Ca. IIII

Vm enim eo triūphandi honos perueniſſet ut poſſe maius quicꝙ neqꝫ ĩperatori ſenatus populuſqꝫ ro. ac exercitꝰ dare nec ab his ĩperator accipere: deuictis hoſtibus ampliſſimo ꝓ honore & gloria uideretur: ꝓinde ob exigua quoqꝫ præſia leueſqꝫ conflictus honorum maximum ſibi decerni dux quiſqꝫ triumphum expoſceret: lege fuit occurſum ut ei ſoli liceret urbē triumpho inuehi: qui rebus fortiter ſtrenueqꝫ geſtis clarus eſſet imperator & hoſtilis exercitus ad quinqꝫ milium uſqꝫ numeꝝ fundendo ꝓfligandoqꝫ una dimicatione cecidiſſet: pœna deinde per. L. Mariū M. qꝫ Catonē trib. pleb. ducibus ĩiecta: qui falſo uel peremptorum hoſtium uel deſideratoꝝ ciuium numerum ſenatui per litteras rettuliſſent: iubenteque præterea ingredientibus urbem: quæſtoꝝ officium his de rebus iureiurando adigi uana ſcilicet ea nequaquā fuiſſe quae ſenatui nuntiaſſent tribuni ple. itidem ut ante ſolebant triūphū poſtulātibus aduerſari ita ut nōnunꝙ uiros fortes ac ſtrenuoſ impedientes aliorum triumphos deterrebant utque triumpharent

ſicũt de Manlio ꝓditum eſt efficiebant Moris etiã erat ut imperii au
ctione non ꝑ reſtitutis quæ aliquando eius fuiſſent: lauream decer
ni ius eſſet: ſicque ab. Q. Fuluio campano populo ſubacto. L. Opi
mio Flagellanis in ditionem redactis triumphandi poteſtatem a ſe
natu petentibus illis triumphus minime decretus eſt minimeque
obtentus ſemper enim exiſtimationem arbitriumque huius ho-
noris penes ſenatum fuiſſe & Valerio licet & Horatio conſſ. qđ an
tea nunquã actum tum primum ſit ſine auctoritate ſenatus populi
iuſſu triumphatũ. Inſtituti etiam huiꝯ pompæ ueteris fuiſſe compe
rio ut illis haud quaquã triumphi deberentur: qui ad res quanquã
maximas atq̃ clariſſimas bello cõficiendas abſq̃ ulla magiſtratꝯ au
ctoritate tranſmiſſi fuiſſent: unde nec. M. Marcellus nec. P. Scipio
curru triũphali inuecti ſunt: quom ſyracuſas alter: alter hiſpanias ſi
ne magiſtratu in poteſtatẽ romanã redegiſſent: ita etiã more maio
rum cõparatum erat ne qs qui exercitum nõ deportaſſet triumpha
ret niſi perdomitã pacatãq̃ ꝓuintiam tradidiſſet ſucceſſori: Sic. L.
Manlio ꝓconſuli ex hiſpania redeunti poſtulantiq̃ ab ſenatu in ede
Bellonæ triumphũ reꝝ geſtaꝝ magnitudo ĩpetrabilẽ faciebat exẽ-
plum alioꝝ obſtabat: medius tñ honos Manlio habitꝯ ut ouans nõ
triumphans urbẽ iniret. Ad hæc ſimili modo triumphũ ita decer-
ni a ſenatu ſolitum ut nulliꝯ ipſe nihil eius qui triumphaturus eſſet
& eoꝝ qui bello interfuiſſent uerba audiret: inſtitutumq̃ ideo ut le
gati tribuni centuriones milites deniq̃ triũpho adeſſent ut uirtꝯ reꝝ
geſtaꝝ eius cui tantus honos haberetur publice uideretur. Veteri
etiam romanorum more nunquã triumphus lachrymis ac ciuium
cruore quærebatur nec admittebatur oblatus. M. enim Fabius cõſ.
inclyta hetruſcis uehientibus ſuperatis pugna oblatum ſibi ſummo
ſenatus populique ſtudio triumphũ ducere renuit ꝙ eo prælio. Q.
Fabius frater atque conſ. fortiſſime dimicans cecidiſſet inquiẽs: qa
tantis rei pu. detrimentis luctus potius deberetur q̃ triumphus: triũ
phi negandi cauſa ſenatui uel ab eo aliis oblatum renuendi etiã fuit
ei qui alieno auſpicio & in aliena ꝓuintia pugnaſſet ut Heliꝯ primo
& Cn. quoque Claudius Nero deinde qui Liuii licet Salinatoris in
Haſdrubale opprimendo gloriæ particeps fuiſſe tamẽ triumphãtẽ
eũ equo ſequi q̃ triumpho quẽ ei ſenatus æque decreuerat uti malu
it. Et quia res in prouintia fuerat Salinatoris geſta ſine curru trium
phauit: ei ſimiliter triumphus adimebatur qui alieno exercitu rem



geſſiſſet prouintiamque reliquiſſet utilitate rapiẽdi ũt. L. furio præ
tori pene contigit cui nullo licet exẽplo id ipſe feciſſet: amplitudine
tamen rerum geſtarum gratia & amicorum orationibus & cõſulis
abſentia de gallis præter morẽ triumphum decreuerunt: Militaris
etiam licentiæ ſuperioris ætatis currũ triumphalẽ ꝓſequentibus fui
ſſet legimus ut triumphans per iocum plurimis ea die impune ſali
bus & carminibus aſpergeretur: ea tamen a militibus in imperato
rem ita dicebantur ut facile appareret in ducem indulgentem am-
bitioſumque ea dici Citeriam inſuper hoc eſt effigiẽ quandam ar
gutam & loquacẽ ridiculi gratia in põpa uehi ſolitam accepimus cũ
populo colloquentẽ. unde. M. Cato in. M. Cæcilium: Quid ego di
xerim amplius quẽ ego denique credo in pompa uectitatum ire lu
dis ꝑ citheria atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum: ſanctiſſi
mũ denique ac oĩ laude inter cætera digniſſimum urbis inſtitutum
quæ ideo cõmunibus incipiendis gerendiſque deos adhiberet: qa
nullius calumniæ ſubiiciebat ea quæ dii cõprobaſſent & in ſolenni-
bus uerbis haberet cum ſupplicationem aut triumphum decerne-
ret ꝙ bene ac fœliciter rempublicam adminiſtrarit.

## Triumphantium inſignia & ornatus Ca. V

Vlta quin etiam triumphantium erant inſignia: aurea coro-
na ſiue laurea aurea patera & ſacrificalis ferreus annulus:
toga picta & palmata: Scipio eburneꝯ ſiue iouis optimi maximique
ſceptrum: facies præter hæc minio illita coloris inſtar ætherei: ut
que Iouis ſimulacri faciem diebus feſtis minio illiri ſolitam: maxi
mi non ſolum ſed ſacri auctores teſtantur ſic triumphantium cor-
pora ſicque Camillum hac religione triumphaſſe: Bulla etiam ut
prætextatorum puerorum ita & triumphantium erat inſigne a pe-
ctore cordetenus dependens cordiſque figuram habens & ea intra
ſe remedia quæ aduerſus liuoris ſtimulos & inuidiæ morſus arbi-
trarentur maxime profutura: hancque ideo cordetenus geſtaſſe tri
umphantes cõſtat ut intuẽtes eam ita denique ſe hominum appella
tione dignos putarent ſi ea corporis parte cæteros antecellerent: ſic
que proinde bulla a græco ſermone dicta: qui conſilium latine dici
tur: uel ꝙ eam partem corporis bulla contingat in qua naturale ma
net conſilium: homines quoque ſe eſſe in illo ſublimiſſimo curru

triumphantes admonebatur a tergo: ſuggerebatur. n. Reſpice poſt
te hoīem te memento & utiq; hoc maxime gaudebant tāta ſe gloria
coruſcare ut illis admonitio ſuæ conditionis eſſet opportuna: cum
enī corona ſuſtineretur a tergo ánuluſq; digito ferre9 eſſet æque for
tuna triūphantis & ſui coronā retinentis annotabatur: indui porro
ſolenni geſtamine ac cultu triūphantes ius erat & quē ſingulis uſur
pare fas nō eſſet. Ex uirtute nāque petita non omnibus eadē ueſtis
ipſa & materia & colore & forma plurimū differebat: purpuræ uſū
ſemper Romæ fuiſſe uideo: ſed Romulo in trabea: Tullus Hoſtili
us hetruſcis deuictis e regibus prim9 uſus inuenitur toga prætexta
& latiore clauo Tarquinium Priſcum deinde tunica aurea trium-
phaſſe uerius docet: hanc palmatā auctores uocant: uel q; ueſtis ea
ſit quam qui palmam meruerunt uterentur: uel q; palmæ in ea exp̃
ſſe uiderentur: palmæ enim arborē non ab re inter uictoriæ & triū
phantium inſignia cōnumerari teſtis eſt Ariſtoteles. vi. pbleuma-
tum & Plut. in. viii. Simp. Si enim ſuper huiuſcæ arboris lignū ma
gna ſupimponas pondera ac tā grauiter urgeas onereſque ut one-
ris magnitudo ſuſtineri nō queat non cedit palma deorſum nec in
terra flectitur ſed aduerſus pōdus reſurgit & ſurſum nititur recur
uaturq;: ppterea inquit Plutarchus in certaminib9: Palma ſignum
placet eſſe uictoriæ & quoniam ingenuū huiuſmodi lignum eſt et
urgentibus oppmentibuſq; non cedat: hinc palmaꝝ ramos trium-
phantes geſtaſſe pditum eſt. Ex lauro etiam coronam portari mos
inoleuit et ramum manu teneri: non quia ut quidam perhibent in
ter armatos hoſtes quietis indicium romanis præcipuæ leticiæ ui-
ctoriarumque nuntia fuiſſet nec quia perpetuo uireat nec quia pa
cifera nec quia ī gremio iouis optimi maximique deponeretur quo
tiens lætitiam noua uictoria attuliſſet: præferenda enī utroque olea
ſed quia ſpectatiſſima in monte parnaſo ideoque & grata Apollini
aſſuetis eo dona mittere iam & regibus & Romanis teſte. L. Bruto
fortaſſis etiam in argumentum quis ibi libertatem publicam is me-
ruiſſet lauriferam tellurē illam oſculatus ex reſpōſo: & quia manu
ſatarum receptarum in domos fulmine ſola non iacitur ob has cau
ſas equidem crediderim honorem habitum in triumphis potius q̃
quia ſuffimentum ſit cædis hoſtium & purgatio ut tradit Maſuri-
us. Fuerunt & arboris huius circa Auguſtum euenta digna memo
ratu ob quæ etiam in triumphis uſurpatum arbitror. Nanq; Liuiae



Druſillæ quæ poſtea Auguſta matrimonii nomen accepit ac ſedēti
gallinam cōſpicui candoris aquila ex alto obiecit illæſam intrepide
mirā[illegible] quoniā teneret roſtro laureum ramū
Baccife[illegible] et ſobolem iuſſere ali
auſpicati ramumq; ſeri ac rite cuſtodiri. Quod et factum in uilla Cæ
ſarum fluuio Tyberi impoſita iuxta nonū lapidem uia Flaminia: quæ
ob id uocatur ad gallinas candidas [illegible] Syluæ prouenit ex ea trium
phans poſtea Cæſar lauream in [illegible] coronamque capite ge
ſſit: ac deinde imperatores cuncti [illegible] mos eſt ramos quos
tenuerint ſerendi durabantque ſyluæ nominibus ſuis diſcretæ.

Romanorum mores in triumphis. Ca. VI

IPſum autem triumphantium morem proſequemur Ro-
manū in his ordinē exprimētes: Die itaq; quo futura erat
pōpa po. ro. multitudo uiſendi ſtudio ad ſpectaculum tri-
umphi effuſa confluebat omnis pulcherrimis et nitidis ut quibat
quiſque ueſtibus ornatus: nemoque ex multitudine tota ciuium do
mi remanebat: ſed ſinguli nocteque triumphi diem præceſſura
erat: loca præueniebant in equeſtribus theatris quos Circos appel-
lant: in locisque circa forum ad hoc ipſum ligno exædificatis: in tē-
plis: in porticibus: in uiis patentibus & publicis: in feneſtris ac do-
morum tectis & in aliis quibuſcunque urbis partibus per quas tran
ſitus erat ſeſe ad ſpectandum comparabant imperatori neceſſario
tranſitu prætermiſſo: inſtratoque paſſim floribus ſertiſque odori
feris uerbenis ac herbis aliis ſuauitatem odoris affatim redolentib9
Multitudo deinde miniſtrorum haſtilia manibus geſtantium ex
medio confluentem: Dimouebat turbam & uias puras apertaſque
praeſtabant. Pars uero militaris ante lucem per turmas atque ordi
nes cum rectoribus progrediebatur & iuxta Iſidis templum: ibi
enim principes illa nocte quieſcebant conſtituebatur: ubi uero illu
ceſcebatur aurato ſublimiſſimoq; curru inuecti ut conſpici poſſent
eburnea curruliq; ſella in maieſtate ſedentes: purpuram auro con
textam induti & Lauri ramum dextra gerentes ferebant: hos pedi
tatus omnis ſub ſignis ac tribunis anteibat: Ferebantur poſt haec
hoſtium ſpolia: coronæ aureæ: dona ſociarum ciuitatum tranſlatae
Tubarum deinde clangor ſequebatur ac obſidum captiuorumque

[illegible] [illegible] & [illegible] ſubeuiſti & qui hoſtium dux fuiſſet ſi
captus aderat captiuis [illegible] cathenis uinctus ante currũ
ducebatur quadriga equi pulcherrimi [illegible] phaleratis [illegible]
[illegible] trahebant poſt [illegible] captiui qui per [illegible] [illegible]
ſi raſis capitibus ob [illegible] ſeruitute uel pileo capiti ĩpoſito q̃ do
natæ libertatis ſignũ erat currum triumphantis ſequebantur: hũc
etiam milites & equites [illegible] ĩperatoris ſecundum legiões cohor
ſtatuens multis in locis ab ſe deuictis colũnas erexit: in quis ægypti
is quas ſacras dicunt litteris ſcriptum extat: hanc prouintiã armis ſub
egit rex regum princeps principũ Seſooſis. Quid Alexander ille
Macedo: nonne in ſogdianorum finibus Alexandriã condidit ad con
teſtandos itineris ſui terminos: quo in loco ab Hercule primũ: a Li
bero deinde patre Cyro item & Semyramide ab ipſo atq; Alexan
dro deniq; aræ ſunt cõſtitutæ: quod proximũ gloriæ oium duxerint
illo uſq; præmonuiſſe itineris ſui metas ab illa parte terrarum fluuio fi
nes ſecante: quẽ Bactri ſoli laxatem uocant Scythæ Filin nominant
hunc eundẽ eſſe Thanaim exercit⁹ Alexandri magni crediderũt.



Verum ibi Demodamas Seleuci & Antiochi regum dux ſatis ido
neus uero auctor tranſgreſſus amnẽ iſtũ titulos oẽs ſupergreſſus
alium eſſe q̃ Thanaim deprehendit: ob cuius gloriæ inſigne dedit
nomini ſuo ut altaria ibi ſtrueret Apollini Didimo hoc ẽ Colimi
nio ꝙ limes perſicus una cum ſcythis iungeretur: idẽ Alexander
triumphorum ſuorum auſpiciis condidit in ægyptii maris litore urbẽ
aliam ſui nominis quam metatus eſt Dinochares ſiue Dimocra
tes architectus memorabili ingenio.xv.milia paſſuũ laxitate com
plexus ad effigiẽ Macedoniæ chlamydis hoc eſt urbe gyrato lacu
noſa dextra læuaq; anguloſo procurſu: iam tum tamen quinta ſitus
parte regi dicata. In diuerſis inſuper Aſiæ regionibus.xii. inueniũt
condidiſſe muros eorum inſignieus græcorum quibuſdã elementorum ca
racteribus uti legeretur in eis Alexander rex filius Iouis fecit: idẽ
Herculis & Liberi patris laboribus ſuperatis præcepit ei quẽ perſi
di præfecerat ut pilas ſolidas auripedũ uicenum quinũ erigeret & ĩ
his facta eius ſcriberet poneretq; in ultima India ultra Liberi patris
& Herculis trophæa: unde ad præceptorem ſuum Ariſtotelem ſcri
bens: Et ego inquit mea quinq; aurea trophæa prioribus altiora de
nis pedibus ſtatui atque imperaui quæ miraculo ſint futura: Cari
ſſime præceptor poſteris ſcilicet non parua admiratiõe nouum per
petuumque uirtutibus monumentum: non inuidendum mortalib⁹
perpetuæ de nobis opinionis & animi induſtriæ huius regis gloriã
emulati ſunt romani ſed non diuitias adæquarunt: ſtatuerunt enim
columnas & ipſi quæ rerum geſtarum referrẽt memoriam ſed ære
as atque marmoreas. Auguſtus nanque uictor totius ægypti quem
Cæſar pro parte ſuperauerat multa de nauali certamine ſuſtulit ro
ſtra: quibus conflatis quattuor fecit columnas quæ poſtea a Domi
tiano in capitolio ſunt collocatæ: nam roſtratas Iulius poſuit uictis
pœnis nauali certamine e quibus unam in roſtris alteram ante cur
rum poſitam conſtat. Fuerunt & marmoreæ columnæ quib⁹ apud
maiores nobiles aut ſub montibus aut in montibus ſepeliebantur:
unde natum eſt ut ſupra cadauera aut pyramides fierent moles ab
imo latiſſimæ in ſummitates acutiſſimas deſinentes: ſic dictæ ꝙ ad
ignis ſpeciẽ in conum tenuantur aut in gẽtes collocarẽtur columnæ
uerum quanquã de pyramidũ mole ac forma ſcripſerint Herodot⁹ &
Homerus Duriſtamus Ariſtagoras Dionyſius Arthemidorus Ale
xander Polihiſtor Buthoriades Antiſthenes Demetri⁹: Inter oẽs

eos tamen non conſtat a quibus cœptæ ſint auctoribus. Erigendarū
autem dicandarūq pyramidum cauſa in ægypto regū pecuniæ otio
ſa & ſtulta oſtentatio a pleriſq traditur ne pecuniam ſucceſſoribus
aut emulis inſidiantibus praeberent: aut ne plebs otioſa lāgueret: co-
lumnarū uero uſus in romanis cœpit a Cornelio Menio qui priſcos
deuicerat anno urbis conditæ. cccc. xvi. Erat & in foro Traiani co-
lumna ſub qua oſſa eius poſita in urnam auream collocata fuiſſe con
ſtat: permanentq duæ adhuc Romæ Hadriani & M. Antonii ſuis
nominibus celebres: harum autē ratio ē quibus dicatæ fuerunt attol
li ſuper cæteros mortales quemadmodum in urbe Roma inter di-
uerſas moles obeliſcos uidemus plures alioſq iacētes: alios erectos
quos imperatores maximi bello domitis gentibus & ꝓſperitatibus
clariſſimarum rerum geſtarum elati diis ſuperis in religione dica-
runt. Sic Seſooſis ægypti rex obeliſcos ex lapide duro duos erexit:
utrūq altum cubitis centum uiginti in quibus tum imperii magni-
tudinem tum quas ſubegit nationes deſcripſit: ſic apud hyberos pu
gnacem gentem tot obeliſcos erigere circa cuiuſq ſepulchrum mo
ris erat quot homines ex numero hoſtium ille necaſſet. Erat & tri
umphales arcus ſuntq adhuc Romæ ſuo loco imprimis impe. Cæ
ſaris. L. Septimii & impe. Cæ. M. Aurelii Antonini pii rerum ſuarū
inſigni marmore & claro artificio ut impreſſa docet īſcriptio. Et ar
cus etiam triumpho inſignis Conſtantini quem inciſæ litteræ libe-
ratorē urbis fundatorē quietis indicant. Eſt & nobilis atq triumpha
lis Hieruſalem hunc titulum habens: Diuo Veſpaſiano & diuo. T
filio. S. P. Q. R. pauca reliquorū deinde ueſtigia ſuperſunt: quanq̃
trecentos & uiginti triumphos ab urbe con. ad hæc ipſa quæ modo
diximus tempora numerent. Nec etiam dubium eſt ob uirtutis mi
raculum quin maiores noſtri reges ipſos uita functos, iactare ſum
mis laudibus ac nouis & exquiſitis honoribus cœperint: ſiue ut fieri
ſolet in adulationē eorum ſiue ob beneficia quibus erant humani-
tate compoſiti ipſi reges: deīde tum cariſſimi fuiſſent his quorum
uitam compoſuerant multiſq honoribus retulerant non paruum
deniq ſui deſiderium de medio ſublati reliquerunt: ſicque homines
ætatis illius ſiue ſamii ſiue corinthii ſiue aſſyrii ſiue ægyptii ſiue al
terius gentis fuerint ſimulacra finxerunt & ſtatuas ut haberent quo
aliquam uoluptatem ex imaginum ſaltem proſpectione reciperent
progreſſiq lōgius per aulam memoriā cœperunt colere defunctorū

ut & gratiam referre benemeritis uiderentur & ſucceſſores eorū alli
ceret ad bene imperandi cupiditatem: quod orator eximius in natu
ra deorum monet dicens. Suſcepit autē uita hominis conſuetudoq
communis ut beneficiis excellentes uiros in cælum fama ac uolupta
te tollerent. hinc hercules hinc Caſtor hinc Pollux hinc Eſculapius
hinc Liber & alio loco atq alio & in pleriſq ciuitatibus intelligi pōt
acuendæ uirtutis gratia: aut quo libentius rei publicæ gratia perico
lum adiret: optimus quiſq uirorum fortium memoriam honore de
orum immortalium conſecratam. hac ratione Mauri proprios re-
ges: romani ſuos cæſares & qui uiri fortitudine inſignes erant con
ſecrauere inde per gentes & prouincias ſingulas uaria deorum reli
gio mutatur: dum non unus ab omnibus deus colitur. ſed propria
cuiq maiorum ſuorum cultura ſeruatur: hoc ita eſſe Alexander ma
gnus inſigni uolumine ad matrem ſuam ſcribit: metu ſuæ poteſta
tis proditum ſibi a diis hominibus a ſacerdote ſecretum: quod ma
iorum & regum memoria ſeruata ſit: inde paulatim cultu in modū
uerſo ſuperſtitionem mortiferam irrepſiſſe: uerumque eſſe poe-
ticum illud Primus in urbe deos fecit timor. Quo autem tempo-
re huiuſmodi diuini honores mortalibus eſſe cœperint non eſt ob
ſcurum præſertim quom nulli reges ante Saturnum uel Vranū fue
rint & iouis temporibus ab initio tēpla conſtituta eſſent. & noui de
orum cultus inuenti. Sic hominum effigies quom non ſolerent ex
primi cœpere nec niſi ab aliqua inſigni eorum qui diuturnitatem
nominis meruiſſent: primoq ſacrorum certaminum uictoriæ Ma
ximæq olympiæ ubi omnes qui uictores fuiſſent ſimulacra eff.n
gi ſolere moris erat eorum qui ter huiuſmodi in certamine ſuperio
res euaſiſſent ex uniuerſo corpore lineamentis ad ipſorum ſimilitu
dinem expreſſis. Primus tamē his ſtatuarum honos ut uidere uidē
or græcis debetur nulliſq apud eos reor plures dicatas q̃ Demetrio
phanoſtrati filio falerio qui quom apud athenienſes concionare-
tur urbi præfuit annis decem æreiſq ſtatuis honoratus eſt trecentis
ſexaginta quarum plures equeſtres erant & in curribus ſeu bigis ſta
bant ſummoq ſtudio ferme intra quadringentos dies conſummatæ
erant. Nam quom apud Athenienſes clariſſimus eſſet: ſic quoque
ipſe ab ea quæ cuncta conſumit inuidia tentatus: quippe inſidiis pa
ſſus a quibuſdam mortis ſententia abſens excepit: non tamen eius
corpore potiti ſunt. Verum ipſius deiicientes imagines erugine de

induſtria fœdatas alias quidem uendiderunt alias ſubmerſerunt ali
as in fruſta conciderunt una autem in acie ſeruata atque hoc ītuliſſe
Athenienſes huic Demetrio iubente rege proditum eſt. Apud ro-
manos etiam & pedeſtres et equeſtres ſtatuas procul dubio aliq̄diu
in ſumma ueneratione et auctoritate habitas cōſtat: equeſtrium ta
men origo per quam uetus eſt et cum fœminis etiam honore com
municato exemplo clodiæ cuius ſtatua equeſtris erat ceu parum
eſſet toga eam cingi quom nec Lucretiæ nec Bruto qui expulerant
reges propter quos Clodia inter obſidis fuerat decerneretur. et q̄n
quā Catonis in cenſura uociferationis eſſent mulieribus romanis ī
prouintiis ſtatuas poni: non tamen potuit inhibere quominus Ro-
mæ quoque ponerentur ſicuti Corneliæ gracchorum matri quæ fu
it Aphricani prioris filia Togatæ antiquitus ſtatuæ dicebantur. de-
inde nudæ haſtam tenentes græca enim res erat ſtatuas nudas dica
re nihilque in eis occidere. econtrario uero romana togas et milita
res thoracas ſuperaddere. Cæſar quidem dictator loricatam ſibi in
foro dicari paſſus eſt ſtatuam. Fuit Marci Tremelii equeſtris toga
qui ſamnites bis deuicerat: captaque Anania populum ſtipendio de
liberauerat. fuit etiam Scipionis qui bellum in Aſia geſſit Anthio-
cumque deuicit non ſolum cum chlamyde ſed etiam cum crepidis
in capitolio ſita: dicabantur quibuſdam argēteæ quibuſdam aureæ
Pompeius nanque in triumpho Pharnacis qui primus regnum te
nuit in ponto argenteam tranſtulit. Mythridatis item currus aure-
os et argenteos quanque nec deſint qui argenti uſum primum Di-
uo Auguſto dicatum in ſtatuis falſo arbitrentur: aurea autem ſta-
tua ac omnium prima nulla ſinanitate in templo Anetidis numinē
gentibus illis ſacratiſſima poſita eſt. Antonii deinde parthicis re
bus direpta. ſtatua quoque regis Aſſarii quam non adoraſſare ca-
pitale erat ex auro fuit ſexaginta cubitorum proceritate.
Domitianus etiam apud noſtros quom de dacis Germaniſque tri-
umphaſſet. Tantae fuit inſolentiae atque ſuperbiae ut aureas atque
argenteas ſtatuas ſibi in Capitolio poni iuſſerit. ex aere etiam pri
mam Romae ſtatuam conflatam et Cereri primum dicatam et Spu
rii Caſſii peculio quem regnum appetentem pater eius occiderat
inuenio: ſtatua quoque horatii qui et Cocles cognominatus eſt ænea
fuit et in æde Vulcani poſita eſt quæ detrimentum corporis acceptū



Claudius enim teſte Plutarcho poſtea fuit q̄ armatus in Tyberim
deſiliens tyrrheno telo ſautius ille admiſerat oſtendit Liuius licet ob
ſtantibus multis ſuperincidentibus telis incolumē ſe ad ſuos trāſnataniſſe
aſſerat. Cæſar dictator non ſolum ſibi in foro dicari ſtatuas paſſus
eſt: ſed diiectas Pompeii ſtatuas repoſuit: ex hoc etiā Auguſti Cæ
ſaris morem probandum cenſeo q̄ illuſtrandis ducibus antiquis q̄
romanum imperium auxiſſent exactiſſimam diligentiam impen
dit opera cuius reintegrans ac titulos dedicatis omnium ſtatuis tri
umphali habitu in porticibus ſui fori factum placet: nec min⁹ ratio
ſi quidem edicto præfatus eſt eo ſe propoſito id agere ut eſſent quo-
rum ad exempla & ipſius & ſuperioris temporis clarorum uirorū
formarentur mores ad quorumque ueluti præſentem regulam in-
ſtitutos principes ſuos po. ro. erigeret ſapiēter undique. Nā quom
aliquando ſtatuæ fuiſſent inſignia uirtutum & his ponerentur qui
ingenio & doctrina præſtarent quique magna geſſiſſent aut mortē
pro republica obiiſſent: quales decretas legatis a rege ueientium in
terfectum legimus nullum mortuo Ciceronis ſententia ab homine
mortali uel carius uel diuturnius præmium uel gratia maior nulla
præſtari poteſt q̄ ſtatuæ uel ſepulchri harum rerum geſtarū & glo
riæ memoria q̄ ex his plurimi quos diximus bellorum duces æter-
nitati cōmendari poſſe exiſtimantes ardenter affectarunt quā tan-
quā plus præmii de urnis & figmentis huiuſmodi ſenſu carentibus
adepturi quā ex conſcientia honeſte recteque factorū: q̄ autem ſit
pulchrum ueluti exigua hæc & minima ſpernere ad aſcenſum ue-
ræ gloriæ tendentem Cato Cenſorin⁹ monſtrauit: qui interrogatus
quam ob rem inter multos præclaros ſtatuam non haberet: Malo
inquit ambigere bonos quam ob rem id non meruerim quā qđ eſt
grauius cur impetrauerim inuſitare Militari etiam gloriæ clypei ſe
iungebant quos in ſacro uel in publico priuatim dicari inſtituti uete-
ris fuiſſe comperio: primus qui hoc egerit Appius Claudi⁹ fertur:
is dico qui cum Seruilio conſ. fuit: anno urbis. cc. lxx. poſuit enim ī
Bellonæ æde maiores ſuos uoluitque ī ſublimi uideri & clariſſime
geſtorum titulos legi. M. Aemilius in conſulatu collega. Q. Lucta
tii poſt eum non in baſilica modo Aemilia uerum & domi ſuæ po
ſuit placuitque plenam uirtutis imaginē reddi clypeo cuiuſque qui
fuerit illo uſus: hos pœni ex auro factitauere: ſic clypeos & imagīes
ſecumque in caſtris uexere: eiuſmodi quoque ſcutis apud Troiam

pugnaturus eſt: expreſſis quoque imaginibus & clypeis ſupra fores capitolinae aedis uſque ad incendium primum fuit: tantaque maiorum quidē noſtrorum auctoritas in ea re annotatur ut. L. Manlio Fuluio conſ. anno urbis. d. lxxv. M. Aufidius tutelae capitolii redē ptor docuerit patres argenteos eſſe clypeos qui p æreis per aliquot iam luſtra aſſignabantur tabulis ſimiliter pictis ſunt qui rerum ſuarum memoriam excoluerunt ut. L. Aemilius Paulus. L. q Scipio: ac Meſſala princeps: horum enim primus de liguribus triumphās geſtorum ordinem in tabulā pictum publice reliquit ſecundus tabulam uictoriæ ſuæ aſiaticæ in capitolio poſuit: tertiam tabulā pictā prælii quo carthaginenſes & Gerionem in Sicilia uicerat in latere curiæ hoſtiliæ affixit. Anno ab urbe con. d. cccc. xl. arator antē ille Arpinas & Manipularis imp. C. Marius cum clypeis pendentibus non pictis tabulis: non toreumate ſignoue: nō ſtatuis marmore aut ære: non obeliſco: non triumphali arcu: non pyramide: non columna non pila aurea ædificatio ne quopiam tantum: ſed Cantharo res ſuas clariſſime geſtas illuſtrauit. poſt iugurthinum enī & cymbricum theotonicumque triumphum Cantaris portaſſe Liberi patris exemplo traditur: quo interbibēdum indice illius uictoriæ ex aſia ductæ ſuam compararet ac ſimillimam redderet.

## Ludorum celebrationes Ca. XII

Oſt hæc inſuper ludorum celebratiōes ſi quidem ad natales eorum uel templorum nouorum dedicationes uel uota ducum perſoluenda ingenti confluentis multitudinis copia ſunt conſtitutæ: & primitus quidem uenationes quæ uocāt munera ſaturno deo ſūt attributæ ſiue ꝙ ad expeditiōes ituri debeāt pugnas & coeuntes inter ſe acies ſpectare ne ī bello armatos hoſtes uel munera uel ſanguinem perhorreſcant: ſiue ut nonnulli perhibent Hanc apud ueteres deuotionem factam ut contra hoſtes ciuiū ſanguine primum tali deo litaretur. Peſcenius enim Feſtus ī libris hiſtoriarum refert Carthaginenſes ſaturno humanas hoſtias ſoli tos immolare: & cum uicti eſſent ab Agatocle ſiculorum rege iratum ſibi deum putauiſſe: itaque ut diligentius piaculum ſoluerent ducentos nobilium filios immolaſſe: tantum religio potuit ſuadere maloꝝ ut tantam ciuitatis partem occideret: quantam fortaſſe nec



Agatocles uictor occiderat Idem in latio quoque eodem genere ſacrificii cultus eſt non quidem ut homo ad aram imolaretur: ſed ut in Tyberim de ponte Miluio mitteretur Verum id genus ſacrificii ab Hercule fuit poſtea cum Gerionis pecore ex hiſpania per italiā reuerteretur ſublatum: perſuaſiſſeq illorum populis ut fauſtis ſacrificiis infauſta mutarent: ritu tamen permanente ut pro ueris hominibus imagines iacerentur e ſcirpo ut Ouidius ī faſtis docet: donec in hæc uenit tyrinthius arua quotannis Triſtia Leucadio ſacra parata deo Illum ſtramineos ī aquam miſiſſe quirites Herculis exemplo corpora falſa iace: hæc ſacra ueſtales etiam uirgines feciſſe his uerbis idē poeta meminit: Tū quoq priſcoꝝ uirgo ſimulacra uiroꝝ Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet Ex his cauſis quæ de origine huius feſti relatæ ſunt apparet: Saturnalia uetuſtiora eſſe urbe romana adeo ut ante Romā in Græcia hoc ſolenne cœpiſſet. L. Accius in annalibus ſuis refert his uerſibus: Maxima pars graium ſaturno & maxime Athenæ Conficiunt ſacra quæ cronia eſſe iterantur ab illis Quomque diem celebrāt per agros urbeſq fere omnes exercent æpulis læti famuloſque procurant Quiſq ſuos noſtriſq itidem etiam mos traditus illinc eſte ut cum dominis famuli epulētur. Ibidem eodem quoq tēpore quom diu etiam humanis capitibꝫ ditē placare ſe crederent: eundē ferunt Herculē ſimili modo redeuntem per italiam gentibus ſuaſiſſe ut ſacrificia mutarent inferentes diti non hominū capita ſed oſcilla ad unam effigiem arte ſimulata: inuenio poſtea quom ludi per urbē in cōpitis agitabantur reſtitui ſcilicet a Tarquinio Superbo laribus ac Maniæ ex reſponſo Apollinis: quo præceptum eſt ut capitibus pro capitibus ſupplicaretur idque ꝗ diu obſeruatū ut pro familiarum ſoſpitate pueri mactarentur Maniæ deæ matri larium ideſt deorum inferorum: quod ſacrificii genus Iunius Brutus conſ. pulſo Tarquinio aliter conſtituit celebrandum. Nam capitibus alii & papaueris ſacrificari iuſſit ut reſponſo Apollinis ſatiſfieret de numero capitum remoto ſcilicet ſcelere infauſtæ ſacrificationis factumque eſt ut pilæ & effigies uiriles & mulieres ex lana cōpitalibus ſuſpenderentur totque his pilae quot capita ſeruorum tot effigies quot eſſent liberi ponerētur quæ denique effigies Maniæ ſuſpenſæ pro ſinguloꝝ foribus periculum ſi quod imineret familiis expiarent ac dea uiuis parcere his pilis & ſimulacris contenta. ludos autem ipſos ex uiis cōpitoꝝ in quibus

agitabantur compitalia appellitauerunt. Deinde quoniam fuiſſe pa
ni liceo rē diuinam & cum hac lupercalia feſta quodam celebrata
primum fuiſſe apud uetuſtatis aſſertores conſtat: de his nobis ter
tio loco differendum uidetur. Ea itaque ſacrorum genera ut elegā
tiſſimis rerum geſtarum ſcriptoribus uiſum eſt ab his qui ex Ar-
chadia cum Euandro in eum locum qui nunc romanæ urbis eſt ꝓ
fecti ſunt: ad noſtros primum delata fuiſſe ferunt ac ritu ſuo cele-
brata: Ouidius in faſtis. Pana deoꝝ pecoris ueteres coluiſſe querun
tur Archades Archadiis plurimus ille iugis Pan erat armenti Pan
illic numen aquarum: Munus ob incolumes ille ferebat oues Trā
ſtulit Euander ſylueſtria numina ſecum hic ubi nunc urbſ eſt tunc
locus urbis erat. in qua quidem urbe conſtat Euandrum conſtitui-
ſſe ut diuiſa paſtorali turba: nudi iuuenes ac pellibus immolatarū
hoſtiarum inuoluti liceum pana uenerantes per luxum atq; laſciui
am ex epularū hilaritate profuſioreq; uino prouecti perſonati cur
rerent loraque manu ferentes obuios quoſq; ac mulieres maxime
adultas: his ultro manuū palmas cædendas porrigentes uerberarēt
exiſtimantes id ſibi fœlicem pariundi facultatem præſtare poſſe eo
dem poſtea poeta dicente: Nupta quid expectas non tu pallentibuſ
herbis Nec prece nec magico carmine mater eris Excipe fœcundæ
patienter uerbera dextræ Iam ſacer optatum nomē habebit aui Cur
autem nudi currentes hunc deum coluerint pleraque curriculo ue
tuſtatis ad nos uſq; delapſa indicant: ſiue ꝙ ipſi deo qui nudus ē ce-
leritati ſuæ eo pacto longe aptius nudos miniſtros habere uiſum ſit
ſiue ꝙ Archades omnium populorum qui Græciam coluerint ue
tuſtiſſimi feris ſimilem adhuc ſyluis & montibus uitam agentes ex
pertes legis artiſque primū hunc deum uenerari patrio cultu cœ-
perint. Idē auctor in faſtis Cur igitur currāt & cur ſic currere moſ
eſt Nuda ferant poſita corpora ueſte rogas: ipſe deus uelox diſcur
rere gaudet in altis Montibus & ſubitas concipit ille feras: ipſe deus
nudus nudos iubet eſſe miniſtros: Nec ſatis ad curſus cōmoda ue-
ſtis erat. C. uero Actacilius ut ſcribit Plutarchus: ſcribit Romulum
quom ante conditam urbem eiꝰ pecora a latronibus rapta fuiſſent
lupercalium ſolennitate in honorem fauno ſupplicem primo ex-
coluiſſe: nudū deinde ne ſudore prepediretur oīs ſaltus currendo
ſyluaſq; luſtraſſe ideo nudatos lupercales hæc ludicra celebraſſe lu
percos alii nudos fieri ſolitos aiunt ꝙ Faunus ueſte deluſus a ſuis



eam ſacris procul arcuerit. Ouidius item in faſtis Veſte deus luſus
fallentes lumina ueſtes Non amat: & nudos ad ſua ſacra uocat. Iu-
ſtinus quoq; magis ex habitu dei cui ea ſacra fiebant ꝗ ex alio nu-
ditatis cauſam refert: Quom poſt hunc tertio loco regnaſſe faunū
ferunt ſub quo Euander ab Archadiæ urbe palanteo in italiā cum
mediocri turba popularium uenit: cui faunus & agros & montem
quem ille poſtea pallanteū appellauit benigne aſſignauit in huiꝰ ra
dicibus templum lyceo quem græci pana: romani lupercal appel-
lant: conſtituit ipſum dei ſimulacrum nudum caprina pelle amictū
eſt: quo habitu poſt etiam Romæ lupercalibus decurrebatur utcū
que res ſe habeat in tempora tamen uſque. C. Cæſaris huiuſmodi
obſeruationem fuiſſe compertum eſt: ea nanque ſacra quem ſedēs
Cæſar ſpectaret: & inter eos qui ſolennia celebrarent. M. Antoniuſ
conſ. qui triumuir poſtea fuit adeſſet: aiunt enim diadema capiti cæ
ſaris imponere conatum: quod quom Cæſar amoto capite ac ſimul
manibus reieciſſet Iouis capitolini ſtatuæ illico iuſſit imponēdum
De nomine lupercalium nō una etiam ratio ſed uaria proditur: alii
nanque locum deo pani ſacratum Archadiæ ferunt: quom etiam
mons in Archadia lyceus conſecratus eſt & dictus græce ideſt
lupus ꝙ lupos haud ſinat in oues deſæuire: ideo & Euander deo gē
tis ſuæ ſacrificauit locum & nominauit lupercal ꝙ præſidio ipſiꝰ lu-
pi a pecudibus arcerentur. Alii referente Plutarcho putant a lupa ꝗ
Romulum educauit potius emanaſſe: quom ut ait lupercales ludi-
crum inchoent ubi expoſitum Romulum fuiſſe fama eſt: tam &
ſi quæ ad ſacra pertinent minus ei conueniant rei dum de lupa Ro
muli nutrice loquitur: idem poeta his uerbis fidē facit. Illa loco no-
men fecit deus ille lupercal: magna dati nutrix præmia lactis habet
Quis uetat Archadio dictos de monte lupercos Faunus in Archa
dia templa lyceus habet. Inueniuntur etiam auctore Quintiliano
qui lupercalia æque tres partes orationis eſſe contendant quaſi lu-
dere per caprum ob temporis denique obſeruationem ludicꝝ hoc
ut inquit Plutarchus ad expiandos manes conſtitutum creditur: fie
bat enim ut ille inquit nefaſtis diebus menſis februarii quem piacu
larem interpretantur eodem poeta in faſtis dicente: Tertia poſt idꝰ
nudos aurora lupercos Aſpicit: & fauni ſacra bicornis eunt: Conſu
alia ludi dicebantur quos in honorem conſi faciebant quem deum

agitabantur compitalia appellitauerunt. Deinde quoniam fuiſſe pani liceo rē diuinam & cum hac lupercalia feſta quodam celebrata primum fuiſſe apud uetuſtatis aſſertores conſtat: de his nobis tertio loco differendum uidetur. Ea itaque ſacrorum genera ut elegātiſſimis rerum geſtarum ſcriptoribus uiſum eſt ab his, qui ex Archadia cum Euandro in eum locum qui nunc romanæ urbis eſt ꝓfecti ſunt: ad noſtros primum delata fuiſſe ferunt ac ritu ſuo celebrata: Ouidius in faſtis. Pana deoꝗ pecoris ueteres coluiſſe queruntur Archades Archadiis plurimus ille iugis Pan erat armenti Pan illic numen aquarum: Munus ob incolumes ille ferebat oues Trāſtulit Euander ſyluestria numina ſecum hic ubi nunc urbſ eſt tunc locus urbis erat. in qua quidem urbe conſtat Euandrum conſtituiſſe ut diuiſa paſtorali turba: nudi iuuenes ac pellibus immolatarū hoſtiarum inuoluti liceum pana ueneranteſ per luxum atq laſciuiam ex epularū hilaritate profuſioreq uino prouecti perſonati currerent loraque manu ferentes obuios quoſq ac mulieres maxime adultas: his ultro manuū palmas cædendas porrigentes uerberarēt exiſtimantes id ſibi fœlicem pariundi facultatem præſtare poſſe eodem poſtea poeta dicente: Nupta quid expectas non tu pallentibuſ herbis Nec prece nec magico carmine mater eris Excipe fœcundæ patienter uerbera dextræ Iam ſacer optatum nomē habebit aui Cur autem nudi currentes hunc deum coluerint pleraque curriculo uetuſtatis ad nos uſq delapſa indicant: ſiue ꝙ ipſi deo qui nudus ē celeritati ſuæ eo pacto longe aptius nudos miniſtros habere uiſum ſit ſiue ꝙ Archades omnium populorum qui Græciam coluerint uetuſtiſſimi feris ſimilem adhuc ſyluis & montibus uitam agentes expertas legis artiſque primū hunc deum uenerari patrio cultu cœperint. Idē auctor in faſtis Cur igitur currāt & cur ſic currere moſ eſt Nuda ferant poſita corpora ueſte rogas: ipſe deus uelox diſcurrere gaudet in altis Montibus & ſubitas concipit ille feras: ipſe deus nudus nudos iubet eſſe miniſtros: Nec ſatis ad curſus cōmoda ueſtis erat. C. uero Actacilius ut ſcribit Plutarchus: ſcribit Romulum quom ante conditam urbem eiꝰ pecora a latronibus rapta fuiſſent lupercalium ſolennitate in honorem fauno ſupplicem primo excoluiſſe: nudū deinde ne ſudore prepediretur oīs ſaltus currendo ſyluaſq luſtraſſe ideo nudatos lupercales hæc ludicra celebraſſe lupercos alii nudos fieri ſolitos aiunt ꝙ Faunus ueſte deluſus a ſuis



eam ſacris procul arcuerit. Ouidius item in faſtis Veſte deū luſus fallentes lumina ueſtes Non amat: & nudos ad ſua ſacra uocat. Iuſtinus quoq magis ex habitu dei cui ea ſacra fiebant q̄ ex alio auditatis cauſam refert: Quom poſt hunc tertio loco regnaſſe faunū ferunt ſub quo Euander ab Archadiæ urbe palanteo in italiā cum mediocri turba populariuum uenit: cui faunus & agros & montem quem ille poſtea pallanteū appellauit benigne aſſignauit in huiꝰ radicibus templum lyceo quem græci pana: romani lupercal appellant: conſtituit ipſum dei ſimulacrum nudum caprina pelle amictū eſt: quo habitu poſt etiam Romæ lupercalibus decurrebatur utcūque res ſe habeat in tempora tamen uſque. C. Cæſaris huiuſmodi obſeruationem fuiſſe compertum eſt: ea nanque ſacra quem ſedēs Cæſar ſpectaret: & inter eos qui ſolennia celebrarent. M. Antoniuſ conſ. qui triumuir poſtea fuit adeſſet: aiunt enim diadema capiti cæſaris imponere conatum: quod quom Cæſar amoto capite ac ſimul manibus reieciſſet Iouis capitolini ſtatuæ illico iuſſit imponēdum De nomine lupercalium nō una etiam ratio ſed uaria proditur: alii nanque locum deo pani ſacratum Archadiæ ferunt: quom etiam mons in Archadia lyceus conſecratus eſt & dictus græce idest lupus ꝙ lupos haud ſinat in oues deſæuire: ideo & Euander deo gētis ſuæ ſacrificauit locum & nominauit lupercal ꝙ præſidio ipſiꝰ lupi a pecudibus arcerentur. Alii referente Plutarcho putant a lupa q̄ Romulum educauit potius emanaſſe: quom ut ait lupercales ludicrum inchoent ubi expoſitum Romulum fuiſſe fama eſt: tam & ſi quæ ad ſacra pertinent minus ei conueniant rei dum de lupa Romuli nutrice loquitur: idem poeta his uerbis fidē facit. Illa loco nomen fecit deus ille lupercal: magna dati nutrix præmia lactis habet Quis uetat Archadio dictos de monte lupercos Faunus in Archadia templa lyceus habet. Inueniuntur etiam auctore Quintiliano qui lupercalia æque tres partes orationis eſſe contendant quaſi ludere per caprum ob temporis denique obſeruationem ludicrꝫ hoc ut inquit Plutarchus ad expiandos manes conſtitutum creditur: fiebat enim ut ille inquit nefaſtis diebus menſis februarii quem piacularem interpretantur eodem poeta in faſtis dicente: Tertia poſt idꝰ nudos aurora lupercos Aſpicit: & fauni ſacra bicornis eunt: Conſualia ludi dicebantur quos in honorem conſi faciebant quem deum

conſilii putabant. Circenſes uero quos primus Romulus raptis Sa-
binis conſualium nomine celebrauit Neptuno dicabantur hi in lit-
tore olim fluminis agebantur ab alio latere poſitis enſibus & gladi
is ut ab utraque parte eſſet ignauiæ præſens periculum unde & cir
cenſes dicti ſunt ꝙ exhibebantur in circuitu poſitis enſibus licet alii
a circuendo ab aſtercienſibus. Alii circenſes dicant uocari ſolitos
horum ratio ludoꝝ quid aliud habeant niſi leuitatem & uanitatē &
inſaniam non uideo tanto nanqꝫ impetu concitabantur animi in fu-
rorem quanto illuc impetu currebatur: ut iam plus ſpectaculi exhi
bent q̃ ſpectādi gratia cōueniſſent cum exclamari & efferri & exi-
lire cœpiſſent. Equiria ludi ſunt quos Romulus idem Marti inſtitu
it per equoꝝ curſumqui in campo martio exercebantur: Gladiato
rum quoque munus dictum quod populo tanquā munus donatur
& qui donat munerarius & qui familiam gladiatorum habet: gla-
diatoreſque domi in diſciplina & in ludo exercet ac poſtea uēdit la
niſta uocatur: gladiatorumqꝫ ideo dictum ꝙ mos erat in ſepulchris
mortuorum uirorum fortium captiuos necari: quod quia poſtea i-
manе uiſum eſt: placuit dimicare gladiatores ante ſepulchra: quē
morē Homerꝰ noſter Mantuanus his uerbis exp̃ſſit Viuentes rapit
inferias quos īmolet umbris: Captiuoque rogi perfundat ſanguine
flammas: Nec abnuit ille teſte Floro de ſtipēdiario Trace miles de
milite deſertor: inde latro: deinde in honore uirium gladiator q de
functorum quoqꝫ prælio ducum imperatoris celebrauit exequiis ca
ptiuoſqꝫ circo regno iuſſit armis depugnare quaſi plane expiaturꝰ
omne præteritum dedecus ſi de gladiatore munerator fuiſſet. Liuiꝰ
ab urbe con. xxix. Scipio Carthagine ad uota ſoluenda diis munꝰ
que gladiatorum quod mortis cauſa patris patruiqꝫ parauerat eden
dum redit gladiatorum ſpectaculum fuit non ex eo genere hoīum
ex quo laniſtis comparare mos eſt: ſeruorumqꝫ uenalem ſanguinē
habent: uoluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit: nā alii
miſſi ab regibus: ſunt ad ſpecimē inſitæ genti uirtutis oſtendendū
Alii ipſi profeſſi ſe pugnaturos in gratiā ducis: alios emulatio & cer
tamen ut prouocarent prouocati ue haud abnuerent traxit. Quid
enim miretur quiſque in hoc primum inuentorem an inuentū ar-
tificem an auctorem auſum aliquem hoc excogitare: an ſuſcipe an
iubere an ſuper omnia populi furorem: q̃ uile enim nefas animaꝝ



iſtaꝝ quantum inde querelarum: quantum mali potuit hauriri q̃s
non uidet. Nouendiales ludi ſunt qui in honorem mortuorum ce-
lebrantur. Proinde apud maiores ubi quis fuiſſet extinctus ad do-
mum ſuam referebatur: unde eſt ſedibus hunc refer ante ſuis: & il
lis ſeptem erat diebus: octauo incendebatur: nono ſepeliebatur do
mi etiam ſuæ: unde orta eſt conſuetudo ut dii penates colantur ī do
mibus ſimiliter funebres plebeios Megalenſes Apollinares quos
omnis curules ediles munere publico curabant. Magno plauſu cele
bratos inuenio funebres ad attinendum populum inſtitutos dum pō
pa funeri decreta in honorem Patrii uiri plene inſtruitur. Plebei q
pro ſalute plebis eduntur exactis regibus pro libertate aut pro recō
ciliatione plebis poſt ſeceſſionem in Auentinum. Magni ludi Ro-
mani ludi appellabantur: quos in honore Iouis quem pricipem de
orum putantes faciebant: uel romani regii ludi. Q. Aſconio teſte
ſua ſub regibus inſtituti ſunt: magnique appellati ꝙ magnis īpenſis
dati cum primum ludis impenſa ſunt: ducenta milia nummū adeo
magnos ludos factos putant ꝙ conſiliorum ſecretorum deo ideſt
Neptuno lari cum rei & rerum aulicarum & deis magnis ideſt lari
bus urbis Romæ dati ſunt: quibus aiunt raptas ſabinas eſſe ut uide-
atur propter hoc dicere præclarus poeta Virgilius: Et magnis Cir-
cenſibus actis. Megalenſes uero nobilium ludi & magnis diis con-
ſecrati a loco inuentionis eius ſic dicti: His praetorum erat ludis in
tereſſe & luſores conducere. Iuuenalis in Satyris: Interea Mega-
leſiacæ ſpectacula mappæ ideum ſolenne colunt: ſimiliſque trium-
pho: Præda caballorum prætor ſedet: Ac mihi pace immenſæ ni-
miæque licet ſi dicere plebis: Totam hodie Romam circus capit: &
fragor aurem percutit euentum uiridis quo colligo panni Nam ſi
deficeret mœſtam attonitamque uideres hanc urbem ueluti canna
rum in puluere uictis conſulibus ſpectent iuuenes quos clamor &
audax ſponſio quos cultæ decet aſſediſſe puellæ ludos ſcænicos Va
lerius Ancias auctor eſt: Megaleſia appellatos & ſi Firmianoꝰ cre-
dimus Libero attributos cui ex indis Thebas redeunti: a triennio
bis peregrinationis exacto græcos inſtituiſſe triatheridas tradunt:
Ludorum Apollinariū origo uictoriæ non ualitudinis: ergo ut qui
dam annalium ſcriptores produnt ex duobus Martii uatis carmini
bus cuius duo in ſenatu uolumina illata erant memoratur priore

carmine cannensis prædicta clades in hæc propemodo uerba erat
Amnem troigenam romanæ fugæ cannam Nec te alienigenæ cogãt
i cãpo Diomedis cõserere manꝰ: ſed neq credes tu mihi dones ſan
guine campum: Multaq milia occiſa tua deferet Amnis in pontum
magnum extra frugifera piſcibus atque auibus feris quoque quæ
incolunt terras: his fluat eſca caro tua: nam mihi ita iuppiter fatus
eſt Diomedis argiui campum & Cannam flumen qui militauerat i
his locis iuxta atq ipſam cladem agnoſcebant: tum alterum deĩde
carmen inuentum eſt ita ſcriptum: Hoſtem romani ſi ex agro ex-
pellere uultis uomicamq gentium uenit longe Apollini uouendos
cenſeo ludos: qui quotannis comiter Apollini fiant: His ludis faci-
endis præerit prætor qui ius populo plebique dabit: Summũ diem
uiri græco ritu hoſtiis ſacra faciant: hoc ſi recte facietis gaudebitis
ſemper fietq reſpu, ueſtra meliorꝫ: nam is dies extinguet perduel-
les ueſtros qui ueſtros campos paſcunt placide ex hoc carmie quõ
pcurandi gratia dies unus rebus diuinis impenſus eſſet. Poſtremo
ſenatuſconſultum factum eſt uti decemuiri quo magis inſtruerem
tur de ludis Apollini faciendis: req diuina recte facienda libros Sy
billinos adirent in quibus quom eadem reperta nuntiatum eſſet cẽ
ſuerunt patres Apollini ludos uouendos faciendoſq: inq eam rem
duodecim milia æris prætori & duas hoſtias maiores dari decemui
riſque præceptum ut græco ritu ideſt capite operti hiſce hoſtiis ſa-
crum facerent Apollini boue aurato & capris duabus albis auratis
latonæ boue fœmina aurata: hos ludos i circo populus coronatus
ſpectare iuſſus erat matronæ ſupplicare uulgus apertis ianuis in p
patulis epulabatur celeberq dies is omni cerimoniarum genere ha
bebatur: ſicq paulatim cæteris diis huiuſmodi ludorum honos tri-
bui cœpit: ſingulique ludi ſicut Siſinius capito in libris ſpectaculo
rum deſcribit nominibus eorum conſecrati ſunt.

## Principum ex bellis diis oblata Ca.XIII.

N ſuprema demum noſtri laboris parte ſummã repone
mus principum ex bellis diis oblata in medium relaturi
Quis enim bellorꝫ turbinibus uictor egrediens dominũ
exercituum inhonorum dereliquit quom illi etiam ipſi qui ueri dei



cognitionem minus haberẽt quodcũque illud eſſet numinis hãd
quaq̄ prætermitterent: quin ſumma quadam ueneratione pſeque
rentur: de quibus ne forſan hæſitare quiſpiam poſſit: teſtes adſunt
præcellentiſſimi duces: ſed in primis Dionyſius qui & liber dictus
eſt & Alexander Macedo: indiam enim ingreſſus ille pmitias deo
ioui in oriente a captiuis habitas primus obtulit: quod ſi non abun
de conſtaret Ouidius in faſtis teſtis eſt opulentiſſimus dicens: An
te tuos ortus aræ ſine honore feruntur: Liber & in gelidis herba re
perta focis: te memorant gange totoque oriente ſubacto Primitias
magno propoſuiſſe ioui Cynnama tu primus captiuaque thura de
diſti: Deque triumphato uiſcera toſta boue: nomina ab auctoris di
cunt libamina nomen Libaque q ſanctis pars datur inde focis huic
a teneris græcorum more unguiculis ſine parſimonia thura inge
renti aris pedagogus Leonidas eam thuris profuſionem ægre fe
rens: thuſque perſæpe adimens inquit. Eris tu puer large ſic odo-
res offeres quom regionis thuriferæ potiere: Qui Arabia tandem
potitus rex thure honuſtam nauim miſit ei ac epiſtolam in hæc p
pe uerba: Miſi ad te thuris & caſſiæ talenta: neq minima ſunt: Ma
ximi facias in diuinis rebus: utpote qui non ſis neſcius nos pigmẽ
tiferi potitos ſoli: Eidem Alexandro poſtea adulto placuere & lu
chi penſiles in delubris arborum non mala ferentium lucentes: ut
in templo quondam Apollinis palatinique quem idem Alexander the
barum expugnatione captum Luciniæ dicauerat: apud iunõis quo
que Luciniae templum in Brutiis æſtatem agens Hãnibal aram ibi
condidit dedicauitque cum ingenti rerum ab ſe geſtarum titulo pu
nicis græciſque litteris inſcripto: idem pro tot tamque fœliciter in
italia geſtis maxime poſt labefactam ex cannenſi clade rem roma
nam ad internitionem pene redactam diis immortalibus ſacrum
agi haberique iuſſit: iouis autem templo quod primum in urbe co
ſecratum eſt: Romulus primus ſpolia ab Acrone cenienſium rege
ab eo occiſo detracta rettulit: Cornelius deinde Coſſus quom Co
lumnium hetruſcum Fidenatum ducem obtruncaſſet eidem deo
ſpolia conſecrauit. nec. M. Marcellus ſilentio inuoluendus: qui apd
Padum Briomatum gallorum regem ab eo ſuperatum & caeſum
armis exuit inde procedens & ad Feretrii iouis templum aſcendit:
ea illi ſolenni dedicatione ſuſpendit: Neque his contentus Mar-
cellus eſt: captis nanque ſyracuſis ornamenta ſigna urbis tabulaſq

quibus ciuitas illa florebat Romam deuexit: patriiſq; diis ſuſpendit
uiſebantur ea ad portam Capenam in templo ab eo dedicato: ab
eodem legim⁹ uirtutis templum & honoris renouatum: quod mul
tis ante annis fuerat bello lyguſtiona. Q. Maximo dedicatum Tul
lum Hoſtilium quom bis de Albanis de ſabinis tertio triumpha
ſſet: inuenio phanum Saturno ex uoto conſecrauiſſe etiam Satur
nalia tunc primum Romae inſtituta: quāuis Varro libro qui eſt de
ſacris ædibus. vi. ſcribat: aedem Saturni ad forum faciendū locaſſe
L. Tarqniū regē. T. uero Lartiū dictatorē: ſaturnalibus eā dedica
ſſe: nec me fugit Gelliū ſcribere ſenatū decreuiſſe ut ædes ſaturni
fieret: eiq; rei. L. Furium trib. militum præfuiſſe Tarquini⁹ cui co
gnomen ſupbo ex moribus datū: templū ex hoſtiū ſpoliis erexit;
quod quom inauraretur cedentibus diis caeteris mirabile dictu re
ſtiter iuuenta & terminis tanquam numina haec contumacia fir
ma omnia & aeterna pollicerentur: Scipio Numantin⁹ uirtutis pha
num erexit: deinde. C. Marius de manubiis Cymbricis & Theo
thonis aedem honori & uirtuti fecit: poſt Scaurus Aemilius tem
plum menti quod circiter bellum Cymbricum nactus cum ſcilicet
eloquentia & eruditio urbem ingreſſæ eam cœperint ampliſſime
exornare. Aemilius conſul quom Gallos acie uiciſſet ex ipſis gal
lorum torquibus aureum Ioui trophæum erexit: Quod deuouiſ
ſent Galli ſi uiciſſent de romanis ſpoliis Marti Gallico torquem
aureum cōſecraturi. At qui Furius Camillus quom Gallorum ex
tinxiſſet incendium & Romam auro liberandam e lance abſtuli
ſſet: non conſilii: non fortitudinis: ſed famæ & uaticinii templum iu
xta uiam nouam erexit: pulcherrimum operum Pantheon Ioui ul
tori ab Agrippa factum ueterum monumenta produnt: Minerua
Romae iuxta Capitolium quondam ſita quae Heuphranoris erat
Caſtuliana poſtea dicta a. Q. Luctatio Catullo dicata: aliam Mi
neruam Romae ad ædem Fortunæ Aemilius Paulus dedicauit: Fe
cit & Spurius Clauilius Iouem in capitolio uictis ſamnitibus ſacra
lege pugnantibus ex pectoralibus corium ocreis & galeis: Diuus
Iulius thoracem quem Veneri genitrici in templo eius dicauit: ex
Brytannicis margaritis factum uoluit intelligi: Pompeius magnus
imperator uitem auream cum botro in templo Iouis Capitolini ſa
crauit. erat autem quingentorum talentorum auri titulum habens
Ariſtoboli filii Alexandri regis Aug. Cæſa. omnium templorum



conditor legitur aut reſtitutor: diuus Veſpaſianus concordiae ſiue
pacis templum ædificauit effecitque ac ne ita in re uniuerſa perſe
quar: quoniam longum nimis & operoſum id quidem eſſet noſtri
illuſtrium ducum & aliorum ſubſequentium imperatorum conte
xtu certamine religionis ac laudis emulatione nec inferior Sigiſ
munde ut aliquando in te iure ſuo noſtra deſinat: unde cæpta eſt
oratio: Poſt conſummationem Italici belli inuicta animi tui uirtu
te cunctis hoſtibus profligatis proſtratiſque ab armis ad negotia
urbana mentem conuertens: de manubiis obſeſſarum deditarum
que per te urbium ſumma ſacratiſſimi diuinique principis religio
ne fretus prætar ædes ſacras extra tertio ab urbe lapide i more ma
riſque proſpectu ſitas: templum illud percelebre omnique admira
tione dignum ac unicum denique monumētum regni nominis tui
intra mœnia urbe media ac forotenus a fundamentis extructum
deo dicatum reliquiſti: tātaque diuitiarum largitate tam mirificis pi
cturae toreumatumque ornamentis ut i hac celeberrima urbe plu
rima quō ſint cognitu & memoratu digna: nihil antiquius ſit: nihil
quod magis uiſendum putetur: ampliſſimis præſertim parietibus:
permultiſque altiſſimis arcubus peregrino marmore exædificatis:
Quibus lapideæ tabulæ: quibus ueſtiuntur pulcherrime ſculptæ in
ſpiciuntur: unaque ſanctorum patrum. uirtutum quattuor ac cæle
ſtis zodiaci ſignorum errantiumque ſiderum: ſibillarū deinde mu
ſarumque & aliarum permultarum nobilium rerum imagies quae
nec dum praeclaro lapicidæ ac ſculptoris artificio: ſed etiam cogni
tione formarum liniamentis abs te acutiſſimo & ſine ulla dubitatio
ne clariſſimo huius ſæculi principe ex abditis philoſophiæ penetra
libus ſumptis intuentes litterarum peritos & a uulgi fere penitus ali
enos maxime poſſint allicere: praecellētiſſimis praeterea loca haec
ſanctiſſima pontificis priuilegiis & muneris donis ac ſanctorum
reliquis ornaſti: Quom ultra haec maximum quotannis aeris &
aurum redditum per te his deo dicatum: Gemmas: Margaritas: Pa
teras aureas: Calices: Acerras: Thuribula: Cruces: Candelabra Ta
bulas: Organa: Tunicas purpureas & Trabeas textili auro pluri
ma denique ſacrorum ethnicorumque librorum ac omnium opti
marum artium uolumina una donatione contuleris: Nouitium ſa
ne praeclarum & ingens ad immortalitatem inuentum: Quom
non auro. argento: aere uel marmore: calce uel lapidibus tantum

Verum in bibliothecis ab illis dicari uolueris quorum immortales
animæ in locis hiſdem loquuntur: Cæterarum rerum tuarum cu-
mulum referre haud facile dixerim quõ præter hæc tot claris opũ
monumentis adeo nomen tuum paſſim illuſtratur. ut nulla unquã
tam ſurda poſteritas: nulla tam ingrata fama futura ſit quæ nõ illud
in cælum tollat ac debitis & optatis laudibus proſequatur. Videor
certiſſima ſalus lumenq ac patriæ decus & pater Sigiſmunde Pan
dulphe Malateſta optatum iuſſionis tuæ meiq operis rerum milita
rium munus abſoluiſſe non neſcius potiora eſſe quæ iubebantur ꝗ̃
ſuſtinere mediocre cuiuſpiam poſſet ingenium: proindeque pluri
ma me incognita prætereiſſe quæ commode potuiſſent his uolumi
nibus inſeri. Cæterum cũ cõmunis humani (ut ita dixerim) animi
morbus ſit ut plura longe quiſq neſciat ꝗ̃ ſciat: nec ut Flaccus inquit
Quiuis horrentia pilis agmina Nec fracta percuntes cuſpide gal
los aut labentis equo deſcribat uulnera parthi. Si qd in his libris pa
rum eſt uel nimium ſi quidq quod ex illo priſco & diſertiſſimo ue
terum dicendi more fluere ac retro ſublapſum referri uiſum ſit mi
hi ſuccenſeant ſoli rogo ſi quid autem ſatis quod poſteritate dignũ
in arceq poni queat quaſi Minerua illa Phydiæ uel ex ipſius miner
uæ officina exiiſſe uideatur nõ mihi ſed diuino numini tuoque de-
inde gratias mecum magnas nedum agant ſed ingentes & cumula
tiſſimas referant: qui ad ſuſcepti laboris metam in magnis bellorũ
æſtibus eſſes licet: ſtudia tamen noſtro ductu & auſpiciis tuis luci
diora & alacriora fouens calcar ſemper addidiſti: & currentem ut
aiũt ad curſum aſſidue prouocaſti.

Laus Deo Finis

Dantis tertii Aligeri.

Qui modo Romuleam ſeruaras ab hoſtibus urbem
  Et Capitolini culmina celſa Iouis
Quiq ducem Calabrum caſtris ſpoliaras et armis
  Inq omni fœlix agmina uictor eras
Marmore dux Venetum iacet hoc Malateſta Robertus
  Fecit adhuc tantum non libitina nefas
Cur fraudata rapis iuuenem fortuna: putabas
  Numquid (dum numeras partha trophæa) ſenem.

Quiſquis funeſto ualidas ſub Marte cohortes
  Et ſequitur miſſas per freta ſalſa rates:
Ille raguſeum tollat ſuper aſtra Boninum
  Ingenioq uiri præmia digna ferat
Impreſſit quoniam quonam modo bella gerantur
  Machina uel quatiat mœnia quæq ſolo.

Veronæ impreſſum anno dñi. M.cccc.lxxxiii. xiii. februarii

## Regiſtrum huius libri

Tabula
charta alba
elēcus
ſciluro

a
ad Magna.
cedentem
tuliani
tridates
ad cōmoda

b
conferamꝰ
auctorum
Quam
a neſpaſiāo

c
ꝙ ora
ſtatu
in filios
hunc

d
urbem
contem
aſſentuēdū
prauitatis

e
extra
Eſſe
quo ſane
pulia

f
Achillis
cibi
perferre
neceſſaria

g
aut
partis
collega
cælo

h
hominem
coſ. legatus
habituꝰ
uelut

i
iuſmodi
gnationibꝰ
hoſteſq
ſignum

k
ſamn
erexiſſen
neq fugæ
imperato r

l
baleares
collo
præter
acti ſpa

m
ſlumineæ
xxix.
hoſtibus
credibilem

n
obrueret
dolorem
iſtorum
quam ma

o
complura
nemo
bene &
æditum

p
ſacrificia
tialium
ſcribitur
præſidium

q
dalem
appellatur
et militiæ
relinquatur

r
papylionis
atheni ēſibꝰ
fœminæ
ut alii

ſ
hoſtibus
quæ ante
ita eſſe
propriam

t
Pere
ſeu ſpu
ſeceſpitæ
per eam

u
his q̄drigis
maſculino
inſ[illegible]ētū
turris

x
telonium
exoſtra
terebra
maſculus

y
Quom
tormēta
ultra modū
machinæ

z
uinea
eſt aliud
tetras
Marcellinꝰ

&
de bello
eſt in
naue
eorum;
galionis

ꝯ
fulgurant
ignis
expeditiq
ſunt qui
apud alios

A
clariſſimnis
incuſſit
greſſibꝰ
in limo

B
fuit
iurant
ſtella eſt
nictare

C
uidiſſet
rediſſet
doctiſſimꝰ
repetamus

D
[illegible]lata
[illegible]
& tempore
ſed &

E
uerum
ut et gratiſ
claudius
Agatocles
eam ſacris

I - 6

TOMAS DE AQUINO. Santo

De veritate catholicae fidei contra errores infidelium, sive Summa catholicae fidei.

Venetiis.– Nicolaus Jenson.– 13 junio 1480.

185 hoj.

L. gót.– 2 tam.– 2 col.– 55 lin.– Esp. p. inic.

R. 21529

---

I - 7

TORQUEMADA, Juan de

Expositio super toto Psalterio.

Caesaraugustae /Paulus Hurus et Johannes Planck/ 12 noviembre 1482/

178 hoj.– Sign.: $a^8$– $x^8$, $y^{10}$ .– Fol.

L. gót.– 36 lin.– Esp. o min. p. inic.– Apost. ms.

Capital y orla pintada.

Haebler, 651.– Hain, 15704.– Sánchez, 8

R. 21435

---

I - 8

VALTURIUS, Robertus

De re militari.

Veronae.– Boninus de Boninis.– 13 febrero 1483.

254 hoj.– Sign.: (II III) $a^{10}$ $b^8$– $z^8$ $\&^6$ $ꝯ^{10}$ $A^8$– $D^8$ $E^{10}$

L. gót y rom.– 37 lin.– Esp. p. inic.– Grab.

Hain, 15848

R. 3635